THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN VIII

M

MCMXXXVI—MCMLXVI
LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CONSILIVM AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE DIVERSARVM NATIONVM A. MCMIL AMPLIATO EDITORVM GERMANICORVM GREMIO ELECTVM GRATO ANIMO PERCENSET NOMINA EORVM QVI AD CONFICIENDVM VOLVMEN OCTAVVM LIBERALISSIME AVXILIA PRAESTITERVNT:

EDITORES

ACADEMIA BRITANNICA (The British Academy)
ACADEMIA LITTERARVM BAVARICA (Bayerische Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA LITTERARVM GOTTINGENSIS (Akademie der Wissenschaften in Göttingen)
ACADEMIA LITTERARVM HEIDELBERGENSIS (Heidelberger Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA LITTERARVM SAXONICA LIPSIENSIS (Sächsische Akademie der Wissenschaften zu Leipzig)
ACADEMIA LYNCEORVM IN NATIONE ITALICA (Accademia Nazionale dei Lincei)
ACADEMIA REGIA FLANDRICA SCIENTIARVM LITTERARVM ET BONARVM ARTIVM
(Koninklijke Vlaamse Academie voor Wetenschappen, Letteren en Schone Kunsten van Belgie)
ACADEMIA SCIENTIARVM AVSTRIACA VINDOBONENSIS (Österreichische Akademie der Wissenschaften in Wien)
ACADEMIA SCIENTIARVM GERMANICA BEROLINENSIS (Deutsche Akademie der Wissenschaften zu Berlin)
ACADEMIA SCIENTIARVM ET LITTERARVM MOGONTIACENSIS (Akademie der Wissenschaften und der Literatur in Mainz)
FOEDERATIO COMMVNIS SOCIETATVM STVDIORVM CLASSICORVM
(Fédération Internationale des Associations d'Etudes Classiques)
REGIA ACADEMIA LITTERARVM HVMANIORVM SVECANA (Kungl. Vitterhets, Historie och Antikvitets Akademien)
SOCIETAS CLASSICA BATAVORVM (Nederlands Klassiek Verbond)
SOCIETAS PHILOLOGICA AMERICANA (American Philological Association)
SOCIETAS PHILOLOGORVM HELVETIORVM (Schweizerischer Altphilologenverband)
SOCIETAS REGIA SCIENTIARVM HAVNIENSIS (Det Kgl. Danske Videnskabernes Selskab)
SOCIETAS STVDIORVM LATINORVM (Société des Etudes Latines)

Consilio ab academiis societatibusque electo praeest Albin Lesky professor Vindobonensis (Prof. Dr. A. Lesky, Wien 8, Alser Str. 69/17)

ADIVTORES

RES PVBLICA BAVARICA (Freistaat Bayern)
SOCIETAS STVDIORVM PROVEHENDORVM GERMANICA (Deutsche Forschungsgemeinschaft)
MINISTERIVM STVDIORVM LIBERALIVM ET SOCIETAS STVDIORVM COLENDORVM RHENANIAE-GVESTFALIAE
(Kultusministerium und Arbeitsgemeinschaft für Forschung des Landes Nordrhein-Westfalen)
VNITARVM NATIONVM EDVCATIONIS SCIENTIAE CVLTVRAE ORDO (U.N.E.S.C.O.)
VNIVERSARVM NATIONVM CONSILIVM PHILOSOPHIAE ET SCIENTIARVM HVMANARVM
(Conseil International de la Philosophie et des Sciences humaines)
MINISTERIVM ERVDITIONIS REI PVBLICAE AVSTRIACAE (Republik Österreich, Bundesministerium für Unterricht)
FVNDATIO STVDIORVM HVMANIORVM SVECANA (Humanistiska Fonden)
FVNDATIO WOELFFLINIANA (Eduard-Wölfflin-Thesaurus-Stiftung in Basel)
FVNDATIONES QVAE VOCANTVR CARLSBERGFONDET ET RASK-ØRSTEDFONDET

ACCESSERANT QVONDAM HI:

MINISTERIVM STVDIORVM LIBERALIVM TAM GERMANIAE QVAM BORVSSIAE
(Reichs- und Preußisches Ministerium für Wissenschaft, Erziehung und Volksbildung)
MINISTERIVM RERVM INTERNARVM GERMANIAE (Reichsministerium des Innern)
MINISTERIVM RERVM INTERNARVM FOEDERIS GERMANICI (Bundesministerium des Innern)
MINISTERIVM STVDIORVM LIBERALIVM VIRTTEMBERGENSE-BADENSE (Kultministerium für Württemberg-Baden)
CVRATIO REGIONALIS STVDIORVM LIBERALIVM CAROLIRVHENSIS
(Landesbezirk Baden, Direktion des Kultus und Unterrichts)
CVRATORES SCHOLARVM VNIVERSITATISQVE HAMBVRGENSES (Hansestadt Hamburg, Schulbehörde, Hochschulabteilung)
FVNDATIO LITTERARVM HAMBVRGENSIS (Hamburgische Wissenschaftliche Stiftung)
FVNDATIO ROCKEFELLERIANA (Rockefeller Foundation)
SOCIETAS LITTERARVM REGIOMONTANA (Königsberger Gelehrte Gesellschaft)
VNIVERSITATES COLLEGIA SOCIETATES BRITANNIAE
AMICI AMERICANI ET SVECANI
ERNST WOELFFLIN (†) PROFESSOR BASILIENSIS

DABAM VINDOBONAE KAL. NOV. A. MCMLXVI

ALBIN LESKY
CONSILII EDITORVM PRAESES

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Volumine octavo, quod voces a M littera incipientes complectitur, feliciter absoluto eos enumerare decet, qui tribus his decenniis operam nobis impertiverunt multiplicem.

Vocabula ipsa tractaverunt Karin ALT, Georg BACHMANN, Eva BAER, Rudolf BEUTLER, Franz BÖMER, Edward BRANDT (†), Carl Oscar BRINK, Wolfgang BUCHWALD, Vincenz BULHART (†), Gerda BUSCH (†), Samuel CAVALLIN (†), Ludwig DEICKE, Hermann DIETZFELBINGER, Georg DITTMANN (†), Wilhelm EHLERS, Elisabeth FLEISCHER, Joachim GRUBER, Hans GUNDEL, Heinz HAFFTER, Thomas HALTER, Oskar HEY (†), Otto HILTBRUNNER, Johann Baptist HOFMANN (†), Michael VAN DEN HOUT, Hans VON KAMPTZ, Herta KLEPL, Werner KRIEG, Max LAMBERTZ (†), Heinz LAUSBERG, Gérard LÉVÊQUE, Leena LÖFSTEDT, Adolf LUMPE, Frits OOMES, Georg PFLIGERSDORFFER, Otto PRINZ, Bernhard REHM (†), Victor REICHMANN, Will RICHTER, Hans RUBENBAUER (†), Anton SZANTYR, Renate TESSMER, Franz TIETZE, Geralt USTRNUL, Friedrich VITTINGHOFF, Hans WIELAND, Hans Julius WOLFF, Walter WUHRMANN.

Notas etymologicas suppeditaverunt Johann Baptist HOFMANN (†) sodalis ille egregius plurimas, haud paucas etiam Wilhelm HERAEUS (†), Josef SVENNUNG Upsaliensis, Manu LEUMANN Turicensis.

Quomodo voces Latinae in linguis Romanicis q. d. serventur, in usum nostrum explicaverunt Wilhelm MEYER-LÜBKE (†), Walther VON WARTBURG Basiliensis, Gerhard ROHLFS olim Monacensis nunc Tubingensis, quem inde a quaternione centesimo primo subsecutus est Carl-Theodor GOSSEN Vindobonensis.

In plagulis corrigendis liberaliter nos adiuverunt imprimis Luigi CASTIGLIONI (†), Bonifatius FISCHER Beuronensis, Eduard FRAENKEL Oxoniensis, Heinz HAFFTER Vitudurensis, Wilhelm HERAEUS (†), Manu LEUMANN Turicensis, Einar LÖFSTEDT (†), Italo MARIOTTI Friburgi Helvetiorum civis, Scevola MARIOTTI Romanus, Gustav MEYER (†), Max NIEDERMANN (†), Otto PRINZ Monacensis, Josef SVENNUNG Upsaliensis.

His ceterisque viris doctis, qui per tot annos auxilium nobis utilissimum praestiterunt, nunc tandem apud lectores gratias persolvimus meritas.

Redactoris officio usque ad quaternionem nonagesimum functus est Hans RUBENBAUER (†), qui per dimidium fere saeculum operi nostro coniunctus volumen a se incohatum vel per iniquissima tempora admirabili qua erat sedulitate continuavit et prope consummavit. Cui morte nobis abrepto ipse successi.

Kal. Nov. a. MCMLXVI　　　　　　Wolfgang BUCHWALD

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

VOLVMEN VIII

M

×m *n. (f.) littera duodecima (undecima). de genere: neutr.*: MART. CAP. 3, 279 POMP. gramm. V 287, 7 PRISC. gramm. II 10, 15 (*l. 45*) *al.; fem.* (*sc. littera*): QVINT. inst. 1, 7, 8 (*l. 33*) VEL. gramm. VII 80, 18 (*infra l. 57*) SCAVR. gramm. VII 13, 55 *et al. nota*: AVSON. 35, 3 post M incisum est ... non tota videtur. *de figura*: GRAMM. suppl. 304, 11 tribus virgulis comparatur ..., quia typum trinitatis complet. *cf.* 306, 29.

1 *de pronuntiatione et usu*: **a** *generalia*: TER. MAVR. 826 *enumerat inter semivocales* (*cf.* GRAMM. suppl. 304, 11). MAR. VICTORIN. gramm. VI 6, 17 *inter semivocales liquidas* (*cf.* DIOM. gramm. I 425, 6 PRISC. gramm. II 10, 15. GRAMM. suppl. 224, 19 apud Graecos ... m et n liquescunt). TER. MAVR. 235 clauso quasi mugit intus ore (MAR. VICTORIN. gramm. VI 34, 12 impressis invicem labiis [*cf. l. 17. 21*] mugitum quendam intra oris specum attractis naribus dabit. *cf. et l. 36*). DON. Ter. Ad. 207 ⟨est⟩ littera nimium pressae vocis ac paene nullius adeo ut ... cum inter vocales inciderit atteratur atque subsidat (*cf. l. 47*). MART. CAP. 3, 261 labris imprimitur (*cf. l. 13. 21*). PRISC. gramm. II 29, 15 m obscurum in extremitate dictionum sonat ..., apertum in principio ..., mediocre in mediis. **b** *de similitudine et permutatione cum aliis sonis*: SCAVR. gramm. VII 14, 3 b cum p et m consentit, quoniam origo earum non sine labiorum coniunctione (*cf. l. 13. 17*) respondet (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 18, 15). *de* m *et* n: SCAVR. gramm. VII 13, 15 m et n consentiunt et paene idem sonant ...; hoc probant etiam Graeci, qui ubi nos m litteram ponimus n ponunt. *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 16, 3 clari in studiis viri ... aiunt inter m et n litteras mediam vocem, quae non abhorreat ab utraque littera, sed neutram proprie exprimat, tam nobis deesse quam Graecis. CASSIOD. inst. div. 15 p. 1123^D. *ponitur* n *pro* m: VARRO ling. 6, 75 (*in originatione*) Cantatio ex Camena permutato pro m n. VEL. gramm. VII 78, 16. 19 MAR. VICTORIN. gramm. VI 17, 5 MART. CAP. 3, 242 PRISC. gramm. II 29, 15. 589, 25 *al. inepte*: CASSIOD. gramm. VII 208, 13. m *pro* n: QVINT. inst. 1, 7, 8 cum dico ... 'immunis', illud n, quod veritas exigit, sequentis syllabae sono victum m gemina commutatur. PROB. inst. gramm. IV 150, 7 MAR. VICTORIN. gramm. VI 18, 24. *al.* **c** *de usu in vocibus et syllabis*: QVINT. inst. 12, 10, 31 pleraque nos illa quasi mugiente (*cf. l. 12*) littera (*sc.* m) cludimus, in qua⟨m⟩ nullum Graece verbum cadit (*de generibus vocum in* -m *desinentium cf.* SACERD. gramm. VI 473, 30 PROB. cath. gramm. IV 8, 31 MART. CAP. 3, 295 *al.* GRAMM. suppl. 54, 8). TER. MAVR. 874 sqq. paene solis convenit vocalibus seu loco prior locetur seu iugetur alteri (*cf.* CHAR. gramm. p. 6, 18 B.). MART. CAP. 3, 242 tam in sermonis initio quam in medio esse et in ultimis potest (*cf. l. 18*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 21, 12. 16 *de iuxta positis* ms *et* mt. *de vi prosodiaca*: PRISC. gramm. II 10, 7 m et n . . . communes faciunt syllabas post mutas positae (10, 15 m ante n positum nec producens vocalem). VIRG. gramm. suppl. 189, 17 m duplicata ante sitam corripit vocalem. **d** *de littera* m *finali detracta* (*cf. l. 15*): QVINT. inst. 9, 4, 40 illa littera (*sc.* m), quotiens ultima est et vocalem verbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit, etiamsi scribatur, tamen parum exprimitur . . . adeo, ut paene cuiusdam novae litterae sonum reddat. neque enim eximitur sed obscuratur et tantum aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsae coeant. *cf.* 11, 3, 34 VEL. gramm. VII 54, 4 MAR. VICTORIN. gramm. VI 22, 11. 66, 13 DIOM. gramm. I 452, 27 VLT. SYLL. gramm. IV 224, 6. 264, 11 MART. CAP. 3, 279 *al.* CARM. de alphab. 34 cum sim vocalibus esca (*sc.* m). *de scriptione* (*de* QVINT. inst. 9, 4, 39 *cf. A. Klotz, RhM. 80, 1931, 137 sqq.*): VEL. gramm. VII 80, 18 nonnulli . . . existimaverunt ut Verrius Flaccus, ut . . . m non tota, sed pars illius prior tantum scriberetur, ut appareret exprimi non debere (*sc. sequente vocabulo a vocali incipienti*). *de usu vacillanti*: CASSIOD. *ex Cornuto* gramm. VII 147, 24 quosdam eruditos etiam m litteram nec ubi oporteat dicentes nec ubi oporteat supprimentes. inst. div. 15 p. 1123^C si m litteram inconvenienter addas aut demas, dictio tota confusa est. *vitia falso detractae* m *reprehendit* PROB. inst. gramm. IV 124, 3. 125, 11 app. gramm. IV 198, 27. 199, 14 sqq. *exempla epigraphica collegit E. Diehl, De m fin. epigr. (1899). de myotacismo*: SACERD. gramm. VI 454, 22 myotacismus fit, cum finita pars orationis in m et excepta ⟨a vocali⟩ foedam faciat dictionem. *cf.* DIOM. gramm. I 453, 9 SERV. gramm. IV 445, 14 (*ibid. de ratione huius vitii vitandi; cf. et* POMP. gramm. V 287, 7 CONSENT. gramm. V 394, 5). *al. aliter*: MART. CAP. 5, 514 mytacismus est, cum verborum coniunctio m litterae assiduitate colliditur ut si dicas: 'mammam ipsam amo quasi meam animam.'

2 *compendia et notae*: **a** *in figura geometrica*: VITR. 9, 7, 4. 5. *item pro signo*: GROM. p. 328, 18 L. casa, quae per m nomen habet (334, 18). **b** *pro numero 'mille'* (m̄ *pro 'mille milia'*): NOT. laterc. gramm. IV 330. **c** *compendia usitatiora* (*cf.* PROB. litt. sing. gramm. IV 271 sqq. NOT. laterc. gramm. IV 279 sqq.): Marcus (*cf.* DIOM. gramm. I 425, 9), Maius, Martius. magister (*cf.* IVNIL. praef. p. 468, 19), magnus (maximus), malus (*cf.* ISID. orig. 1, 23, 1), manes, mater, memoria, mensis, merito, miles, monumentum, municipium, mutatis modis (*cf.* DON. Ter. Ad. praef. I 7). *cum apice* (ḿ *cf. CIL X ind. p. 1171*): Marcus, manes, mensis. *cum virgula* (ʍ *cf.* PROB. litt. sing. gramm. IV 272 DIOM. gramm. I 425, 9): Manius. m *inversa* (W *vel* Ʃ): mulier.

ma *syll. onomatopoetica* (*cf. Ottenjann, Glotta 6, 1915, 224*). PETRON. 57, 8 nec mu nec ma argutas.

mabsar *hebr.* HIER. in Ier. 2, 29, 2 p. 93, 8 (*ad Ier. 6, 27*) probator 'robustus', quod Hebraice dicitur '-r' (מִבְצָר), quod vel 'munitum' iuxta Aquilam vel 'clausum' atque 'circumdatum' iuxta Symmachum et LXX sonat. *v. etiam Onom.*

(*de herba rosmarino*) **macarinten** (macer- *V, Ha*) profetae *appellant* PS. APVL. herb. 80 l. 38 H.-S. (*estne cfd. μακαρίνη· ἀνδράχνη Hes.?*).

macarius *v. Onom.*

maccedonēs Pallantis CIL IV 5739 (*in amphora; 'cfd. c. cogn. Macedo?' Heraeus*). **maccino** *v. p. 18, 13.*

maccis, -idis *f.* [*vox ficticia; cf. quae exposui in symbolis q. d. 'Festschrift f. P. Kretschmer' 1926 p. 70. J. B. H.*] PLAVT. Pseud. 832 cocilendrum quando in patinas indidi aut cepolendrum aut -em.

maccum *κοκ⟨κ⟩ολάχανον* GLOSS. III 315, 7 (*obscurum*).

maccus, -ī *m.* [*ex Oscorum lingua fluxisse videtur, cf.* -um *fabulae Atellanae. Osci vocem fortasse ex Graeco sumpserunt, cf. μακκοᾶν· παραφρονεῖν, προσποιεῖσθαι μὴ ἀκούειν Hes. J. B. H.*] [*sard.* maccu. *M.-L.*]

i. q. persona fabulae Atellanae (*cf. Kroll, RE XIV 126*): SVET. frg. 3 p. 16, 4 (= DIOM. gramm. I 490, 20) inducuntur . . . in Atellana Oscae personae ut -us. *in tit. fabularum Atellanarum* (*v. Ribbeck, com. Rom. frg.*[3] *p. 392*): -i gemini, -us, -us copo, -us exul, -us miles, -us (pappus?) praeteritus, -us sequester, -us virgo. CIL VI 10105 (Dessau 5219) M. Annaeus M. f. Esq. Longinus -us (*non cognomen esse, sed artificem significare videtur, cf.* bucco). *i. q. stupidus, stultus*: APVL. apol. 81 si cum hac una Rufini fallacia contendantur, -i prorsus et buccones videbuntur. *cf. Onom.* *R.*

macefacio, -ere. [*a* maceo *et* facere, *cf.* langue-, tabefacere *sim. J. B. H.*] *i. q. tabefacere*: EVAGR. sent. virg. (RevBén. 28) p. 149, 59 fames et sitis -unt concupiscentias malas (*gr.* [*Greß-*
[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mann, Euagr. p. 149] μαραίνει; marcescere facit *rec. alt. p. 1187 C Migne*). *Hofmann.*

?**macella** (-ae *f.*) *a* macula *demin.* NOT. Tir. 40, 82 (*post* macula, maculatur. *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 66*).

macellārius, -a, -um *a* macellum. *i. q. ad negotium in -o faciendum pertinens*: VAL. MAX. 3, 4, 4 Varro ... ad consulatum ⟨e *Par.*⟩ -a patris taberna conscendit. CIL XIII 2018 negotiatoris artis -ae. [*dub.*: COLVM. 10 tit.: incipit de villaticis pastionibus liber secundus -us et apiarius (*sic titulum exhibent SA, vg. om.*)] *masc. subst.* **macellārius,** -ī. [*it.* macellaio, *francog. vet.* maiselier. *M.-L.*] *is qui in macello cibaria, praecipue animalium carnes vendit* (SCHOL. Ter. p. 99, 20 lanistae ... qui et -i a carnibus mactandis. *cf.* GRAMM. suppl. 215, 4. GLOSS. κρεοπώλης. -us: sica⟨rius⟩ [*corr. Heraeus coll. Lyd. mag. 2, 9*], bucida. GLOSS.[L] II Abav. MA 2 -us ὀψωνιοπώλης. IV dub. Plac. M 1 -us: lanistra, qui carnes ferro laniat): VARRO rust. 3, 2, 11 num pluris tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hinc apros -o Seius? 3, 4, 2 quo genere *ornithonis* -i ... habent loca clausa. CIC. epist. 15, 17, 2 Mindius -us (*Weiske*, Marcellus *trad.*). SVET. Iul. 26, 2 quae ad epulum pertinerent, ... -is ablocata. Vesp. 19, 1 convivabatur ... dapsile, ut -os adiuvaret. VEG. mil. 1, 7 p. 11, 4 -os et cervorum aprorumque venatores convenit sociare militiae. CASSIOD. var. 10, 28, 1 -os, vinarios ... et cellaritas. CIL VI 9532 XII 1593. INSCR. graec. Rom. I 682, 16 Ὀρφεὺς μακελλάρις. [*dub.*: PAP. Oxyrh. VI 1000 (*a. 572*) εἰς διόρθωσ(ιν) τοῦ λέβητος τοῦ γεουχικ(οῦ) μακελλαρ(ίου). *estne gen. neutr. subst.?*] *f. subst.* macellāria (-ae). GLOSS.[L] I Ansil. MA 692 mantica -a sive porcella (sportella? *Linds.*).

macellēnsis, -e *a* macellum. *pro subst.*: CIL VI 31897 -es (*i. incolae regionis ad macellum sitae*).

macellōtae, -ārum *f.* [*gr.* μακελλωταί (*sc.* θύραι) *'fores cancellatae', cf. hebr.* miklā'ōt *plur. 'saepes'. J. B. H.*] VARRO ling. 5, 146 *v. l. 36.*

***macellum,** -ī *n.* (macellus, -ī *m.*). [*ex gr.* μάκελ(λ)ον *'forum'* (μακέλα· φράγματα, δρύφακτοι *Hes.*) *originis semiticae J. B. H.*] *de originatione et institutione*: VARRO ling. 5, 146 forum olitorium ... erat antiquum -um, ubi olerum copia *venibat*; ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant -um, sed Iones [h]ostia ⟨h⟩ortorum macellotas ⟨h⟩ortorum et castelli †-i. 5, 147 posteaquam contracta in unum locum quae ad victum pertinebant et aedificatus locus, appellatum -um, ut quidam scribunt, quod ibi fuerit ⟨h⟩ortus, alii quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quae ibi publice sit diruta, e qua aedificatum hoc quod vocetur ab eo -um (*cf.* frg. Don. Ter. Eun. 256 PAVL. FEST. p. 125 M. PLVT. quaest. Rom. 54). DON. Ter. Eun. 257 -um a mactandis pecoribus dictum (ISID. orig. 15, 2, 44). SCHOL. Ter. p. 99, 12 -um dicitur a macerandis carnibus. MALALAS p. 287, 5 τὸ λεγόμενον μάκελλον διὰ τὸ ἐκεῖ τὰ χοιρεια κρέα κόπτεσθαι μόνον. PLVT. quaest. Rom. 54 διὰ τί τὰ κρεοπώλια μάκελλα καὶ μακέλλας καλοῦσι; πότερον ἀπὸ τῶν μαγείρων τοὔνομα διαφθαρέν ...; *de forma*: GRAMM. suppl. 71, 11 sic sonant sicut diminutiva, sed tamen principalia sunt intellectu ut fabula, macula, -um, vinculum. 192, 7 macula, ... -um, vinculum ... diminutiva esse non facile creduntur. *scribitur* macelum CIL I² 1529. *interdum trad.* marc-. *notatur* mac: CIL IX 3172. INSCR. numm. Cohen I 288 nr. 126. *de numero et genere*: CAPER gramm. VII 101, 16 -um ἑνικῶς [singulariter] exire memento, Memmius (carm. frg. 2) ista -a licet ... dicat. GRAMM. suppl. 85, 2 sunt semper singularia generis neutri ut pus, ... -um. SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 2, 3, 229 notandum neutro genere -um. *legitur masc* (*cf. l. 65*): POMPON. Atell. 38 forus, -us, fana. MART. 10, 96, 9 (*v. p. 4, 66; falso Neue-Wagener I³ 800 adi.* macellus *subesse censet; de* IVV. 6, 40 *cf. Friedl. ad l.*). PHILOCAL. fast. Mai. 23 (CIL I² p. 264). GLOSS. *plur.*: -is: IVV. 11, 64 SIDON. carm. 23, 42 Narbo potens ... horreis, -is. -a (*cf. l. 63*): MEMM. (*v. supra l. 54*) SIDON. epist. 1, 5, 10. -i: CVRIOS. urb. p. 24, 11 -i (REG. urb. p. 25, 11 -a) duo. -os: NOT. urb. Const. 6, 27 (9, 17. 16, 43). *de notione*: VARRO ling. 5, 146 *v. l. 34 sqq.* CASS. DIO 61, 18, 3 *v. l. 82.* GLOSS. κρεοπώλιον laniatorium -us. ubi occiduntur animalia. GLOSS.[L] II Abav. MA 2 -um: carnifici⟨n⟩a. *legitur inde a* PLAVTO; *usque ad* SVET. *omnes dedi locos.* [*it.* macello, *prov.* mazel. *M.-L.*] NOT. Tir. 96, 76. [*leg. ex coni.*: PLIN. nat. 19, 56 -um (*Mayh.*, mox enim *codd.*) ... aequabit, quos pecunia separaverit. *loc. dub.*: VARRO ling. 5, 146 *v. l. 37.*]

A *proprie i. q. locus, ubi cibaria veneunt* (*cf. Liebenam, Städteverwaltung p. 161 sq.; Daremberg-Saglio s. v.; Schneider, RE XIV 129 sq.*): **1** *generatim*: **a** *Romae*: *de liberae rei publicae -o*: VARRO Men. 54 pater divum ... mittat in tholum -i. ling. 5, 152 inter sacram viam et -um ... corneta. CIC. Quinct. 25 necessarios ab atriis Liciniis et a faucibus -i corrogat (*cf.* Verr. II 3, 145). LIV. 27, 11, 16 locaverunt inde reficienda, quae circa forum consumpta erant, septem tabernas, -um (marc- *pars codd.*), atrium regium. *de -o Liviae* Reg. urb. p. 7, 11 *regio* V continet ... -um Livianum. LIB. pontif. p. 79, 4 fecit basilicam ... iuxta -um Libiae. p. 97, 5. CIL VI 1178 (Dessau 5592) porticus areasque -o Liviae ... addi. *de -o magno a Nerone aedificato* (*cf.* CASS. DIO 61, 18, 3 τὴν ἀγορὰν τῶν ὄψων, τὸ μάκελλον ὠνομασμένον, καθιέρωσε): REG. urb. p. 8, 12 *regio altera* continet ... -um magnum. CIL VI 1648 proc⟨urator⟩ ⟨m⟩acell⟨i⟩ magni. 9183 argentario -i magni. INSCR. numm. Cohen I 288 nr. 126 mac(ellum) Aug(usti). *dub. quo pertineant*: PHILOCAL. fast. Mai. 23 (CIL I² p. 264) -us rosa(m) sumat. FORMA urbis (CIL VI 29844) frg. 42. **b** *aliorum oppidorum* (*cf. p. 3, 61* [*Narbonis*] *et p. 3, 63* [*Constantinopolis*]): *in comoedia* (*quodammodo etiam ad 1 a pertinet*): PLAVT. Amph. 1012 apud emporium atque in -o ... sum defessus quaeritando. Aul. 264 sequere ... me ad -um. TER. Ad. 573 nostin porticum apud -um ...? *in inscriptionibus*: CIL I² 1529 facienda coiravit ... horologium, -um (*cf.* 1625 IX 2653ᵃ -um ⟨cum or⟩namentis [X 1701 et meritor⟨is⟩]. 3172. XIV 2946 ⟨cu⟩m omni ornat⟨u⟩. INSCR. christ. Diehl 778 Covuldus ... fabricabit -um *al.*). INSCR. Dessau 5579 -um et aream eius patriae suae fecerunt (5580 aream -i silice stravit). 5582 -um et ar⟨cus⟩ in perpetuom o⟨rnatum⟩ municipio dedit. 5583 -um cum columnis solo *eqs.* 5584 -um exornari iussit (*cf.* CIL XIV 4719 decoravit). 5585 -um ... restituit (5586. 5587. 5588. 6795). CIL VIII 18224 agentes curam -i. 12353 perfecti operis -i (*cf.* 2398 sq. XI 3014). XIV 375 pondera ad -um (*cf.* 376. 423 INSCR. Dessau 5590). INSCR. Dessau 3661 genio -i ... posuit (*cf.* INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 548). CIL XIV 2937 amatores regionis -i cultores Iovis Arkani (*cf.* 2972). *et al.*

2 *in usu (plerumque de -o Romano)*: *in -o veneunt varia cibaria*: PLAVT. Aul. 373 venio ad -um, rogito pisces: indicant caros, agninam caram, caram bubulam. CAECIL. com. 13 iam dudum depopulat -um. TER. Eun. 255 ad -um ubi advenimus, concurrunt ... cuppedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui (*cf. l. 58*), fartores, piscatores. VARRO rust. 3, 2, 16 collegiorum cenae, quae nunc innumerabiles excandefaciunt annonam -i (CIC. div. 2, 59 SVET. Tib. 34, 1). 3, 3, 4 nata *animalium* nutricere sagine-que, in -um ut perveniant. MORET. 82 urbani comitatus merce -i. PAVL. FEST. p. 48 M. -um forum cuppedinis appellabant. SEN. benef. 7, 19, 3 creditori ... in -um laturo, quod acceperit. PLIN. nat. 19, 56 -i vectigal. 19, 57 ubi indiligens esset hortus, quippe e carnario aut -o vivendum esse. MART. 10, 37, 19 ab urbano venit ad mare cena -o (*cf.* 10, 59, 3). 12, 62, 9 Ausonio similis ... pompa -o. IVV. 11, 10 multos ... ad ipsum creditor introitum solet expectare -i. SVET. Iul. 43, 2 legem ... sumptuariam exercuit dispositis circa -um custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent. *et al.* *praecipue pisces* (*cf. l. 22*): PLAVT. Pseud. 169 ego eo in -um, ut piscium quidquid ibist pretio praestinem (*cf.* Rud. 979). VARRO rust. 3, 17, 7 cum ... per tempestatem -um piscinarum [mare] obsonium praeberet. FEST. p. 238 M. piscatoribus Tiberinis, quorum quaestus non in -um pervenit, sed fere in aream Volcani. SEN. epist. 95, 42 mullum ... in -um deferri et veniri. PLIN. nat. 9, 182. MART. 13, 85, 1 princeps Niliaci raperis, coracine, -i. *et al.* *carnes bestiarum, quae in ipso -o etiam mactantur et dilaniantur* (*cf. p. 3, 43 sqq.*): TERT. anim. 33 p. 356, 9 pecus lanienae et -o destinatum, ut perinde iuguletur. CAPITOL. Opil. 13, 3 in verberandis vero aulicis ... tam asper, ut servi illum non Macrinum dicerent, sed Ma[r]cellinum, quod -i specie domus eius cruentaretur sanguine vernularum. ARNOB. nat. 2, 41 p. 81, 7 -a ... et amphitheatra ..., loca sanguinis et publicae impietatis. VVLG. I Cor. 10, 25 omne, quod in -o (ἐν μακέλλῳ) venit, manducate (*v.* PELAG. ad l. p. 185, 6 S. *et cf.* TERT. ieiun. 2 p. 276, 3 fides libera in Christo ... in totum -um ... admissa). AVG. in euang. Ioh. 27, 5 carnem ..., quomodo ... in -o venditur. serm. 149, 2, 3 immolaticia caro ... tunc in -o vendebatur. PVBLIC. Aug. epist. 46, 8. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 278ᴬ -o (*p. 60, 16 B.* ἐν μακέλλῳ) canis ... vesci assuetus. *al.* INSCR. christ. Diehl 4856 bucularius (*i. botularius?*) de -o. CIL XI 1231 (Dessau 6673) s(ervi) vil. -i (*quo pertineat minus certum*). *a priscis Romanis coquos* (*cf. l. 25*) *e -o conductos esse tradit* PLIN. nat. 18, 108. *affertur tamquam locus molliter viventibus gratus, virtuti contrarius*: CIC. fin. 2, 50 quae est ista laus, quae possit e -o peti? SEN. epist. 77, 17 confitere non curiae te ... desiderio tardiorem ad moriendum fieri: invitus relinquis -um. 96, 5 ipse te interroga, ... utrum velis vivere in -o an in castris. TERT. ieiun. 15 p. 294, 5 si claves -i tibi tradidit *apostolus* (*cf. l 51*), ... non tamen in -o regnum dei inclusit. *personatur*: MART. 10, 96, 9 conturbator (*sc. rei familiaris propter magna pretia*) ... -us. IVV. 6, 40 cariturus ... captatore -o (*unde proveniunt cibi lautiores*).

B *translate*: **1** *de rebus vendendis i. q. cibaria, cibi lautiores*: VARRO Men. 38 dotis dato ... -um Romuli. HOR. epist. 1, 15, 31 Maenius ... pernicies ... barathrumque -i. MANIL. 5, 376 arcessitur inde -um, unde aurata ... convecta est, pellis. PLIN. nat. 19, 52 ex horto plebei -um. IVV. 11, 64 fercula nunc audi nullis ornata -is. TERT. resurr. 61 p. 122 13 accepisti dentes ad -um corrodendum. **2** *de hominibus, qui merces in -um arcessunt aut ibi vendunt*: HOR. sat. 2, 3, 229 cum Velabro omne -um ... veniant. 2, 4, 76 immane est vitium dare milia terna -o. IVV. 5, 95 retibus adsiduis penitus scrutante -o (SCHOL. piscatoribus) proxima. **3** *i. q. mactatio*: HIER. epist. 64, 2, 1 alia tria ... de privato et de -o publico, ubi non religio, sed victus necessitas est, sacerdotibus membra tribuuntur. PRVD. perist. 10, 1056 -um pingue pulvinarium (*sc. in lectisternio*).

deriv.: macellarius. macellensis. *cf.* Macellinus. *v. Onom.*

Tietze.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. macellus, -a, -um *a* macer *demin.* Varro ling. 8, 79 macer macricolus -us. Pavl. Fest. p. 7 M. fit deminutive a macro -us. *i. q. satis macer*: Lvcil. 242 si nosti, non magnus homo est, nasutus, -us (*descriptio hominis avari ut vid. cf.* Non. p. 136, 27 pro macilentum). [Mart. 10, 96, 9 *v. p. 3, 58.*]

2. macellus *v. p. 3, 57.*

maceo, -ēre. [*cf.* macer. *J. B. H.*] Ps. Plac. Gloss.^{L} IV m 22 -ere: macie infestari (-are *codd.*). *i. q. macrum esse*: Plavt. Aul. 564 volo ego ex te scire qui sit agnus curio. :: quia ossa ac pellis totust ita curā -et. *deriv.*: macesco.

***macer**, -cra, -crum. [*i. q. gr.* μακρός *'longus', theod.* mager; *cf. et hethit.* maklanza *'tenuis', gr.* μακεδνός *'gracilis',* μῆκος *'longitudo' al. J. B. H.*] *scribitur* mag-: Soran. 113 p. 39, 24 (*b, -c- lh; cf. Medert, Quaest. crit. et gramm. 1911 p. 45 sq.*). *de origine et derivatione*: Varro ling. 6, 50 maerere a marcere . . .; hinc etiam -i dicti. Prisc. gramm. II 118, 10 (*inter denominativa*): macies -r (Isid. orig. 10, 180). 127, 19 (*inter verbalia*): macero -r. *de flexione* (macer, macri; macrior macerrimus): Varro ling. 8, 77. 9, 91. 10, 28. Char. gramm. p. 56, 17 B. Mart. Cap. 3, 298. macera *legitur*: Itala gen. 41, 4 (Wirc.) Schol. Verg. Bern. georg. 2, 212. *comp.* -ior *legitur inde a* Catone, *superl.* -errimus *inde a* Fab. Max. *de notione*: Gloss.^{L} II Philox. ma 3 λεπτός, ἰσχνός. *inde fort.* II Abav. ma 3 tenuis, subtilis (*cf. et vol. V 2 p. 449, 28*). Synon. Cic. Char. gramm. p. 426, 22 B. gracilis: exilis, tenuis, -r, exiguus. Pavl. Fest. p. 328 M. scutilum: tenue et -um *eqs.* Serv. auct. georg. 1, 92 (*v. vol. VII 1 p. 252, 16*). 3, 175 'vescum' apud antiquos significabat -um. Not. Tir. 40, 77. *inde a* Plavto *et* Catone. [*val.* macru, *it.* magro, *francog.* maigre, *port.* magro. *M.-L.*] *v. et Onom.; nom. propr.* Macri campi *v. vol. III 219, 6 sqq., ubi addas*: Strabo 5, 1, 11 p. 216; *cf. Bormann ad* CIL *XI p. 170*[1].

I ***proprie*** *i. q. tenuis, exilis*: **1** *de hominibus* (*tam natura nimis gracilibus quam morbo labore libidinibus confectis*): Catvll. 89, 4 Gellius est tenuis. quid ni? cui . . . tam . . . omnia plena puellis cognatis, quare is desinat esse -r? (*de ecfututo. cf.* 89, 6. Priap. 26, 8 ecfututus . . . confectusque -rque pallidusque. Isid. orig. 10, 180 *v. p. 18, 46.* *paulo aliter* [*cf. l. 61*]: Ivv. 6, 138 pharetris Veneris). Mart. 8, 75, 7 servulus . . . tam -r, ut minimam posset vix ferre lucernam (*opp.* ingenti domino. *cf.* Avg. serm. 242, 7, 10 *opp.* validus, robustum). Qvint. inst. 6, 3, 58 Iulium, hominem nigrum et -um et pandum 'fibulam ferream' dixit. Firm. math. 4, 15, 2 *minuta luminibus Luna faciet* . . . -os splenicos *eqs.* Avg. civ. 22, 12 p. 589, 11 D. (*opp.* pingues. 22, 19 p. 598, 22). ord. 2, 5, 14 *cur pecuniae* defossae incubet -r et scabiosus fenerator. Soran. 113 p. 39, 24 lac accipere non vult *infans* et -ior efficitur. Sidon. epist. 7, 7, 3 -i ieiuniis proeliatores. Maxim. eleg. 1, 85 quaerebam gracilem *puellam*, sed quae non -a fuisset. *adde*: Ivv. 7, 29 dignus venias hederis et imagine -a (Schol.: corpore exilis, propter ut vigilias, quia poetae sic pinguntur quasi ad summam maciem a nimio labore confecti). *de partibus corp.* (*cf. infra l. 68*): Priap. 12, 14 barbato -r eminente naso *rictus aniculae.* 72, 4 si furaberis ipse grandia mala, tibi bracchia -a dabo (*i. pedicabo*). Cels. 2, 4, 3 mali . . . morbi testimonium est . . . habere . . . cutem circa umbilicum et pubem -am. 2, 8, 8 si . . . corpus . . . aequaliter . . . in extremis partibus um est (*cf.* Sen. epist. 78, 8 -errimis corporis partibus. Avg. civ. 13, 18 p. 580, 14 D. membra, *opp.* robusta). Mart. 3, 98, 1 culus. Soran. 56 p. 19, 23 subito sine ratione mamillae -iores fiunt (*παράλογος μαστῶν ἴσχνωσις*). Sidon. carm. 7, 454 sordida -o lintea pinguescunt tergo *senum.*

2 *de bestiis* (*add. abl. resp.: l. 63*): Lvcil. 453 -osque palumbes (*cf.* Hor. sat. 1, 5, 72 turdos [Macr. Sat. 2, 4, 22]. Cels. 4, 16, 2 aves). Varro rust. 2, 5, 12 existimantur facilius -ae *boves* concipere (Prop. 4, 1, 22 Ivv. 14, 146. *cf.* Verg. ecl. 3, 100 quam pingui -r [*sc. amore; cf. supra l. 36*] est mihi taurus in ervo [*Theocr. 4, 20* λεπτός]. Itala gen. 41, 3 [Ottob.] vaccae . . . -ae carnibus [λεπταὶ ταῖς σαρξί, *Vulg.* confectae . . . macie]. 41, 4). Hor. epist. 1, 7, 33 -a cavum repetes (*vulpecula*) artum, quem -a subisti. Plin. nat. 29, 94 inutilissimae . . . unius coloris -ae *cantharides sunt.* Mart. 3, 93, 12 anatis habeas orthopygium -ae. Gell. 20, 8, 3 *ostreae* inuberes -aeque (*postea* tenuis exuctaque), *adde de carne sim.*: Cels. 2, 18, 10 omnia pinguia quam -a . . . plus alimenti habent (*cf.* 2, 24, 2. 2, 28, 2. 2, 30, 3). Plin. nat. 11, 210 a partu . . . livida ac -a *vulva suis est.*

2 *de rebus*: **a** *de terra, solo sim. (de vite: l. 77; add. abl. resp.: l. 75) i. q. gracilis, non pinguis*: Cato agr. 6, 2 (*cf.* Plin. nat. 15, 20) qui ager frigidior et -ior erit (Fab. Max. hist. 1 a. -errimum litorosissimumque. Varro rust. 1, 23, 3. 1, 35, 1 Colvm. 2, 9, 14. 5, 8, 6 sabulo. *al. cf.* Hor. sat. 1, 6, 71 -o pauper agello [Schol.: id est sterili]). 33, 3 in vinea vetere serito ocinum, si -a erit (Colvm. 3, 11, 9. 8, 1, 2. *cf.* Cato agr. 37, 3 vitis [Colvm. 4, 24, 8 Plin. nat. 17, 29. 192. 193]. Colvm. 3, 10, 3 *materiae.* 4, 23, 2 *partem vineti*). Varro rust. 1, 9, 5 refert utrum *terra* sit -a an pinguis an mediocris *eqs.* (1, 9, 6 *opp.* ieiuna [*v. vol. VII 1 p. 251, 56*]. 1, 23, 2 Colvm. 3, 2, 21. 3, 12, 3 [*syn.* tenuem] *al.* Plin. nat. 18, 174 Pallad. 1, 5, 6). 1, 40, 3 in sicco et -o loco et argilloso (1, 44, 1 *opp.* crassus. Colvm. 2, 9, 5. 2, 10, 8. 11, 2, 7 *al.* arb. 3, 2 Plin. nat. 19, 187 *al.* Grom. p. 325, 26 L. [*opp.* campum extensum. p. 329, 16]). Cic. leg. agr. 2, 67 quod solum tam exile et -um est, quod aratro perstringi non possit? (Colvm. 2, 2, 2 *opp.* pinguis [2, 2, 2 *al.*]. 2, 2, 7 pariter siccum et densum et -um. 2, 10, 17 *al.* Plin. nat. 14, 33 *al.*). Colvm. 2, 9, 2 campis vel collibus . . . pinguibus vel mediocribus (*cf. p. 5, 79*) vel -is (3, 14, 1). 2, 9, 4 vel pinguissima vel -errima humo iacitur *hordeum.* Pallad. 1, 5, 1 ne -r *sit* sabulo sine admixtione terreni. *nota imaginem*: Sidon. epist. 8, 10, 2 ubi materiae sterilis argumentum velut arida caespitis -i gleba ieiunat. *adde de plantis* (*cf. p. 5, 77*): Plin. nat. 13, 47 arentes *sunt palmae* Thebaidi atque Arabiae -oque corpore exiles. Pallad. 1, 6, 2 ferat *gleba* . . . trifolium non -um, rubos pingues. **b** *de rebus liquidis i. q. tenuis*: Plavt. Persa 96 nisi cremore crassost ius collyricum, nihilist, -um illud epicrocum pellucidum (*comparatur vestimento nimis tenui*). Verg. catal. 13, 26 *rates* -a . . . luctantes aqua *Tiberis* (*cf.* Mela 2, 63 *Padus* aliquatenus exilis ac -r, mox . . . amnibus . . . augescit). Plin. nat. 28, 230 pthisicis medentur iocur lupi ex vino -o *eqs.* (*cf. 15, 110* tenue). **c** *de libro i. q. angustus, parvus*: Mart. 2, 6, 10 tam -r libellus, nullo crassior ut sit umbilico (*cf. vol. VI 2131, 62*).

II *translate et metaphorice* (*cf. supra l. 6*): *de hominibus*: Hor. epist. 2, 1, 181 valeat res ludicra, si me palma negata -um, donata reducit opimum (*fere i. 'tristem', opp. 'laetum' [propria tamen notione dilucente; cf. p. 20, 50]; cf. edd. ad l. et* Porph.: adflictus, *opp.* crassus). *i. q. egenus, exilis*: Avg. serm. 95, 1 qui estis divites in epulis, nolite -i esse in operibus et factis bonis (in psalm. 72, 12 -i, id est exiles, exigui, tabe quadam necessitatis affecti. *cf.* Evg. Tolet. carm. 7, 2 *vorax* viscera crassa vehit, sed -a corda gerit). *de re i. q. exiguus*: Pers. 2, 35 spem -am supplice voto . . . Crassi mittit in aedis *anicula infanti divitias vovens.*

syn. et appos.: exilis, inuber, tenuis. ieiunus, mediocris. *opp.*: crassus, laetus, pinguis, valens (Colvm. 4, 23, 2), uber.

deriv.: macellus, (macricolus), macresco, macritas, macritudo. *comp.*: permacer.

macēra *sim. v.* machaer-.

mācerātio, -ōnis *f. a* macerare. *plur.: l. 41.* *proprie de calce aqua permadefacienda*: Vitr. 7, 2, 1 *glaeba calcis* in -e diuturna liquore defervere coacta (7, 2, 2). *i. q. potio macerata*: Chiron 413 hac -e utere diebus v. *de hominibus: i. q. consumptio, tabes*: Arnob. nat. 4, 35 p. 170, 15 *Herculem* in ultimam tabem diffluentium viscerum -e consumi. Avell. p. 476, 10 seni aegritudine continua et -e consumpto. *i. q. castigatio*: Tert. ieiun. 3$^{extr.}$ omnium erga victus -um. Sacr. Greg. 40, 1 carnis -e. Greg. M. moral. 6, 55 membrorum.

mācerātūra, -ae *f. a* macerare, *cf.* lotura *sim.* *i. q. maceratio*: Novell. Valent. 18, 1 de . . . lini -a.

mācerātus, -a, -um *v. p. 10, 36.*

mācerēsco, -ere *a* macerare, *cf.* frac-, putresco *sim.* *i. q. maceratum, mite fieri*: Cato agr. 92 lutum de amurca facito, palearum paulum addito, sinito -ant bene.

***māceria**, -ae, *f. et* **māceriēs**, (-ēī) *f.* [*cf.* macero *et ad significationem gr.* τεῖχος *'murus', v. s.* fingo. *J. B. H.*] *de origine*: Don. Ter. Ad. 908 -s dicitur paries non altus de ⟨materia⟩ macerata. Isid. orig. 15, 9, 4 -ae sunt parietes longi, quibus vineae aliquae clauduntur; longum enim Graeci μακρὸν dicunt. *de sonis et formis*: *scribitur* mach-: Psalt. Cas. 61, 4 *al.* Grom. p. 361, 11 L. *al.* Not. Tir. 100, 71 *al.* (*cf. et s.* machaera *p. 10, 62*). *apex*: CIL X 7893, 3 máceriem. *abl. pl. in* -īs (*cf. Lachmann ad Lucr. 5, 85*): CIL V 781, 5. VI 1969 -Is. *cf.* -eis (*v. Lommatzsch, ALL 15, 1908, 136; nisi potius c.* -ēis *pro* -Iis, *cf. l. 59*): CIL V 6478, 8 XIV 730, 7. *acc.* -eam (*cf. l. 57*): CIL XI 3950 (*periit*). *formae 5ae decl.*: *nom. sg.* maceries: Colvm. 8, 15, 2. 11, 3, 2 Psalt. Cas. 61, 4 Ambr. in psalm. 61, 20 Don. Ter. Ad. 908 Serv. Aen. 2, 469 Prvd. ham. 226 Cassiod. in psalm. 143, 16 Not. Tir. 100, 71 Gloss.^{L} II Philox. ma 2. *acc.* maceriem: CIL I^{2} 2216 Varro rust. 3, 15, 1 Itala Is. 5, 2 (Ambr. in Luc. 3, 25 *P*) Psalt. Cas. 79, 13 CIL V 8970a VI 610, 6. 10250, 7. 19. 10333, 6. 29773 X 1236, 2. 7893, 3 XII 5305 XIII 5021. 5674, 3. 8236, 4 (*aet. Titi*). XIV suppl. Ost. 4710. *abl.* macerie: Varro rust. 3, 3, 5. 3, 5, 11 Colvm. 7, 3, 8 arb. 18 CIL VI 5346. 29773. 30073, 2 X 4104, 3 XIII 5959, 2. *cf.* Inscr. NotScav. 1916 p. 173 (*s. III?*) maceriae. *de notione* (*cf. l. 51 et p. 7, 8*): Gloss.^{L} Corp. m 11 -a: lapis tantum. I Ansil. ma 25 saepis de lapidibus. II Philox. ma 2 -s: θριγκός. Gloss. V 298, 18 gemiones: -ae. *inde a* Plavto; *e poetis habent singulis locis* Plavt., Ter., Prvd., Ven. Fort. [*it.* macia, *francog. vet.* maisiere. *M.-L.*] [*probab. em.*: Svet. Nero 33, 1 bustum . . . consaepiri . . . humili levique -a (*Gutherius, Ihm,* materia *codd.; cf. var. l. p. 7, 30. 31*).]

I ***proprie*** *i. q. murus, saepimentum*: **1** *generalia* (*cf. Daremberg-Saglio s. v.; Ebert, RE XIV 135*): Varro rust. 1, 14, 4 quartum fabrile saepimentum est novissimum, -a. huius fere species quattuor, quod fiunt e lapide . . ., e lateribus coctilibus . . ., e lateribus crudis . . ., ex terra et lapillis conpositis in formis. Frontin. grom. p. 17, 13 Th. aedificia, -ae, petrae aut montes (*de metatione*). Sic. Flacc. grom. p. 102, 21 Th. (*v. vol. II 1140, 20*). p. 112, 26 si . . . substructionibus et -is finientur agri *eqs.* p. 113, 5 quidam transversas et obliquas -as ripis substructionibus factas volunt videri finales (*v. vol. VI 767, 26*). p. 113, 31 -ae quoque . . . non semper

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aut terrarum excipiendarum causa aut repurgandi agri aut finem praestandi fiunt. aliquando enim ... vivaria aut pomaria aut vineas aut oliveta aut arbusta -is ... includunt *eqs.* LIB. col. I grom. p. 211, 10 L. muros -as scorfiones congerias (p. 227, 15 *al.*). p. 241, 3 *al.* (*cf. Rudorff, Grom. II 270*). SERV. georg. 2, 417 (*v. vol. II 160, 24*). Aen. 2, 469 -s, quae ambit domum, Herceo Iovi *sacrata est.* AVG. serm. 51, 8, 13 terminus inter agros vel lapis vel discretio aliqua -ae. CASSIOD. in psalm. 61, 3 -a est saxorum sicca constructio *eqs.* (79, 12. 143, 16).

2 *exempla selecta*: PLAVT. Truc. 303 quid -a illa ait, in horto quae est *eqs.* (305 nil mirum — vetus est -a —, lateres si veteres ruont. TER. Ad. 909 hanc in horto -am iube dirui [GLOSS. V 537, 16 structilem saepem]. LIV. 23, 9, 13. 45, 6, 4 [*Plut. Aemil. 26 τεῖχος*]. COLVM. 11, 3, 2 TAC. hist. 3, 82 PRVD. ham. 226 CIL VI 13823 *al.*). CATO agr. capp. 18 de -is aedificandis. 15 -as ex calce caementis silice. 22, 4 Rufri -as (135, 2). SISENNA hist. 24 post villarum -as. LEX par. fac. Put. (CIL I^2 698) II 11 eisdem -a extrema paries qui est. CIL I^2 1001 ⟨mag(istri)⟩ pagi Ianic⟨olensis⟩ ... mace⟨riam⟩ (*vix* mace⟨llum⟩, *v. adn.*) ⟨de p⟩ag(i) sen(tentia) fac(iundam) coer(avere) (*cf.* 1688, 3 circ(a) lucum macer(iam) et murum et ianu(as) d. s. p. f. c. 1917, 4 campum et macer(iam). 2216 -em ... pinnas et austia de s⟨uo⟩ fecit, Minervae de⟨dicavit⟩. V 781, 5. 7747, 2. 8970^{a} lucum -em aras. VI 610, 6. 8511, 3. 31024 aram aedem -am. VIII 23022. X 4104, 3 lucus sacer -e cinctus. 7893, 3. XII 4338 [*litt. s. I in.*]. XIII 914, 4. 5674, 3. 5959, 2. 8236, 4). I^2 1905 extra -a in agr⟨u⟩m precar(io) (1906). VARRO rust. 3, 3, 5 secunda *cultura animalium*, quae -e ad villam venationis causa cluduntur (*cf.* 3, 3, 8. 3, 5, 10. 11. 12. 3, 12, 3. 3, 13, 2 *al.* COLVM. 7, 3, 8. 8, 14, 1. 9, 1, 8 *al.*). CIC. epist. 16, 18, 2 nullo aprico horto, nullo emissario, nulla -a. CAES. Gall. 7, 69, 5 fossam ... et -am (mat- α) sex in altitudinem pedum praeduxerant (7, 70, 5 [mat- α]). EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (CIL X 4842) 17 sq. qui locus ager in fundo ... m⟨acer⟩ia saeptus est ..., ne ea -a parsve quae eius -ae ... diruatu⟨r⟩ *eqs.* LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 36 arbores, vites, vepres, sentes, ripae, -a⟨e⟩ ... tollantur (41 demolirentur). LIV. 33, 6, 7 coartata itinera -is (*Polyb. 18, 20, 1 αἱμασιῶν*). 42, 15, 5 *al.* COLVM. 5, 10, 1 modum pomarii ... circummunire (-venire *codd.*; *cf.* arb. 18) -is vel saepe vel fossa praecipio. 8, 11, 3 ager planus sublimi clauditur -a. 8, 15, 5. 11, 3, 36 iuxta -am (PLIN. nat. 19, 163). *al.* PLIN. nat. 25, 43 sideritim in -is nascentem (PS. APVL. herb. 82 l. 7 H.-S.). EPIST. Donat. Syntroph. (CIL VI 10239) 2 vineis -a clusis (ITALA Is. 5, 2 [Ambr. in Luc. 3, 25] -am circumdedi [φραγμὸν περιέθηκα, *Vulg.* saepivit; *cf.* EVCHER. form. 9 p. 55, 20]. 5, 5 auferam [καθελῶ τὸν τοῖχον, *Vulg.* saepem]. PSALT. Cas. *et* VVLG. psalm. 79, 13 [*cf.* HIER. in Is. 58, 12 p. 698 V.] VVLG. num. 22, 24 prov. 24, 31 AVG. quaest. hept. 4, 50 p. 357, 28 *al.*). APVL. Socr. prol. p. 106 velut in -a lapides temerario interiectu poni necesse est. ITALA psalm. 88, 41 (Aug. civ. 17, 10 p. 229, 17 D. *al.*) destruxisti omnes -as eius (φραγμούς, *Vulg.* saepes). 61, 4 (Ambr. in psalm. 61, 20 p. 391, 9 *al.*) tamquam parieti inclinato et -ae inpulsae (-ae depulsae VVLG.; *cf.* HIL. in psalm. 61, 5). VVLG. psalm. 143, 14 non est ruina -ae ((*allegoricam interpr.* HIER. tract. in psalm. I p. 285, 28). cant. 2, 14 (προτειχίσματος, *hebr.* הַמַּדְרֵגָה) *al.* CIL III 2929, 6 longum ab unda ad -am. V 3072, 5. VI 1969 sepulcrum sive ara cum suis -is (*cf.* 11998, 2. 13061, 9. 14936 [= 34090], 5 -as ... cum aediculis et ollaris. 15593, 9. 34321. X 2066, 1 cepotaphio. 4765, 7. 6069, 1 XII 5244 XIV 730, 7. 3932 *al.*). VI 10250, 7 inter -em Calanianam et insulam Eucarpianam (19. *cf.* 36126 a -a Helviae in der(e)c(tum) ad villam vers(us) Otacilian(am). 36364, 10 -a Caes(i)ae Paulinae). X 1236, 2 campum publice aequandum -em et scholas et solarium semitam de s. p. f. c. 2614, 4 terrā purā, -a clusā. 5136 -a in privato (*cf.* XI 4481). XIV 3857, 14 in rigore -ae. XIV suppl. Ost. 4710 -em et columnam. *nota i. locus consaeptus*: ADNOT. Lucan. 3, 285 Cyrum cum magnus sequeretur exercitus, ut numerum omnium sciret, iussit -as fieri, id est loca quae certum numerum militum ferrent *eqs.*

II *tropice et translate: fere i. q. paries medius, discrimen*: TERT. apol. 47, 13 si paradisum nominemus locum ... recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, -a quadam igneae illius zonae a notitia orbis communis segregatum. VVLG. gen. 38, 29 quare divisa est propter te -a? (φραγμός, *hebr.* פָּרֶץ). Eph. 2, 14 fecit utraque unum, et medium parietem -ae (τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ) solvens, inimicitias in carne sua *eqs.* (*cf. interpretationes* MAR. VICTORIN. in Eph. 2, 15 p. 1258^{B}. 2, 20 p. 1261^{B} AMBR. Isaac 4, 22 p. 657, 2 HIER. in Eph. 2, 15 sqq. p. 581 V. PELAG. in Eph. 2, 14 p. 354, 18 S. RVFIN. Orig. in gen. 13, 2 p. 114, 18 B. THEOD. MOPS. in Eph. 2, 16 p. 152, 4). *alia*: MAXIMIN. hom. (RevBén. 40, 55) 3, 16 resistente sibi -a castitatis. Ps. AVG. un. trin. p. $1210^{in.}$ abstulisti grandem -am. MVTIAN. Chrysost. hom. 5, 5 p. $277^{in.}$ mille -is et munitionibus nobis *adversus iracundiam* opus erit (θριγκίων καὶ διαφραγμάτων).

iuncturae selectae: *acc.* -am: adicere: CIL VI 10333, 6. 37272, 6. circumdare: *supra l. 42. adde* CIL X 2810, 12 *al.* deicere: PSALT. Cas. 79, 13. demoliri: *supra l. 35.* destruere: *supra l. 47.* diruere: *supra l. 33.* ducere: CIL V 3072, 5. X 1893, 5 (prae-: *supra l. 31*). facere: CIL V 1390, 8 *al.* tollere: *supra l. 35.* *abl.* -a: cingere: *supra l. 24.* *adde* CIL VI 8511, 3 *al.* circumdare: COLVM. 9, 5, 1 CIL VI 11998, 2 *al.* circumducere: CIL X 2765, 5 (*cf.* ex *pro abl.*: CIL XIII 5959, 2). claudere: *p. 7, 27. 41. adde* COLVM. 7, 3, 8 *al.* CIL VI 34321 *al.* (circum-: CIL VI 13061, 9 *al.* con-: VARRO rust. 3, 3, 8 *al.*). munire: COLVM. 8, 15, 1 *al.* PLIN. epist. 5, 6, 17 (circum-: *p. 7, 37*). saepire: *p. 7, 32. adde* VARRO rust. 3, 5, 12 *al.* *epitheta*: alta: VARRO rust. 3, 5, 10 *al.* COLVM. 8, 14, 1 *al.* caementicia: CIL XIII 5674, 3. longa: VITA Alc. Avit. 5. sublimis: COLVM. 7, 3, 8 *al.* summa: VARRO rust. 3, 5, 11.

deriv.: maceriatio, maceriatus, maceriola.

θριγκωσις (τριγχ- *cod.*) **macer⟨i⟩ātio** GLOSS. II 458, 60. *a* maceria.

māceriātus, -a, -um *a* maceria. *maceria cinctus*: CIL VI 13478, 7 in eo sepulchro ... -um contexerunt. Ps. ORIG. in Iob 1 p. 486^{D} vitis ... sum bene -a *eqs.*

1. māceriēs, (-ēī) *f.* [*a* macerare; *v. Ernout-Meillet, Dict. 546. J. B. H.*] *i. q. maceratio, afflictio*: AFRAN. com. 150 facere illi satis vis, quanta illius mors sit -s tibi?

2. māceriēs *v.* maceria *p. 6, 60.*

mācerīola (-eol-), -ae *f. a* maceria *demin.* *parva maceria*: CIL VI 22437 hic locus -eola clusus ad familiam Messianam ... pertinet.

macēris *v.* machaeris.

***mācero**, -āvī, -ātum, -āre. [*a* *măcer (*ut* lacero *a* lacer), *cf. c. lett.* mākt *'premere, torquere' et fortasse c. gr.* μάσσω (*aor.* μαγῆναι) *'depso'. a radice cognata* *mag- *descendunt gr.* μάγειρος *'cocus', theod.* machen *al. J. B. H.*] *mensuratur* măc-: IVVENC. 2, 385 PRISC. periheg. 1066. EVTYCH. gramm. V 459, 9 (*falso inter denominativa* 5^{ae} *decl.*): maceries -o -as. CHAR. gramm. p. 409, 20 B. libera me sollicitudine: ... ne anxius sim fac; ne suspicio me -et. DON. Ter. Eun. 939 deest 'madidum' aut '-tum' aut 'emollitum' (*sc. panem*). $GLOSS.^{L}$ II Philox. MA 4 -tum: τετηγμένον. GLOSS. II 359, 47 λεπτύνω: tenuo -o minuo extenuo. 364, 56 -o μαραίνω. 364, 57 -or (marc- *trad.*; *cf. s. v.* marcido) μαραίνομαι. *inde a* LIV. ANDR. (*p. 9, 37*), *in prosa oratione a* CATONE (*sensu translato inde a* LIV.); *deest e. g.* CIC. CAES. (*sed v. p. 10, 5*) SALL. PETRON. TAC. [*it.* macerare, *francog. vet.* mairier. *M.-L.*] [*corrupt.*: COLVM. 11, 3, 53 PLIN. nat. 18, 102.]

×māchinor, -ātus sum, -ārī. [*a* machina, *cf. gr.* μηχανάομαι. *J. B. H.*] mac(c)in-: *v. p. 18, 12 sqq. inter verba media affert* CHAR. gramm. p. 479, 22 B. (*cf.* 465, 14 -or μηχανῶμαι). *part. perf. vi passiva* (*cf.* PRISC. gramm. II 382, 5) *v. l. 66. p. 18, 7. 13; inf. praes. pass. v. l. 71. formae activae: v. l. 9. 72 sqq. p. 18, 12. de notionibus* (*cf. l. 3*): NON. p. 256, 7 conparare, conponere, -ari. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 445, 3 B. struxit ... fabricavit ... -tus est. commentus est. excogitavit. invenit. repperit. GLOSS. μηχανῶμαι. GLOSS.[L] I Ansil. MA 52 -at conficit. III Abstr. MA 3 -atur parat, instruit machinis, ⟨id est⟩ argumentis. *legitur inde a* PLAVTO. *usque ad* APVL. *omnes dedi locos.* [*val.* macina, *it.* macinare. *M.-L.*]

I *i. q. excogitare, comminisci, parare, instituere* (*cum dat.*: *v. infra l. 21. 34. 37 sqq. 44. 52 al.* adversus: *v. infra l. 23. 25. 63. 69 al.* contra: *v. infra l. 31. 47. 74.* in *aliquem*: *v. l. 30. 36. 66.* in *aliquid [sensu fin.]*: *v. l. 29.* ad: *v. l. 49. 77. p. 18, 9*): **A** *res incorporeas* (*subi. est res l. 26. 45. 50. 52*): **1** *deponens*: **a** *cum obi.*: **α** *cum n. pron. et adi.*: PLAVT. Capt. 531 quid -er? quid comminiscar? Cas. 277 quod ego -or. 301 mi illa nubet, -are quidlubet quo vis modo. CIC. Verr. I 15 (*syn.* agit). leg. agr. 2, 23 qui haec -bantur. dom. 54 nihil aliud nisi uti nequid per vim agi possit -bare (*ironice*). LVCR. 3, 944 (*loquitur Natura*) nam tibi praeterea quod -er inveniamque, quod placeat, nil est. SEN. frg. 14 quid agis? quid -aris? APVL. Plat. 2, 17 adversum quem talia -atur. ARNOB. nat. 2, 43 p. 83, 9 mala ... pariunt et labem -antur in mutuam (*cf.* VVLG. gen. 42, 11. prov. 6, 14. *al.*). LACT. epit. 48, 4 quaecumque adversus nos potest crudelitas -ari. AMM. 31, 8, 1 haec et similia (*i. oppugnationem*) -ari ... ignorantes *Gothi*. RVFIN. hist. 4, 15, 41 ista -antibus (ἐνισχυσάντων). AVG. pecc. orig. 22, 25 ut ... in ecclesiae convertatur utilitatem, quod est inimicus in perniciem -tus (epist. 194, 47). EPIST. pontif. 330 (*a. 417*) Migne 20, 657[A] in fratres ... tanta -ti sunt. COD. Iust. 5, 17, 8, 3 (*a. 449*) contra nostrum imperium aliquid -antibus. *al.* **β** *cum subst.*: *insidias, fraudes, perniciem, sim.*: PLAVT. Bacch. 232 aliquam -bor machinam. Capt. 530 aliquam corde -or astutiam. RHET. Her. 2, 19, 28 inimico exitium -ari (*cf.* SEN. Phaedr. 1221 IVST. 39, 4, 5). 4, 8, 12 civibus atrocissimas calamitates -antur. CIC. Catil. 1, 2 pestem ... in nos omnes iam diu -aris (*cf.* nat. deor. 3, 66 videtur ... sibi ipsa nefariam pestem -ari *Medea*). Sest. 133 mihi ... omnis est insidias sceleratissime -tus (LACT. mort. pers. 30, 1). SALL. Catil. 18, 7 plerisque senatoribus perniciem -bantur. LIV. 1, 51, 1 Turno necem -atur. SEN. contr. exc. 10, 1 caedem (*cf.* PLIN. paneg. 63, 6 consulibus ... exilia et caedem -bantur). TERT. Scap. 2 p. 542, 16 Oe. ultionem ... -emur. LACT. inst. 6, 23, 8 *diabolus* nefandos coitus ... -tus est. HIER. epist. 58, 6, 4 ne cuiquam -eris dolos (*cf.* in Dan. 11, 27 p. 567[C]). VVLG. Esth. 16, 18 *scelus* -tus est. prov. 6, 18 cor -ans cogitationes pessimas. RVFIN. hist. 5, 15 p. 459, 24 nova adversum veritatem figmenta -antes. PALLAD. hist. mon. I 5 p. 266[C] aliam contra ipsum ... artem -atur (*p. 42 B.* σχηματίζεται). *al.* **alia**: CIC. de orat. 3, 174 haec duo musici ... -ti ad voluptatem sunt, versum atque cantum. Tim. 52 dies noctesque ... mensum annorumque conversiones et numerum -tae sunt (*gr. p. 47[A]* μεμηχάνηνται) et spatium temporis dimensae *eqs.* APVL. mund. 21 ex ea (*sc. concordia*) salutem operi (*i. mundo*) -ta *est natura* (*gr. 5 p. 397[a], 31* σωτηρίαν παρέχειν). LACT. inst. 2, 5, 22 in -andis itineribus astrorum. DON. Ter. Andr. 977 binas nuptias ... -tus est. SIDON. epist. 4, 18, 1 fugam. *al.* **γ** *c. inf.* (*inc.*: HYG. fab. 45, 3 p. 71, 11 [*v. edd.*]): LVCIF. moriend. 10 p. 304, 1 quorum stimulis actus haec fueris perpetrare -tus. PS. RVFIN. in psalm. 10, 3 talia facere -antur. VINCENT. LER. 7, 11, 1 HIST. Apoll. rec. A *et* B 51. **δ** *c. acc. c. inf. fere i. q. fingere*: IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 26, 11 quod ... ex duabus personis unam personam ... Christum esse impie -entur. **ε** *c. enunt.*: HYG. fab. 105, 1 p. 96, 6 quomodo. COD. Theod. 12, 1, 33 (*a. 342*) ut ... declinent (*cf. l. 20*) **b** *abs. i. q. insidiari*: VLP. dig. 4, 3, 1, 3 si adversus hostem ... quis -etur (*cf.* PS. AVG. quaest. test. I 75, 2). CONC.[S] IV 2 p. 101, 6 *diabolus* malitiose -ans (κακοτεχνησάμενος). PETR. CHRYS. serm. 101 p. 482[B] deus ... vitam fecit, diabolus -tus est in vitam. **2** *passive*: SALL. Catil. 48, 7 indicium ... a P. Autronio -tum. hist. frg. 2, 70 cum to strepitu tonitruum. 4, 8 Lucullum regis curā -ta fames ... fatigabat. CONC.[S] I 3 vers. Tur p. 143, 19 quod ... -tum est adversus comministros nostros. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 61 *lumen* -tum. COD. Iust. 5, 3, 19, 3 ne aliquid adversus filios prioris matrimonii -ari videatur. **3** *active*: ITALA psalm. 82, 4 (Veron.) super plebem tuam -verunt (κατεπανουργεύσαντο, *Vulg.* malignaverunt) consilium. LVCIF. moriend. 9 p. 302, 29 ista qui fuerit -are molitus. GREG. TVR. vit. patr. 8, 3 qui contra ecclesiae utilitates quaedam -are cupiunt. **B** *res corporeas* (*personas v. p. 18, 8. 9. animalia v. p. 18, 1*): **1** *deponens*: CIC. nat. deor. 2, 128 *duos sexus* perpetuitatis causa -ta natura est (*cf.* LACT. opif. 12. 15). 2, 149 ad usum ... orationis ... quanta opera -ta natura sit. Tim. 9 qui haec (*i. mundum*) -tus sit (*gr. p. 29[D]* ὁ ξυνιστάς). VITR. 1, 6, 4 Tritonem aereum collocavit *Andronicus* ... et ... ita est -tus, uti vento circumageretur *eqs.* LACT. inst. 2, 5, 17 deus ... sic *astra* disposuit, sic -tus est, ut *eqs.* (*cf. p. 18, 7*). 2, 5, 18 an Archimedes ... concavo aere similitudinem mundi ac figuram potuit -ari? ... deus ... illa vera non potuit -ari ..., quae potuit sollertia hominis imitatione simulare? opif. 6, 6 in -andis animalibus. *al.* HIER. in Eph. 1, 9 p. 452[B] caelum et terram. RVFIN. apol. 1, 25 universa ... ex nihilo. AVG. serm. ed. Denis 2, 5 fabrum ... magnum aliquid componentem, disponentem, -antem. ROMVL. fab. rec. vet. 24, 6 retia ex hoc *semine* ... -antur (facient *rec. Gall.*). BOETH. arithm. 1, 27 p. 54, 17 nihil nobis extra -antibus *in figura geometrica*. **2** *passive*: VITR. 10, 1, 4 ⟨ni⟩ -ta (*i. machinarum instar instituta*) versarentur *sidera*. EVANTH. de com. 3, 2 θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς id est deos argumentis narrandis -tos (*i. inductos*). DON. Ter. Andr. 796 persona ad catastropham -ta. HEGES. 1, 30, 9 p. 55, 27 U. in modum arcarum -to munimine.

II *i. q. molam machinariam versare*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 33 p. 181, 12 asellum, qui illis macinabat. *i. q. molere*: RVF. pod. 35, 3 ervum maccinatum (mucc- *trad.*) et tricoscinatum (*cf.* ORIBAS. syn. 3 add. p. 926). ORIBAS. syn. 4, 35 p. 38 alfida ... macinata (*La*: antequam macenetur [πρὸ τοῦ ἀλεσθῆναι]. *cf. J. Svennung, Wortstud. p. 94*).

deriv.: machinamen(tum), machinatio, machinativus, machinator (-trix), machinatus (-ūs).

māchinōsus, -a, -um *a* machina. *i. q. dolose fabricatus*: SVET. Nero 34, 2 *Agrippinae* in locum corrupti navigii -um illud obtulit *Nero*.

māchinula, -ae *f. demin. a* machina. [*it. merid.* macinola. *M.-L.*] *i. q. parvum instrumentum*: PAVL. FEST. p. 96 M. groma appellatur genus -ae cuiusdam. p. 107 incitega -a (GLOSS. V 193, 22). p. 147 mustricula est -a ex regulis. HIL. c. Const. 13 ad generandum naturalis -a. PAVL. NOL. carm. 19, 458 (*de scamno*) appositam lychnis ... parandis -am gradibus scalas praebere. *Dietzfelbinger*

machio *v.* 1. macio. **machir** *v.* macir.

machnase *hebr.* HIER. epist. 64, 10, 1 vocatur ... lingua Hebraea hoc genus vestimenti '·e' (*exod. 28, 42* מִכְנְסֵי), Graece περισκελῆ, a nostris feminalia.

machomenus GLOSS. V 411, 15 (*sine interpret.*; *v. Hessels, gloss. Leid. s. v.*). *R.*

macia, -ae *f.* mec-: *l. 36. 37.* *i. q. anagallis*: PS. DIOSC. Vind. 2, 178 p. 247, 9 ἀναγαλλὶς ἡ φοινικῆ· οἱ δὲ ἀερῖτις, οἱ δὲ αὐγῖτις ..., 'Ρωμαῖοι μάκια [p. 247, 15 μεκιατούρα (*fort.* μακία, οἱ δὲ τοῦρα. *W.*)]. MARCELL. med. 1, 35 sucus ... meciae, quam Graeci anagallida appellant.

[**macidas** faciet *corrupte trad.* CHIRON 111, *ubi parum apte* melceridas (*i.* μελικηρίδας) *vel* mariscas *coni. Oder, melius* mucitas = μύκητας *Heraeus.*]

×maciēs, -ēī *f.* [*cf.* macer, maceo; *v. Stolz-Leumann[5] 205. J. B. H.*] *gen.* -ei (*cf. l. 49*) *tantum* SERV. ecl. 3, 103 curam -ei. *praeterea nonnisi formae* -em, -e *leguntur.* GRAMM. suppl. 297, 28 '-s' ... per e et s. *de origine et derivatione falsa apud* GRAMM.: ISID. orig. 10, 180 macer a -e: et -s a moechia (macia *vel* macie *codd.*), eo quod inmoderata libido macros faciat. PRISC. gramm. II 130, 12 (*inter verbalia*) 'struo strues', 'macero -s'. CHAR. gramm. p. 39, 20 B. (*inter singularia tantum*) -s λεπτότης -ei (p. 45, 26 B.). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 444, 7 B. sordes: squalor, inluvies, tabes, pallor, -s. GLOSS ἰσχνότης. λεπτότης ἐπὶ σώματος. GLOSS.[L] III Abol. MA 1 -s: exilitas corporis. NOT. Tir. 45, 39. *inde a* TRAG. inc. (*l. 57*), CIC., LVCR.

I *proprie i. q.* (*nimia*) *gracilitas, tenuitas, exilitas* (*de morbo i. maceratio, tabes sim.*; *cf. p. 19, 18*): **1** *hominum* (*vel corporis eiusque partium*; *bestiarum*: *l. 64 sqq. 72. 82. p. 19, 5 sqq. 14. 15*): TRAG. inc. 189 (*Pacuv.?*) refugere oculi, corpus -e extabuit (PLIN. nat. 31, 66 *al.* PORPH. Hor. sat. 1, 10, 18 *al. cf. l. 75*). CIC. leg. agr. 2, 93 hominem 'vegrandi -e torridum' (*frg. poetae?*). Phil. 7, 12 quid igitur profectus est ... A. Hirtius consul? at qua inbecillitate, qua -e *eqs.* Att. 3, 15, 1 Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine -eque narrasse. LVCR. 4, 1167 ischnon eromenion tum fit, cum vivere non quit prae -e (*cf.* OV. ars 2, 660 sit gracilis, -e quae male viva suast. rem. 328). CAES. civ. 3, 58, 5 corruptis equis -e (COLVM. 6, 30, 1 si sanis *equis* est -s [*Geop. 16, 3* ἰσχναίνηται]. 6, 34, 2). VERG. georg. 3, 129 ipsa ... -e tenuant (PROP. 4, 3, 27 SIL. 14, 636) armenta (*sc. vaccas ante concubitum, cf. p. 10, 48*) volentes (*cf.* COLVM. 6, 2, 14 robora corporum ... citra -em conservant *boves.* 6, 13, 2 *al.* CYPR. GALL. gen. 1251 VVLG. gen. 41, 3. 21). 4, 255 horrida voltum *apium* deformat -s. Aen. 3, 590 -e confecta suprema ... forma viri (*v. vol. IV 202, 77*; *adde* FIRM. math. 4, 8, 1 *al. cf.* SORAN. p. 66, 5 consumitur [καταλυομένου]). CIRIS 506 crura novā -s obduxit squalida pelle. HOR. carm. 3, 27, 53 turpis (SEN. Herc. O. 119) -s ... occupet (TIB. 3, 10, 5) malas. PRIAP. 32, 12 *puella* affert pallorem -emque larualem (OV. met. 14, 578. LIV. 2, 23, 3 corporis ... pallore ac -e peremptі. SEN. contr. 1, 1, 20. CELS. 1, 8, 2 [*signa stomachi infirmi*]. SEN. dial. 5, 26, 4 PS. QVINT. decl. 8, 16 p. 161, 19 *al.* IVV. 15, 101 *al. cf.* APVL. met. 9, 30 lurore. *cf. l. 81*). OV. ars 1, 733 arguat ... et -s animum (*de cura amantis ut*: epist. 11, 27 -s adduxerat [*cf.* met. 8, 397. CORIPP. Ioh. 3, 221 contrahit] artus. 20, 215 concidimus -e. met. 9, 536. 11, 793). met. 2, 775 pallor in ore *Invidiae* sedet, -s in corpore toto *est.* 7, 290 pulsa fugit -s *Aesonis.* 7, 641 -em ... ponere *formicae visae sunt.* 8, 807 auxerat articulos -s. trist. 3, 8, 28 vix ... ossa tegit -s. SEN. contr. 1, 6, 2 -e retractos introrsus oculos. CELS. [*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 27, 2 *al.* SEN. clem. 2, 6, 3 crus alicuius aridum aut pannosam -em. epist. 78, 1 ad summam -em *morbo* deductus (*cf.* COLVM. 6, 13, 2 perductus est [7, 9, 13 AVG. serm. 362, 11, 11. *cf.* PLIN. nat. 29, 86]). 95, 16 miserabilior ex cruditatibus quam ex fame -s. COLVM. 6, 38, 3 -s et languor *mulae.* 7, 5, 5 exiguitas cibi -em, -s autem scabiem *ovium* facit. 8, 17, 5 *piscis* (PLIN. nat. 9, 156 *opp.* praepingues). *al.* MELA 3, 64 priusquam annis aut aegritudine in -em eant. LVCAN. 6, 516 tenet ora *magae* ... -s. PLIN. nat. 10, 181 verrem ... cibum non capere usque in -em. 30, 60. QVINT. inst. 2, 4, 6 *coniunct.* infirmitatem. PS. QVINT. decl. 6, 4 *al.* IVV. 9, 16. PLIN. epist. 7, 19, 3 *syn.* defectio. APVL. met. 1, 6. 9, 13 veterno atque scabiosa -e *muli.* TERT. ieiun. 17 p. 297, 14 -s non displicet nobis *eqs.* (*cf.* AVG. civ. 22, 12 p. 589, 9 D. *opp.* pinguedine. *al.*). *ibid.* p. 297, 27 adv. Val. 10[in]. NEMES. cyn. 130 -e tenues *catulos.* VVLG. II reg. 13, 4 quare sic attenuaris -e (τί σοι, ὅτι σὺ οὕτως ἀσθενής). PAVL. NOL. carm. 1, 8 *avium* (*opp.* saginae). *et passim.* *nota oxymoron:* ALC. AVIT. carm. 6, 451 nutritus -e tangebat terga capillus (*sc. Ioseph in carcere*). *fere i. q. dissolutio, tabes:* ARNOB. nat. 2, 40 p. 80, 23 *ut animae* ab hominum formis tabifica -e dissociarentur. HEGES. 5, 18, 1 miserabili -e visceribus exesis (*Ios. bell. Iud. 5, 426* τηκόμενοι. *cf.* RVFIN. hist. 3, 6, 2).

2 *rerum* (*praecipue agri sim.*): LVCR. 1, 325 quaecumque aevo -eque senescunt. OV. fast. 1, 689 neque deficiat -e *seges eqs.* COLVM. 1, 4, 3 in exili terra cultoris prudentia ... -em *soli* vincere potest (*cf.* 2, 16, 3 terrae [3, 9, 9. 4, 22, 8 *syn.* sterilitas IVST. 43, 3, 5 *syn.* exiguitate. AVR. VICT. Caes. 20, 16]. PLIN. nat. 18, 199. STAT. Theb. 4, 702 aegra solo -s. PANEG. 11 [3], 22, 3 *agri*). 4, 3, 5 *vinea* ad ultimam redigitur -em (*cf.* PALLAD. 1, 6, 9 vitium). 4, 32, 5 *arundinis.* PLIN. nat. 17, 225 primo dolor, mox et -s earum partium fragilis, postremo tabes morsque *arborum* (*cf.* 17, 251 corticis. 24, 46 *foliis fraxini*). PALLAD. 1, 5, 1 aurosi pulveris lapidosa -s. AMM. 23, 6, 50 glebae -e internecante segetes. PRVD. c. Symm. 2, 1025 arva ... dura lapillorum -e (*cf. Matth. 13, 5*). *de mari i. q. recessus:* SOL. 23, 22 inter -em aquarum et plenitudinem (*cf. Mela 3, 2* recedere).

II *translate et metaphorice:* *de animo sim.* (*sc. imagine servata*): SEN. epist. 88, 19 isti ieiuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in -e et veterno sunt (*cf. p. 6, 26*). SIDON. epist. 6, 6, 2 ut exhortationibus tuis interioris hominis -em ... mysticus adeps ... distendat. CASSIOD. in psalm. 62, 6 saeculi (*opp.* pinguedo; *in allegorica interpretatione ut* 64, 15 GREG. M. moral. 12, 49). *de oratione sermone ingenio i. q. exilitas, ieiunitas,* ἰσχνότης: QVINT. inst. 2, 4, 9 -s illis *magistris aridis* pro sanitate et iudicii loco infirmitas est. TAC. dial. 21 quosque (quique *codd.*) alios in eodem valetudinario haec ossa et haec -s (hanc maciem *codd.*) probant (*de ieiuno dicendi genere Atticorum*). PACIAN. sim. carn. p. 120, 4 (*syn.* gracilentia, *v. vol. VI 2129, 42*). SYMM. epist. 1, 14, 1 infantiae meae -em (in aciem *V*). 1, 81 ingenii mei (ENNOD. epist. 4, 2, 3 p. 98, 12 *opp.* ubertatem. *al.*). BOETH. arithm. 1 p. 4, 22 ieiunae -s orationis. ENNOD. epist. 3, 32, 2 p. 94, 19 eloquii. 4, 14, 2 p. 109, 9 linguae (5, 8, 4 p. 126, 18). *adde:* ENNOD. epist. 2, 19, 14 p. 63, 12 meritorum. 4, 7, 1 p. 102, 8 votorum. *al.*

III *personate* (*cf. etiam p. 18, 72. 73. 82. 83*): HOR. carm. 1, 3, 30 -s (*i.* φθίσις) et nova Febrium terris incubuit cohors. SEN. Oed. 1060 horridus Morbi tremor -sque et atra Pestis. SIL. 13, 581 Luctus edax -sque ... et Maeror.

syn.: *ad I 1:* defectio, exilitas (AVG. serm. 362, 11, 11), tenuitas (THEOD. PRISC. log. 68). *ad I 2:* exiguitas, sterilitas. *ad II:* exilitas, gracilentia. *opp.:* *ad I:* pinguedo, plenitudo (*supra l. 33, adde* PHYSIOGN. 96). *ad II:* ubertas. *epitheta:* aegra: *supra l. 26.* decolor: CLAVD. 18, 123. foeda: LVCAN. 6, 516. fragilis: *supra l. 28.* gracilenta: MART. CAP. 2, 140 vers. ieiuna: CLAVD. 15, 23 CASSIOD. in psalm. 62, 6. informis: PS. QVINT. decl. 14, 3 p. 268, 2 CLAVD. rapt. Pros. 3, 93. larualis: *p. 18, 75.* miserabilis: PS. LACT. mort. pers. 33, 10 HEGES. 5, 18, 1. miseranda: NOVELL. Valent. 3, 32, 1 pr. naturalis: CASSIOD. in psalm. 101, 7. pertenuis: AVR. Fronto p. 72, 8 N. scabiosa: *supra l. 11.* sicca: PRVD. cath. 10, 103. squalida: *p. 18, 72.* subita: COLVM. 6, 34, 2. summa: CELS. 3, 22, 1 SEN. epist. 78, 1 COLVM. 1, 9, 13 PLIN. epist. 7, 19, 3. suprema: *p. 18, 70, adde* DRAC. Romul. 5, 174. tabifica: *l. 19.* turpis: *p. 18, 73.*

deriv.: macilentus, 2. macio.

1. *macilentus, -a, -um. [*a* macies *secundum* gracilentus; *cf. Stolz-Leumann*[5] *229. J. B. H.*] PAVL. FEST. p. 73 M. deteriae porcae id est -ae. p. 125 -i: macie tenuati. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 45 mire dixit 'male parvum' volens intellegi -um. NON. p. 136 (*v. p. 5, 4*). GLOSS.[L] V Aa M 10 -us: tenuis corpore (macer *add.* Abba MA 8). GLOSS. λεπτόχρως. famelicus: -us. strigosus: -us. IV 466, 4 tabentis artus (*Verg. Aen. 1, 173*) -ulenta corpora (*nisi ad* 1. maculentus *pertinet*). *inde a* PLAVTO; *compar.:* *l. 84. p. 20, 5.*

i. q. macie confectus, macer: 1 *de hominibus* (*bestiis: l. 83. p. 20, 2. 3*): PLAVT. Asin. 400 qua facie voster Saurea est? ... -is malis, rufulus aliquantum, ventriosus *eqs.* (*cf.* Capt. 647 -o ore, naso acuto *eqs.*). APVL. apol. 63 -am vel omnino evisceratam formam diri cadaveris. ARNOB. nat. 3, 14 p. 121, 21 nanos longos medios -os pingues crassos *deos.* PELAGON. 24 equos ... sanos quidem, sed satis -os (36 [*Hippiatr. I 11, 12* λεπτός]. 212 ut -ior sit. 363). HIER. in Gal. 1, 18 p. 329[A] utrum -us an pinguis ... esset. VVLG. gen. 41, 19 boves ... deformes et -ae (λεπταὶ ταῖς σαρξίν. *cf.* ROMVL. fab. 69, 18 [-ul- *rec. W.*]). Ezech. 34, 20 iudico inter pecus pingue et -um (ἰσχυροῦ ... καὶ ἀσθενοῦς. *cf.* HIER. in Ezech. 34, 11 p. 330[B]). Dan. 1, 10 vultus ... -iores (σκυθρωπά). AVG. serm. 242, 7, 10 appende -um et robustum hominem (*ibid. iterum*). SORAN. p. 76, 1 ut sint *mulieres* tenues et -ae (*opp.* pingues et crassae). HIPPOCR. aer. 7 p. 11, 28 -i fiunt (ἰσχνοί). *al.* VINDIC. epist. ad Pentad. p. 488. 2 *de rebus:* PALLAD. 4, 10, 1 amat *malum Punicum* ... solum ... -um, sed in pingui etiam provenit. VICT. VIT. 2, 19 grana vacua -a (*i. exilia*). *nota abundantiam:* MART. CAP. 2, 109 artubus ... -a gracilitate siccatis. **2. macilentus** *v.* 1. macul-.

măcino *v.* machinor.

1. macio, -ōnis *m.* [*ex theod. vet.* *mako (*cf.* machen, *v. s.* macero) *mutuatum videtur; v. Sofer, Lat. und Roman. aus d. Etym. d. Isid. 142 sq. J. B. H.*] mach-: *l. 17.* [*francog.* maçon, *port.* maçăo. *M.-L.*] *i. q. caementarius:* ISID. orig. 19, 8, 2 -es (mach- *C*) dicti a machinis, in quibus insistunt *fabri* propter altitudinem parietum. GLOSS.[L] I Ansil. MA 53 -es: constructores parietum. AR 162 architectus: fabricator aedis, matio (*sic*). *huc pertinere videtur:* AVRELIAN. reg. virg. 15 cum ma[r]cionibus aut carpentariis (*v. Sofer l. l. et Du Cange vol. V 163*).

2. macio, -āre. [*a* macies, *nisi ab* emacio, *quod prius exstat, retrograde formatum est. J. B. H.*] EVTYCH. gramm. V 459, 9 (*inter denomin. 5*[ae] *decl.*) macies -o -as. AVG. gramm. V 514, 20 (*inter depon.*) angor queror ... -or. *i. q. attenuare, minuere:* SOL. 15, 18 *Caspii maris* fauces ... -antur (mact- *var. l.*) imbribus, crescunt aestibus (*cf. Plin. nat. 6, 17* siccari).

macir, (-os: *l. 33*), *gr.* μάκιρ, μάκειρ. mach-: *l. 31. 34.* *i. q. resina arboris q. d. 'Ailanthus malabarica'* (*cf. Berendes, Des Ped. Diosk. Arzneimittellehre 1902 p. 103*): PLIN. nat. 1, 12, 16 (-ch-). 12, 32 -r ex India advehitur, cortex rubens radicis magnae, nomine arboris suae (CASS. FEL. 42 p. 103, 1 os [*sic*] corticis robusti). DIOSC. 1, 92 de machir. corium est ligni venientis de barvarico, colori rufo *eqs.* (*gr. 1, 82* μάκιρ). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 165 gentiana aut -r. *cf. s.* mamira.

macister, macist(e)rātus *v.* mag-.

macne, *hebr.* מִקְנֶה. HIER. in Ier. 2, 75, 2 (*ad Ier. 9, 10*) pro 'possidente' LXX transtulerunt 'substantiae', quae Hebraice dicitur '-e'.

macor, -ōris *m.* [*a* maceo, *cf.* languor, pallor *sim. J. B. H.*] PRISC. gramm. II 235, 1 in or desinentia '-r -ōris' (*cf.* CHAR. gramm. I 35, 15 macer *trad.*, -r *Keil*, maeror *al.*). *i. q. macies* (NON. p. 136, 29): PACVV. trag. 275 corpusque meum tali maerore errore -e senet.

macrēsco, -cruī, -ere *a* macer. NOT. Tir. 40, 79 -it. [*francog.* maigrir, *hisp.* magrecer. *M.-L.*] [*falsa var. l.:* CELS. 2, 4, 4 (*v. s.* emacresco *vol. V 2 p. 439, 83*). COLVM. 2, 9, 14 (-ere *recc.*, *v. s.* marcesco).] *i. q. macrum fieri:* *de animantibus:* HOR. epist. 1, 2, 57 invidus alterius -it rebus opimis (*cf. sat. 1, 1, 110 sq. et p. 6, 20*). PAVL. FEST. p. 60 M. curionem agnum Plautus (*Aul. 562*) pro macro dixit, quasi cura -uisset. COLVM. 6, 3, 1 ne penuriā cibi -at pecus. MART. 13, 63, 1 ne nimis exhausto -ret inguine gallus, amisit testes. CHIRON 195 (= VEG. mulom. 1, 9, 3) ventre soluto erit et -it. 225 (= VEG. 1, 44, 1) -unt nimis. 375 unde et -it (in ea crescit *cod.*; *Veg. 2, 110, 2* unde et macies ... insequi consuevit). *de solo:* COLVM. 2, 1, 6 sequitur ut destituta pristinis alimentis -at (-gr- *A*) humus.

VARRO ling. 8, 79 macer '**macricolus**' macellus, niger 'nigricolus' nigellus (*tamquam exempla ficticia gradus medii deminutivorum deficientis*).

macritās, -ātis *f. a* macer, *cf.* tenuitas *sim.* GLOSS.[L] II Philox. MA 5 -s: λεπτότης. *i. q. macies:* VITR. 2, 4, 3 fluviatica *harena* ... propter -em ... in tectorio recipit soliditatem. CET. FAV. 22[in] parietes -e inpensae cito corrumpuntur (*cf. Vitr. 7, 3, 8* tenuitas, *ibid.* inbecillitatem crassitudinis).

macritūdo, -inis *f.* [*a* macer, *cf.* crassi-, pinguitudo *et* gracilitudo. *J. B. H.*] *i. q. macies* (NON. p. 136, 2): PLAVT. Capt. 135 ossa atque pellis sum miser a (*om. Non.*) -e (misera -e *Linds., al.*).

Hofmann.

macrobius *v. Onom.*

macrocephalus, -ī *m.*, μακροκέφαλος. HIPPOCR. aer. 14 p. 33, 3 quid prohibet de -is -os (ἐκ μακροκεφάλων μακροκέφαλον) nasci? *v. Onom.*

macrochēra, -ae *f.* [*gr.* *μακρόχειρα, *cf.* μακρόχειρ *'longis manibus'. J. B. H.*] LAMPR. Alex. 33, 4 clamides hirtas Severi et tunicas asemas vel -as (*i. longis manicis ornatas*) ... ad usum revocavit suum. **macrochīr** *v. Onom.*

macrocollum, -ī *n.* [*gr.* *μακρόκολλον. *J. B. H.*] *i. q. charta maioris formae* (*cf. Birt, Ant. Buchw. 1882 p. 245*[27]*; 283 sq. Blümner, Technol. u. Terminol. I*[2] *p. 332. Bilabel, RE XIV 199*): CIC. Att. 13, 25, 3 impensa fecimus in -a. 16, 3, 1 hunc (*sc.* ἀρχέτυπον) tu tralatum in -um lege arcano convivis tuis. PLIN. nat. 13, 80 erat et cubitalis *latitudo* -is. [*dub.:* PLIN. nat. 13, 78 nec **macrocollio** (*Birt,* mal(l)io *codd.,* malleo *edd.*) sufficit *Saitica charta.*]

[*R.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

macrologia, -ae *f.*, μακρολογία. *de mensura syll. paenultimae:* GRAMM. suppl. 174, 2. *definitur:* QVINT. inst. 8, 3, 53 vitanda μακρολογία, id est longior quam oportet sermo ut apud T. Livium (*frg. 75, quod exemplum ubique fere affertur*). SACERD. gramm. VI 454, 6. DON. gramm. IV 395, 7 -a est longa sententia res non necessarias comprehendens. CHAR. gramm. p. 357, 12 B. DIOM. gramm. I 449, 26 Scaurus ita definit: longa descriptione producta sententia ut est *Verg. Aen. 12, 113 sqq.* ... versibus tamen minus nocet quam solutae orationi. et apud Livium (*l. 4*). POMP. gramm. V 294, 3 pleonasmos est in verbo, perissologia in sensu, -a in utroque. ISID. orig. 1, 34, 8. 2, 20, 4 GLOSS. *reprehenduntur exempla huius vitii* (*cf. l. 4 et 8*): DON. Ter. Ad. 68 senilis -a. 241 'dividuum face' ... figura -a.

macronosia, -ae *f.*, μακρονοσία. DIOSC. 1, 140 qui ex -a (*gr. 1, 128, 1* ἐκ μακρονοσίας) colore mutaverunt. CASS. FEL. 4 p. 12, 1 -a laborantibus id est longa aegritudine. 30 p. 60, 3. 61 p. 152, 14.

macrophyllon *v.* machaero-.

macros longus graece GLOSS. V 114, 39. *R.*

mactābilis, -e *a* mactare. *i. q. quo mactatur, occiditur; letalis.* LVCR. 6, 805 plagae -is. *cf. p. 22, 74.*

mactātio, -ōnis *f. a* mactare. *plur. l. 27.* *i. q. occisio:* **a** *hominum:* ITALA deut. 28, 25 (Lugd.) det te dominus in -e coram inimicis tuis (ἐπὶ κοπήν). Hebr. 11, 37 (Ambr. parad. 3, 21) secti ... sunt, ... in -e gladii mortui (ἐν φόνῳ, *Vulg.* in occisione). **b** *hostiarum* (SERV. Aen. 8, 85 -o post immolationem est [ISID. orig. 6, 19, 31]): ARNOB. nat. 7, 4 p. 240, 19 innoxiorum animantium -e laetari. 7, 36 p. 270, 3 caedibus et -bus hostiarum gaudere. ZENO 1, 6, 5 -e terribili *hostiae Isaac.* 2, 68 canina (AVG. c. Faust. 19, 6 p. 502, 22 -is agninae sacrum). SYMM. epist. 1, 49 Iovem vix propitiavit octava -o. AVG. quaest. hept. 4, 33 p. 341, 28 de iuvencae rufae -e (em- *C*). GREG. M. moral. 31, 94 p. 625[C] mundi sacrificii.

mactātor, -ōris *m. a* mactare. *is qui mactat, occidit:* SEN. Tro. 1002 (*Hecuba ad Pyrrhum:*) perge, -r senum, et hic decet te sanguis.

mactātus, (-ūs) *m. a* mactare. *i. q. mactatio, occisio:* LVCR. 1, 99 *Iphianassa* ad aras deductast, ... ut ... hostia concideret -u maesta parentis.

macte *v. p. 23, 53.*

ˣ**macto,** -āvi, -ātus, -āre. [*a* mactus; *eo sensu q. e. 'immolare' quidam vv. dd. separant a* mactare *'auctare, honorare', non recte. J. B. H.*] *de notione (v. etiam p. 22, 15. 56) et origine:* NON. p. 341, 34 magis augere (SERV. Aen. 4, 57. 6, 248 DIFF. Suet. p. 314, 22 *al.*). SERV. Aen. 8, 85 auget, perficit (SCHOL. Stat. Theb. 7, 280 sacrum perfecisse). GLOSS.[L] III Abol. MA 26 (*cf.* I Ansil. MA 93) -tae caesae (*vel* -ti caesi); alias ⟨-are⟩ augere (⟨mactae:⟩ -tae, caesae; alias auctae *ci. Linds., qui glossam ad Fest. p. 125 M. revocat*). *de formis contractis perf. v. Neue-Wagener[3] III 508. IV 209.* *legitur inde ab* ENNIO. NOT. Tir. 71, 64. *in codd. interdum pro* -are *trad.* iactare (*v. vol. VII 1, 49, 1; adde ex. gr.* LACT. inst. 1, 15, 2 DAMAS. epigr. 1, 14). [*dub.:* ACC. trag. 126 castra -bo in mare, *ubi* iactabo *coni. Madvig* (*cf.* NON. p. 341, 20 -are praecipitare *et l. 49 de errore contrario*). VESPA 42 Mars subigit bello multas cum sanguine gentes: pistor ego -o (mactra *Stowasser, Wien. Stud. 32, 1911, 106*) flavas sine sanguine messes.]

A *i. q.* **auctare,** *ampliare, notione debilitata i. q.* **afficere** *(cf. Hey, ALL 13, 1904, 223)* **aliquem aliqua re** *(abl. instr. supplendo p. 22, 11):* **1** *bonis rebus (praecipue honoribus) i. q. honorare, donare* (NON. p. 341, 23 honorare): **a** *homines:* ENN. ann. 301 inde redit magno -tus triumpho. ACC. carm. frg. 8 M. sapientiae ... gratia atque honoris patera Nestorem -vit aurea. CIC. rep. 1, 67 eos ... ferunt laudibus et -ant honoribus (LACT. inst. 5, 9, 11. *cf.* 1, 15, 2 summis laudibus ac novis honoribus). **b** *deos:* NOVIVS Atell. 39 -o te his verbenis, macta tu illanc infortunio. CIC. Vatin. 14 puerorum extis deos manis. ARNOB. nat. 1, 41 p. 27, 18 Liberum ... fanorum consecratione. 1, 64 p. 44, 19 pulvinaribus, aris, templis atque alio ... cultu. 7, 14 p. 248, 25 honorari ab homine deus dicitur et muneris alicuius oblatione -ari. 7, 16 p. 250, 5. 7, 22 p. 255, 21 si *Minervae* convenit virgines hostias immolari, ... ergo et musicis Apollo ... debet ... -ari. 7, 23 p. 256, 12 honore. **c** *bestias:* VARRO Men. 2 grundit tepido lacte satur mola -tus porcus (*sc. in sacrificio [cf. p. 22, 21]? an i. q. saginatus?*). **d** *res:* CIC. carm. frg. 3 (de consul.), 14 laeto -asti lacte Latinas (*sc. ferias*). ARNOB. nat. 2, 28 p. 71, 14 *animas* inmortalitatis condicione -tas. 5, 8 p. 180, 20 *hanc historiam* perpetuitatis honore -astis. CE 1531 A 9 (*ca. a. 450*) Nymfa, ... nostra salutifero tu -as predia fonte. **2** *malis* (NON. p. 342, 6 malo adficere): **a** *generatim:* ENN. scaen. 333 qui illum di deaeque magno -assint malo! ([AFRAN. com. 264 POMPON. Atell. 137]. PLAVT. Aul. 535 dotatae -ant et malo et damno viros. Most. 61 mala re magna. CIC. Vatin. 36 quo etiam maiore es malo -andus, quod. CYPR. GALL. iud. 610 tam gravibus -ta malis). PLAVT. Amph. 1034 te -o infortunio ([*Hey cft. Rud. 654* infortunio donabilem]. Bacch. 364. 886 Curc. 537 Poen. 517 Trin. 993 TER. Phorm. 1028 NOVIVS Atell. 39 [*v. l. 62*]. LACT. inst. 5, 10, 14 divinitas ... gravi i.). Amph. frg. 1 ego te cruce et cruciatu (*cf. p. 22, 3*) -bo. CIC. Catil. 1, 27 summo supplicio (1, 33 aeternis. MOD. dig. 48, 9, 9, 1 capitis poena plectentur aut ultimo supplicio -antur. DECL. in Catil. 17 summis suppliciis summisque cruciatibus mulctandum ac -andum. AVG. civ. 1, 19 p. 31, 30 D. summo ... s.). har. resp. 42 morte (rep. 2, 60). LACT. inst. 1, 21, 11 *dei* suos cultores ... orbitatibus. COD. Theod. 9, 16, 7 competenti animadversione. **b** *speciatim* **verberibus** (*v. Compernass, IF 34, 1915, 389 et cf. p. 23, 10*): VITAE patr. 3, 99 me caede -antes (*ibid. iterum. 5, 15, 25* caedentes. *Cotelier p. 525[B]* τύπτοντες). VITA Caes. Arel. 1, 48 nimia eos caede -bant (*sed cf. postea* interficiunt). PASS. coron. 8 iussit eos ... scorpionibus -ari. PASS. Firm. 8 ut ... fustibus -ti decapitarentur. *abs. i. q. verberare:* VEN. FORT. vita Germ. 9, 30 quo -to graviter et in terra proiecto ac semivivo relicto.

B *i. q.* **sacrificare,** *offerre, immolare (alicui) aliquid* (NON. p. 341, 27 immolare. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 431, 12 B. immolat. litat. -at. victimat. sacrificat. adolet. GLOSS.[L] II Philox. MA 6 σφαγιάζει): **1** *proprie:* CATO agr. 134, 2 fertum Iovi ommoveto et -to sic (134, 4). 134, 4 Iano struem ommoveto -toque. VARRO frg. Non. p. 312, 16 dis *vinum.* 341, 34 fabatam pultem dis. *hostias caedendo* (SERV. Aen. 4, 57 verbum sacrorum, κατ' εὐφημισμὸν dictum [*cf.* 6, 248]. auct. Aen. 4, 57 hostiae immolatae dicebantur mola salsa tactae; cum vero ictae et aliquid ex illis in aram datum, -tae dicebantur per boni ominis significationem. DIFF. Suet. p. 314, 22 immolari dicitur hostia, cum mola salsa in caput adiecta est; -tum autem quasi magis auctum, id est ampliatum [*inde partim corrupte* ISID. diff. app. 181 DIFF. gramm. suppl. 283, 15]): PACVV. trag. 289 coniugem -o inferis (PROP. 3, 7, 24 pro qua -ta est Iphigenia mora. OV. met. 13, 185. 448 placet Achilleos -ta Polyxena manes. Ib. 465 *al.* LIV. 9, 40, 9 *hostes* se Orco -are [*i. devovere; cf.* 4, 19, 3. 10, 28, 13 iam ego mecum hostium legiones -andas Telluri ac diis manibus dabo. *sim. de hostibus in pugna (cf. infra l. 75) ultionis causa occisis:* SIL. 4, 232 inferias caesis -at Labarumque Padumque. 4, 465. 5, 653]. SEN. Ag. 219 *al.* IVV. 12, 115. SVET. Aug. 15 trecentos ex dediticiis ... ad aram ... hostiarum more -tos. TERT. pudic. 9, 11 Christus [CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 32, 14 (*gr.* τέθυται)]. COMM. instr. 2, 32, 14 *Abraham Isaac. et al.*). LVCR. 2, 352 vitulus (3, 52 pecudes. 6, 759. VERG. georg. 3, 489 *hostiam* ferro. 4, 546 ovem. Aen. 2, 202 taurum. HOR. carm. 1, 19, 16 hostia [*v. Kießl.-Heinze*]. CIL XI 1420, 21 [*a. 2*] bosque et ovis atri ... diis Manibus eius -entur. *sim. passim, etiam apud Christianos de sacrificiis paganorum et Iudaeorum:* TERT. nat. 1, 10, 35 tabida quaeque -atis. VVLG. *in vet. test. 16[ies]*). VERG. Aen. 3, 118 meritos aris -vit honores, taurum Neptuno *eqs.* (*cf.* PRVD. ham. 100 *deis* barbaries perituros -at honores). PS. RVFIN. in Os. 5, 1 *sacrificia* daemonibus. PRVD. psych. 784 *holocausta.* DRAC. Romul. 8, 612 inferias ... sepulchro. **2** *translate i. q. arbitrio alicuius tradere, vovere:* CIC. Flacc. 95 quam potestis P. Lentulo ... -are victimam gratiorem quam si L. Flacci sanguine illius ... odium saturaveritis? LIV. 38, 54, 10 populum R. ne morte quidem P. Scipionis exsatiari, nisi ... frater (*sc. L. Scipio*) insuper ... -etur. TAC. ann. 2, 13, 1 perfidos et ruptores pacis ultioni et gloriae -andos. TERT. ieiun. 16 p. 296, 14 ille ... idolo gulam suam -at, tu deo non vis. VITAE patr. 3, 149 -ans propriam voluntatem humiliatus voluntatem sequebatur alterius. GREG. M. in euang. 37, 9 semetipsum (*sc. in missa deo.* dial. 4, 56. 59. in Ezech. 2, 9, 8 qui dei verba semper cogitant, semetipsos domino a carnali vita in cogitatione -ant).

C *i. q.* **interficere** (SYNON. Cic. Char. gramm. p. 415, 3 B. prostravit. perculit. -vit. abiecit. elisit. GLOSS.[L] II Philox. MA 7 -ari ἀναιρεθῆναι): **1** *proprie:* **a** *strictiore sensu* (*subi. res: l. 62. 74. p. 23, 8*): ACC. trag. 52 utinam me suis *Diana* telis -asset! ([SEN. Oed. 872]. *cf.* CIC. carm. frg. 22 [div. 2, 64], 26 avis taetro -tas dente *draconis.* OV. epist. 10, 77 *Minotaurum* clavā [*cf.* SEN. apocol. 7 haec clava reges saepe -vit feros]. SEN. Herc. O. 1331 infelix caput -ate saxis [DAMAS. epigr. 1, 14 *David Goliath* saxo tereti]. COMM. apol. 896 -bitur ense. ORIGO Rom. chron. I p. 145, 3 fuste -tus. *aliter* OCTAVIA 302 -ta tua ... manu, nata Lucreti). CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 22), 37 taetra -ta excetra *Lernaea* (OV. met. 15, 364 -tos obrue tauros [fast. 1, 377]. VAL. MAX. 9, 2 ext. 11 -tarum pecudum intestinis ... egestis homines inserere. LVCAN. 4, 269 non utile clausis auxilium -vit equos. *al*). CIC. Pis. 16 in Catilinae busto ... -tus essem *tamquam hostia* (SALL. rep. 2, 4, 2 multi adulescentes sicutei hostiae -ti sunt [VAL. MAX. 2, 7, 6. 9, 7 mil. Rom. 2]. VERG. Aen. 2, 667. LIV. 39, 43, 4 -tam humanam victimam esse [42, 29, 2. 42, 40, 8 OCTAVIA 145]. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 10, 412). LVCR. 6, 1241 *hos* poenibat ... turpi morte (*cf. supra l. 4*) ... desertos, opis expertis incuria -ans (*cf. 6, 805* plagae mactabilis). VERG. Aen. 8, 294 *adversarium in pugna* (10, 412 OV. epist. 1, 43. Ib. 489 Cacus. STAT. Theb. 9, 64. ITALA Ios. 8, 21 [Lugd.] -verunt [ἐπάταξαν, *Vulg.* percussit] viros. COMM. apol. 912 VEG. mil. 3, 24 p. 118, 3 CLAVD. 15, 392 SIDON. epist. 3, 3, 7 *al. cf.* OV. met. 4, 22 Penthea *Bacchus et* Lycurgum *et v. supra l. 31*). VAL. MAX. 9, 2, 1. SEN. Med. 645 fratrem, Meleagre, matris ... -as (Oed. 18 patre -to. COMM. instr. 1, 39, 9 *Abel* a fratre). 1005 *al.* LVCAN. 10, 374 crudelemque toris dominam (*Cleopatram*) -emus in ipsis cum quocumque viro (10, 430 -andi ... Caesaris). VAL. FL. 2, 230 STAT. Theb. 12, 159. SVET. Cal. 32, 3 in *sacrificio* elato alte malleo cultra-

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rium -vit. FLOR. epit. 1, 13, 14. COMM. apol. 219 -bant iustos ... inique. *et al.* *animalia in usus humanos, praecipue victus causa:* OV. met. 15, 124 COLVM. 7, 4, 3. 12, 55, 4 CALP. ecl. 4, 166. MART. 1, 49, 24 ibi inligatas ... dammas plagis -bis et ... apros. TERT. coron. 10 p. 440, 4 Oe. ego mihi gallinaceum -o. ITALA prov. 9, 2 (Cypr. testim. 2, 2 *al.*) -vit (ἔσφαξε, *Vulg.* immolavit) suam hostiam. act. 10, 13 (Aug. in psalm. 123, 5) -a et manduca (θῦσον, *Vulg.* occide). ANTH. 490 a, 12 more sues proprio -at December adultas. LACT. inst. 1, 21, 34 AMM. 25, 8, 6 VVLG. I reg. 14, 32 III reg. 1, 19 II par. 18, 2.
b *hyperbolice (cf. etiam p. 22, 11) eodem sensu quo enecare i. q. cruciare, exagitare, fatigare:* PLAVT. Rud. 96 si sapiam, hoc quod me -at concinnem lutum. POMER. 2, 21, 2 eum non ... sumptuosarum deliciarum studium -at (*syn. ibid.* exagitat *et* exanimat). *refl. i. q. se macerare:* VITA Caes. Arel. 1, 6 ita ... se legendi ... et vigilandi assiduitate -vit, ut ... corpus ... effecerit ... curvatum. 2 *trans late i. q. tollere, perdere, delere:* CIC. Verr. II 4, 26 ius civitatis illo supplicio (*sc. P. Gavii civis R. in crucem a Verre acti*) esse -tum. Flacc. 52 huic illi legato ... patronum suum ... -andum (*i. condemnatione perdendum*) ... tradidissent? VVLG. III Esdr. 4, 44 Cyrus quando -vit Babyloniam (ὅτε ηὔξατο ἐκκόψαι). GREG. M. in Ezech. 1, 6, 3 carnis ... in se peccata (FERREOL. reg. 34$^{in.}$ vitia [SERM. Migne 13, 648^{A} per ieiunium et orationes]). in euang. 32, 2 nec valet apprehendere, quod ultra ipsum est, si nescierit -are, quod est. 34, 16 *David* culpam concupiscentiae -vit per poenitentiam reprehensionis suae.
syn.: exagitare, exanimare: *l. 13.* ferire: CAPITOL. Max. Balb. 11, 6. immolare: LIV. 38, 47, 12 SEN. Thy. 714 ITALA gen. 46, 1 (Lugd.). interficere: LVCIF. Athan. 1, 32. iugulare: VERG. Aen. 11, 199. occidere: ITALA exod. 29, 16 (Lugd.). lev. 4, 24. 7, 2. 9, 15. 16, 15 LVCIF. Athan. 1, 3. trucidare: AVG. civ. 3, 27. *in versione LXX respondent:* θύειν: 11^{ies}. θυσιάζειν: III reg. 1, 19 II par. 7, 5. κατάσσειν: *v. p. 22, 77.* σφάζειν: 7^{ies}. *v. etiam p. 22, 8. 16. 35. 57. 23, 20.*
adnom.: *p. 21, 77. 79. 22, 3.*
deriv.: mactabilis. mactatio. mactator. mactatus. 2. mactus.

macton (*i. μακτόν?*) id est cataplasma fenugraeci, qui ex lini seminibus admixta polline fit GLOSS. III 541, 3.

mactra, -ae *f.*, μάκτρα. [*it. merid.* matt(e)ra. *M.-L.*] GLOSS.^{L} I Ansil. MA 107 -a magida Graece; vulgo autem monstrium(?) dicitur. [VESPA 42 *v. p. 21, 53.*]

1. mactus, -a, -um. [*a *magere 'augere' vel 'magnificare', quod quidam conferunt c.* magnus, magis (*v. Osthoff, Morph. Unters. 6, 218 sq.*), *alii c. sanscr.* maháyati '*delectat, veneratur*', *lituan.* mėgti '*alicui placere*'. *J. B. H.*] *de origine et notione:* PAVL. FEST. p. 125 M. -us magis auctus (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 31 magis aucte id est cumulate. NON. p. 247, 36. SERV. Aen. 9, 638 magis aucte, adfecte gloria [ISID. orig. 10, 165 m. auctus g.]. PRISC. gramm. II 183, 8. GLOSS.^{L} III Abstr. MA 5—6 magis aucte, maior facte. *cf. etiam p. 21, 45*). ARNOB. nat. 7, 31 p. 265, 9 amplificatus. SCHOL. Stat. Theb. 7, 280 '-e animo' ut si diceret perfectae indolis iuvenis; ... '-e nova virtute puer' (*Verg. Aen. 9, 638*) id est perfecte. PLAC. Gloss.^{L} IV M 8 -e verbum est bene alicui optantis, ut Virgilius dicit '-e nova virtute puer', id est multum aucte, hoc est magne puer et sublimis (GLOSS.^{L} I Ansil. MA 108 multum auctus). GLOSS.^{L} III Abol. MA 37 -e (mante *codd.*) amplissime. *de formis: legitur plerumque* -e (*indeclinabile l. 79. p. 24, 40. 41. 48*); -us *testatur* PRISC. gramm. II 183, 8 -e ...; antiqui tamen et -us dicebant, *habent* CATO *infra l. 83,* ARNOB. *infra l. 82,* CE 1519, 14 *p. 24, 46; v. etiam l. 43. 45. 52. 74. p. 24, 6. plur.* -i *v. p. 24, 9. 41. acc. masc:* -um *v. p. 24, 47.* -e *pro imperativo accipit* SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 1, 2, 32 -e. cresce. *pro adv. accipiunt Nettleship, Contributions p. 520, Birt, RhM. 77, 1928, 199; pro vocat. recte* SERV. auct. Aen. 9, 638 -e ergo pro -us esto, vocativum pro nominativo posuit, *viri docti vulgo; cf. Wünsch, RhM. 69, 1914, 127 sqq Schmalz-Hofmann^{5} p. 405. verus vocativus esse videtur* ENNOD. dict. 9, 10 *p. 24, 32. de -ĕ brevi constat ex* VERG. Aen. 9, 638 *et* STAT. *quinque locis.* SIL. 12, 257 -e virtutis avitae *post* -e *suppletur* ⟨o⟩. *legitur inde a* CATONE (11^{ies}) *et* PACVV., *apud* CIC. *ter, apud* LIV. 7^{ies}, *apud* STAT. 13^{ies} (silv. 10^{ies}). [*loc. corr.*: ACC. trag. 305 (*cf. p. 24, 55*). TRAG. inc. 232 (*cf. Kroll, Glotta 19, 1931, 263*).] *de voce fusius egerunt Wünsch l. c. et Neue-Wagener II^{3} 178.*

A *pertinet ad deos (aliter p. 24, 29): fere i. q. auctus, honoratus (ubique c. imp.* esto [estote] *praeter l. 83; add.* rei [rerum] ergo: CATO agr. 132, 1. 134, 3. 139. 141, 3. 4 ACT. lud. saec. Aug. *l. 78*): NON. p. 247, 36 est vocabulum sacratum. SERV. Aen. 9, 638 est sermo tractus a sacris. quotiens enim aut tus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant '-us est taurus vino vel ture', hoc est cumulata est hostia et magis aucta (ISID. orig. 10, 165). auct. *ibid.* in pontificalibus sacrificantes dicebant deo '-e hoc vino inferio esto'. CATO agr. 132, 1 hac illace dape pollucenda ([132, 2]. 139 hoc porco piaculo inmolando. 141, 3 *ter.* ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 141 heis libis libandis. 98 -e hac agna femina inmolanda estote [*cf. p. 24, 41*]). 132, 2 -e vino inferio esto (134, 3 -e isto ferto esto, -e vino inferio esto. ARNOB. nat. 7, 31$^{in.}$ verba ... quibus ... uti ... consuetudo est '-us hoc vino inferio esto' [*sic ter*]). 134, 2 te ... precor, uti sies volens ... mihi ... -us hoc ferto.
B *pertinet ad homines (res? p. 24, 34): est vox cum gratulatione salutantis praeter* CE 1519, 14 (*v. infra l. 46*); *primitus sermonis militaris propria est.* 1 *usus sollemnis* (-e *c. sing.*; esto *additur l. 9. 13. 20. 22. pertinet ubique ad 2. pers. praeter* CIC. Att. 15, 29, 3 *infra l. 35*): **a** *c. abl. causae* (*c. abl. instrum. l. 47; l. 13 c. abl. caus. et instr. coniunctis?*): DON. gramm. IV 378, 2 dignus munere, -us virtute (POMP. gramm. V 173, 10. 188, 10 CONSENT. gramm. V 353, 11 PRISC. gramm. II 550, 10 GRAMM. suppl. 87, 4). FRG. Bob. gramm. VII 544, 6 -e illa re dicimus, non illius rei. VIRG. gramm. epit. 5 p. 36, 14 H. laude digni, arte -i. PACVV. trag. 146 -e esto virtute (TVRPIL. com. 7 -e v. e. [HOR. sat. 1, 2, 31 LIV. 4, 14, 7. 22, 49, 9. 23, 15, 14. SEN. epist. 66, 50 sanguinulentis ex acie redeuntibus dicitur. PETRON. 94, 1]. ACC. trag. 473 -e his armis, -e v. patris [LVCIL. 225 -e ... v. simulque his viribus (versibus *al.*) esto. LIV. 7, 10, 4 ac pietate (10, 40, 11)]. CIC. Tusc. 1, 40 -e v. [Att. 12, 6, 3 CALP. decl. 3 HIER. epist. 58, 8, 2. 60, 13, 1. 141, 2 CIL XIII 10017, 30]. VERG. Aen. 9, 638 -e nova v. puer. SIL. 10, 277 -e o v. paterna). SIL. 4, 475 -e, o -e indole sacra. STAT. Theb. 7, 280 animo (silv. 2, 2, 95. 5, 2, 97). silv. 1, 2, 101 toris. 1, 3, 106 bonis animi. 1, 5, 63 -e, oro, nitenti ingenio curaque puer. 3, 3, 31 pio gemitu. MART. 4, 13, 2 -e esto taedis, o Hymenaee, tuis. PLIN. paneg. 46, 5 hac gravitatis gloria. 89, 3 -e uterque ingenti in rem p. merito. CLAVD. 24, 191 novis consul titulis. SIDON. epist. 1, 4, 1 -e esto, vir amplissime, fascibus partis. CASSIOD. var. 1, 3, 8 -e, summe vir, felicitate laudabili.
b *c. gen.* (*cf. Schmalz-Hofmann^{5} p. 405*): FRG. Bob. *v. supra l. 7.* SIL. 12, 257 -e ⟨o⟩ virtutis avitae, -e Antenoride. 15, 274 -e o venerande pudici ductor -e animi. STAT. Theb. 2, 495 animi (silv. 5, 1, 37 MART. 12, 3[6], 7). ENNOD. *v. l. 31.* IORD. Rom. 2 virtutis et meriti.
c *absolute:* VAL. FL. 6, 547 o nostrum genus. STAT. silv. 3, 1, 166 meos imitate labores. 4, 8, 14 o iuvenis. PRVD. cath. 9, 106 -e iudex mortuorum, -e rex viventium. SIDON. epist. 8, 7, 3 tu (*cf.* CE 2162, 2). ENNOD. epist. 1, 5, 4 insignium adulescens virtutum (carm. 1, 6, 8). dict. 9, 10 debuit tibi, -e, et mea orationem professio (*cf. p. 23, 62*). CASSIOD. var. 11, 1, 12 or. frg. p. 466, 14 EPIST. Austras. 10 p. 125, 28 EVG. TOLET. carm. 10, 1. 4. *pertinetne ad res? (aliter l. 48):* CIC. Att. 15, 29, 3 *Plancum* et agripetas eiectos a Buthrotiis; -e! (*ad Buthrotios referri solet [cf. l. 45], ad Plancum ironice potest, ad eiectionem malim*). **d** *c. enunt.*: STAT. Theb. 11, 681 (*iron.*) -e, potes digne Thebarum sceptra tueri. silv. 4, 8, 25 -e, quod ... proles tibi saepius aucta virili robore.
2 *singularia:* LIV. 2, 12, 14 iuberem -e virtute esse, si *eqs.* 7, 36, 5 -e (-i *al.*) virtute ... este (CVRT. 4, 1, 18 -e [*P*, -i *cett.*] virtute ... estote. PLIN. nat. 2, 54 -e [-i *al.*] ingenio este. FLOR. epit. 2, 18, 16 -e este! fortissimam ... civitatem! [*sic Haupt*; esse *codd., quod vulgo deletur continuata sententia*]. *cf.* -e ... estote *p. 23, 79,* -i *supra l. 9 et* CIC. Att. 15, 29, 3 [*l. 35*], *si* -e *ad Buthrotios referas*). CE 1519, 14 facias videre (*me*) Romam dominis (*possunt esse M. Aurelius et Verus*) munere honore (*cf. supra l. 4*) -um coronatumque.
-e *pertinet ad subst. gen. fem.*: CASSIOD. var. 11, 40, 2 -e, indulgentia (*personata*).
deriv. macto.

?**2. mactus,** -a, -um. [*a* mactatus *derivatione retrograda. J. B. H.*] *i. q. ictus, percussus?:* LVCR. 5, 1339 saepe boves lucae ferro male -ae (*tuetur Munro,* tactae *Bockemüller,* inactae *Diels* [*v. SBBerl. 1921, 237 sqq.*], vinctae *Martin*) diffugiunt. [*huc pertinere* ACC. trag. 305 exilio -e ex terris Pelopiis *dicit Nettleship, Contributions p. 521.*] *Bulhart.*

***macula,** -ae *f.* [*orig. inc.; conferunt gr.* σμάω, σμῆν '*linere, detergere*', σμῆμα '*unguentum*' *alia. J. B. H.*] *scribitur* maec-: ITALA lev. 4, 3 (Monac.). *de formatione v. p. 3, 49. de notionibus:* PAVL. FEST. p. 121 M. labes a in vestimento dicitur et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 436, 17 B. obprobrium. turpitudo. -a. labes. nota. foramen. 439, 24 ignominia. nota. dehonestamentum. NON. p. 350, 9 -a turpido. 350, 13 -a in retibus plaga (*cf.* 378, 4 plagae ... -ae retiales). GLOSS.^{L} II Philox. MA 8 κηλίς, σπίλος. *inde fort.* Abav. MA 8 nota, vitium. III Abstr. MA 4 -a turpitudo. I Ansil. MA 114 -as foramina retis. Iob (*18, 8*) 'inmisit enim in retem pedes suos et in -is eius ambul[ab]at'.
in libris Graecis respondent: σπίλος *p. 25, 84. 26, 10. 18 (cf.* ἄσπιλος *p. 27, 5).* σπιλάς *p. 26, 19.* κηλίς *p. 25, 31. 26, 58 (cf.* ἀκηλίδωτος *p. 26, 15.* κηλιδόω *p. 26, 67).* μῶμος *p. 26, 58. 66 (cf. etiam* AVG. quaest. hept. 3, 41 p. 276, 15 *et* ἄμωμος *p. 27, 5).* ῥύπος *p. 27, 14.* μολυσμός *p. 27, 24. legitur inde a* PLAVTO; *deest ex. gr.* CAES. SALL. CVRT. NOT. Tir. 40, 80. [*it.* macchia, *francog.* maille, *hisp.* mancha. *M.-L.*] [*lect. inc.*: CIL IV 3138. *falso trad.*: CELS. 2, 5, 3 -as (miculas *corr. Scaliger*). *coni.*: PLIN. nat. 36, 161 (*v. vol. I 1684, 36*). *dub. interpret.*: STAT. Theb. 2, 129 audito venantum murmure tigris horruit in -as (SCHOL. quasi saevitiam feritatis -arum praemonstret horrore ... aut certe -as, quae in retibus texuntur).]
I *i. q. nota a ceteris partibus differens:* **A** *strictiore sensu i. q. nota deformans, polluens (sordibus, inaequalitate, corruptione speciei sim.):* 1 *proprie (cum gen. obi. v. p. 25, 3. 12. 18. 27. 45. 52. 77. 81 al.; cum gen. rerum, quibus -ae efficiuntur v. p. 25, 34. 37. 47. 53. 59. 62. 69. 74. 79):* **a** *de notis per se natis:* α *in corpore humano:* PLAVT. Capt. 595 viden tu illi maculari (*sc. motu animi*)
[Dietsfelbinger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

māgālia, (-um) *n.* [*originis Punicae secundum* SERV. (*cf. l. 41*). *J. B. H.*] *inter neutra semper pluralia afferunt* PROB. app. gramm. IV 196, 3. CHAR. gramm. p. 37, 8 B. -a *καλύβαι Ἀφρῶν*. DIOM. gramm. I 328, 8 casae Afrorum. PHOC. gramm. V 428, 12. *sing.* magale *v. l. 39.* [magar *v. l. 40. 42*]. *de originatione et significatione*: DON. gramm IV 392, 7 barbarolexis dicitur ut si quis dicat ... -a (POMP. gramm. V 284, 22 CONSENT. gramm. V 386, 24). CHAR. gramm. p. 462, 19 B. magale *καλύβη* (*cf. l. 34*). SERV. Aen. 1, 421 -a ... antistoechon est; nam debuit magaria dicere, quia magar non magal Poenorum lingua villam significat (*sim.* ISID. orig. 15, 12, 4. GLOSS.[L] IV dub. Plac. M 3 quasi magaria, quia mager [*pro* -gar?] Punica lingua villa dicitur: erit ergo una littera commutata, l pro r, -a, tuguria, id est rotunda aedificiola in furnorum modum parva, quas alii casas vocant. GLOSS.[L] I Ansil. MA 162. 191 casas sive villas [*gl. decurtata*]. *cf. etiam* **Magaria** [*Μέγαρα*] *'suburbium Carthaginis' Plaut. Poen. 86 et v. H. Lewy, KZ 59, 1932, 189 adn. 1*). 4, 259 -a Afrorum casas (*cf. l. 35*): et 'mapalia' idem significant. SERV. auct. Aen. 1, 421 -a casas Poenorum pastorales dicunt (*cf.* GLOSS.[L] III Abstr. MA 18 -a mappalia, id est ⟨pastoralia⟩ tabernacula. Abol. MA 60 casae pastorum, maxime Maurorum). GLOSS. IV 451, 18 casae Gaetulorum. NOT. Tir. 100, 25 (*post* mapalia).

HEMINA hist. 38 Sinuessae -a addenda murumque circum ea (LIV. 41, 27, 12). VERG. Aen. 1, 421 miratur molem Aeneas, -a quondam. 4, 259 alatis tetigit *Mercurius* -a plantis. *cf.* map(p)alia.

māgar, māgāria *v. supra l. 40. 42 et cf. Onom.*

vinarium vasculum [id est] **magarum** (*μάγγανον Hauthal*) SCHOL. Hor. carm. 1, 9, 8 (*cf. Keller, WSt. 26, 1904, 83*).

magas, -dis *f.*, *μαγάς*. BOETH. mus. 4, 18 p. 348, 9 regula ..., cui duo semispheria, quas -as Graeci vocant, insuper apponantur *eqs.*

magdalia (*? v. l. 69*), -ae *vel* **magdalio**, -ōnis *f. et* **magdalium**, -ī *n.* [*gr. μαγδαλιά, prius ἀπομαγδαλία 'frusta panis quibus manum abstergebant'. ad formam* mand- *cf.* amandula *'amygdala'. J. B. H.*] *semper plur.* mand- (*cf. Svennung, Wortstud. 95*): PLIN. VAL., ORIBAS., GLOSS.

t. t. med. i. q. trochiscus, pastillus (GLOSS. III 603, 2 -a: -ionis [*i.* -o, nis?] ex implastro factus): SCRIB. LARG. 201 emplastrum manibus subigetur et redactum in rotundas ampliores, quas -as (*Georges*, -das *ed. pr. fort. recte, cf. gr. ἀπομαγδαλίς*) dicunt, reponetur. CHIRON 884 facito -eones (CASS. FEL. (?) cod. Cantabr. p. 59 -iones). MARCELL. med. 20, 149 ex quibus trochisci vel -a fient. 22, 44 -a inde formentur. 27, 140. 141 -a facies (PLIN. VAL. 1, 6. 2, 30[med.] -a hoc est collyria. 2, 37[med.] CASS. FEL. 66 p. 162, 5 ORIBAS. eup. 2, 1 D 4. syn. 3 add. p. 897[ex.] 925[in.] *cf. l. 71*).

magdaliolum, -ī *n.* *a* magdalium *demin.* ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 23 -a illa, quae promisisti, spero ut cum observationis breviculo dirigi iubeatis.

mage *v.* 2. magis. **māger** *v. l. 42.* **magestas** *v.* maiestas. **magester** *v.* magister. *R.*

×**magīa**, -ae *f.*, *μαγεία*. *de* -ī- *constat ex* PRVD. (*p. 51, 30*). *acc.* -am *saepius, e. g. p. 51, 6*; -an *p. 51, 9. 17. 18* *plur. v. p. 51, 31 sqq., abl. plur.* -īs: *p. 51, 32.* *de re* (*v. etiam* magus) *cf. Hopfner, RE XIV 301 sqq. Kleinfeller, ibid. 396 sqq. Daremberg-Saglio s. v.*

[*Dietzfelbinger*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur inde ab APVL. (*42*^(sq.)), TERT.; *poetae non habent nisi* PRVD. (*l. 30*). [*sard.* mayia. *M.-L.*].

A *i. q.* **μαγεία**, ***philosophia, ars sacerdotum Persarum***: APVL. apol. 25 si ... -a id est quod Plato (*Alc. I p. 122*^A) interpretatur, cum commemorat, quibusnam disciplinis puerum regno adulescentem Persae imbuant. 26 -am ... artem esse dis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam scilicet et divini scientem, iam inde a Zoroastre et Oromaze auctoribus suis nobilem, caelitum antistitam. AMM. 23, 6, 32 -an ... Plato hagistiam (*Wagner*, machag- *V*) esse verbo mystico docet, divinorum incorruptissimum cultum *eqs.* ISID. chron. II p. 431, 32 Zorastres -ae inventor.

B *i. q.* **γοητεία**, *ars magica, ratio (incantamentis vel praestigiis) miracula efficiendi* (TERT. anim. 57 p. 391, 19 quid ... dicemus -an? quod omnes paene, fallaciam [*cf. l. 22*]): **1** *sing.*: APVL. met. 3, 16 quod non celerius sol caelo ruisset ... ad exercendas inlecebras -ae. 3, 19. 6, 26. apol. 2 calumnia -ae (67). 9. 25 crimen -ae (81. 96 -ae ⟨et⟩ maleficii). 27 hiscine argumentis -an probatis? 29 ad suspicionem -ae (*cf.* 62. 65. 90). *ibid.* ad suspectandam -an. 30 argumentum -ae. 47 -a ista ... res est legibus denegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum inlecebras interdicta. 53 instrumenta -ae. 78 *mulierem* -a in amorem inductam. *al.* TERT. apol. 23, 7 -a aut aliqua eiusmodi fallacia. idol. 9 p. 38, 17 scimus -ae et astrologiae inter se societatem (*cf.* p. 39, 2. 11 -a ..., cuius est species astrologia). praescr. 33, 12 Simonianae (*cf. l. 28*) ... -ae disciplina ... inter idololatrias deputabatur. uxor. 2, 5 p. 690, 4 Oe. scorp. 1 p. 144, 15. anim. 28 p. 348, 7 (*v. vol. III 586, 20*). 57 p. 392, 16 in ... specie -ae, quae iam quiescentes animas evellere ab inferis creditur. *al.* ITALA act. 8, 9 (cod. e) Simon ... -am faciens (*cf.* FILASTR. 29, 9 ACT. Petr. 28 p. 76, 21 *al*). AMBROSIAST. in II Tim. 3, 8 sq. p. 494^A arte -ae suae. PRVD. c. Symm. 1, 89 Thessalicae doctissimus ille -ae *Mercurius*. AVG. c. Faust. 29, 1. 2. *et al.* **2** *plur.* (*cf. l. 48*): ITALA act. 8, 11 (cod. e) quod *Simon* ... -îs (VVLG. -iis; μαγείαις) suis dementasset eos (*cf.* FILASTR. 29, 8 diversas -as diversaque scelera perpetrasse). FILASTR. 32, 4 -iis vacans ... multos imperitos decipit. PS. AVG. quaest. test. I 102, 12 p. 209, 5 nonnulli gesta dominica -as appellant opus spiritus sancti daemoniis adsignantes. CASSIOD. hist. 6, 48 p. 1062^D *Iuliani* -ae compertae sunt (*de maleficiis per superstitionem perpetratis*). ACT. Petr. 23 p. 71, 21. PASS. Theclae Cc 15 p. 39, 18.

^×^**magicus**, -a, -um, μαγικός. *interdum scribitur*: maicus *ex. gr.* FIRM. math. 4, 19, 25 (*P*). *legitur inde a* VERG. HOR. TIB. PROP. OV., *in prosa oratione inde a* CVRT. PLIN. [*hisp. vet.* mego *M.-L.*] NOT. Tir. 48, 66 *inter* Symmagus *et* mathimaticus. [*dub. vel corr.*: CIRIS 374 inde magno (*Z*; *ordine immutato Ald., Vollm.*, -o *Schrader*; mago *Ribbeck*) geminat Iovi ... sacra. HOR. epod. 5, 87 venena magnum (*Ω*; maga non *Haupt*; -a *Bentley*) fas nefasque, non valent convertere humanam vicem. PS. QVINT. decl. 108 p. 196, 3 mage (*BV*; magnae *rell., Lehnert, Reitzenstein*; -ae *Plasb.*) sunt umbrarum catenae. APVL. apol. 43 haec ... de -is (*Ald.*; magiis et *Fφ, Helm*; magis *et vg.*) pueris lego. DRAC. laud. dei 3, 234 exorat precibus magnum (*B*; māgum *Arev. contra usum metricum Draconti*; -um *Vollm.*) ... Simonem. VISIO Pauli 6 p. 13, 4 *terra* supportans ... adulteria, ... -a (*Weyman, ALL 9, 1896, 138,* magia *cod.*) maleficia hominum].

i. q. ad magiam (praecipue incantamenta vel veneficia) pertinens: **1** *de rebus in magia adhibitis vel miracula efficientibus*: VERG. ecl. 8, 66 coniugis ut -is sanos avertere sacris experiar sensus (*cf.* STAT. Ach. 1, 135 TAC. ann. 16, 31 APVL. apol. 47 *al.*). Aen. 4, 493 -as ... artes (*v. vol. II 665, 34 et cf. l. 68*). HOR. epist. 2, 2, 208 somnia, terrores -os, miracula ... rides? (*cf.* VAL. FL. 6, 151). TIB. 1, 2, 42 -o ... ministerio. 1, 2, 47 -o stridore. 1, 5, 12 carmine (*v. vol. III 464, 64 et cf. l. 67*). 1, 8, 5 -o ... nodo (*cf.* LVCAN. 6, 460). 1, 8, 24 -is ... auxiliis (*i. carmine, herbis*). PROP. 1, 1, 20 in -is sacra piare focis. 4, 1 b, 106 aquis. 4, 4, 51 -ae (magine *N*) ... cantamina musae (*i. poeseos*). OV. ars 2, 102 Medeides herbae mixtaque cum -is naenia Marsa sonis (*cf.* VAL. FL. 7, 389). met. 3, 534 fraudes. 5, 197 arma (*de capite Gorgonis*). 7, 330 cantus -aeque potentia linguae (*sc. Medeae. cf.* SIL. 1, 432). 10, 398 ritu. 14, 58 ore. GRATT. 405 cantibus (*v. vol. III 295, 30 et cf. l. 60 p. 52, 4. 9*). CVRT. 7, 4, 8 -ae artis — si modo ars est, non vanissimi cuiusque ludibrium — ... professione (*v. vol. II 665, 48 et cf. l. 58*). LVCAN. 3, 224 saxis ... sculpta ... servabant -as animalia linguas (*de hieroglyphis*). PLIN. nat. 24, 156 de -is (*sc. herbis*). 24, 166 vocabula. 25, 25 portenta. 25, 113 therionarca. 26, 18 vanitates (*cf.* 27, 57. 29, 81. 30, 1 *al.*). 28, 105 insidias. 30, 17 -is ... cenis eum initiaverat. 30, 51 praeceptis. VAL. FL. 6, 449 opibus. 7, 212 virga (*cf.* TERT. anim. 57 p. 392, 22). 7, 327 venenis. PS. QVINT. decl. 10, 2 p. 190, 20 ferro. *al.* IVV. 15, 5 dimidio -ae resonant ubi Memnone chordae. TAC. ann. 12, 59 superstitiones. VLP. dig. 10, 2, 4, 1 in libris improbatae lectionis, -is forte vel his similibus. APVL. met. 1, 3 -o susurramine amnes agiles reverti *eqs.* (*cf.* INST. Iust. 4, 18, 5 capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis quam susurris -is homines occiderint). 2, 20 disciplinae (3, 18 ARNOB. nat. 1, 5 p. 7, 17). apol. 1 -orum maleficiorum (*cf.* 9. 42. 61. 69). 32 potestates. 38 nomina. 47 an occultum non est et -um est? 63 -umne istud an solemne et commune simulacrum est? *al.* TERT. spect. 2 p. 3, 10 devinctionibus. LACT. inst. 4, 13, 17 fecisse ... *Christum* opera miranda, verum non divina virtute, sed -a. 4, 15, 4 non praestrigiis -is, quae nihil veri ac solidi ostentant, sed vi ac potestate caelesti. FIRM. math. 3, 2, 18. PRISCILL. tract. 1, 28 p. 24, 1 praecantationibus. AVSON. Mos. 309. HEGES. 1, 38, 5 p. 80, 1 U. reum -i ... criminis (*gr. 1, 452* φαρμακείας). RVFIN. Orig. in num. 15, 1 p. 128, 27 B. apparatu -o poscit divina consulta (*cf.* COD. Theod. 9, 16, 7). hist. mon. 28 p. 751^A per phantasias -as. PRVD. c. Symm. 1, 96 murmure ... -o ... sepulcrales ... incantare favillas. 2, 176 cantamine. CLAVD. 3, 145 vires. AVG. civ. 8, 19 p. 350, 7 D. quaero, quales preces hominum diis bonis per daemones allegari putat, -as an licitas? c. Faust. 29, 2 p. 745, 9 miracula dei. trin. 4, 12, 15 per ... -as consecrationes. *al.* DAMIG. lapid. 3 actionem. 7 tractationem. CASSIOD. var. 3, 51, 2 perversitatem. *et al.* **2** ***de deis, qui a magis invocantur***: TIB. 1, 2, 62 concidit ad -os hostia pulla deos (LVCAN. 6, 577). **3** ***de hominibus magiae gnaris***: LVCAN. 9, 923 tunc sunt -ae miracula gentis Psyllorumque ... rapti pugna veneni (COMMENT. quoniam ... cantu utitur ut magi).

substantive: **1** **magica** (*sc. ars*), -ae *f.* (GLOSS. -a μαγεία. ars magorum). *sing.* (*cf. p. 51, 68*): IREN. 1, 23, 1 p. 237 putans apostolos ... sanitates per -am et non virtute dei perficere. *al.* QVEROL. p. 45, 11 mathesim et -am sum consecutus. SCHOL. Iuv. 6, 552. COD. Theod. 9, 42, 2. 4 (*a. 356*) crimine maiestatis et -ae. *al.* *forma graeca* magicē, -ēs: PLIN. nat. 1, 30, 1 de origine -es. 1, 30, 5 de generibus -es. 28, 188 -es sacrificiorum usus. 30, 7 si non expers ... tota Thrace -es fuisset. 30, 10 utrasque efflorduisse, medicinam dico -enque, ... illam Hippocrate, hanc Democrito inlustrantibus. *ibid.* -es factio. *plur.* (*cf. p. 51, 58*): ITALA act. 8, 11 (Iren. 1, 23, 1 p. 237) quod ... -is (*cf. p. 51, 32*) suis dementasset eos. QVEROL. p. 51, 16. DOCTR. apost. 5, 1 -ae (μαγίαι). EXC. barb. chron. I p. 236, 23 per -as et ingenia maligna. p. 238, 7 per -as et maleficia. PASS. Matth. 20. 21. Lucian. 2 -is daemonicis. **2** **magica**, -ōrum *n.* PLIN. nat. 1, 24, 99—102 -a de herbis. DOCTR. apost. 2, 2 non -a facies (μαγεύσεις). APVL. apol. 36 de -is meis (*sc. commentis*). **3** **magicī**, -ōrum *m.* *i. q. magi*: SERV. gramm. IV 463, 27 carmen -orum. SCHOL. Iuv. 10, 94 ⟨cum⟩ magicis (*L*, mag[n]is *al.*) aut mathematicis.

Dietzfelbinger.

magida, -ae *v.* 1. magis. **magillīnus**, -a, -um *v.* mygallinus GLOSS. I p. 92 onagros **magilāre** (*de clamore onagri*).

magīra, -ae *f.* CATO or. frg. 48 statuas positas ... effeminatis, qui -as facerent (*i. q.* '*coquas agerent*' *significare censet Heraeus* [*fem. latino more formato ad* magirus]; *vg. de arte culinaria facienda interpretantur*).

magīriscium, -ī *n.*, *μαγειρίσκιον. PLIN. nat. 33, 157 fecit idem *Pytheas* et cocos, -a appellatos, parvolis potoriis.

magīrus Magīrus), -ī *m.*, μάγειρος. *nomen coqui*: TEST. porcelli p. 268 -us cocus dixit (*bis*). LAMPR. Heliog. 10, 5 nubsit et coit *cum Zotico* ... ita, ut ... clamaret ...: 'concide, -e' (*ad cognomen* Μάγειρος, *quod Zotico fuisse tradit* CASS. DIO 19, 16, 1, *ita alluditur, ut simul sensus obscaenus significetur*). *comp.*: archimagirus. *R.*

1. magis, -dis *f.* (*gr.* μαγίς) *et* **magida**, -am *f.* [*ab acc.* μαγίδα(ν). *J. B. H.*]. *de originatione v. l. 57.* *formae* **-a, -am**: VARRO *l. 56.* ITALA *l. 64.* [*dub.*: LAMPR. Heliog. 20, 6 ⟨-es⟩ *suppl. Peter* (⟨patinas⟩ *Damsté*). *perperam huc refertur* HOR. sat. 2, 2, 29, *ubi* -s *est adv.; de* MAXIM. eleg. 1, 170 *cf. Petsch. ad l.*] [*it.* madia, *francog.* maie, *port.* malga. *M.-L.*] *i. q.* ***vas***: ***mensae***: VARRO ling. 5, 120 (*inter vasa in mensa escaria*) -am aut langulam alterum a magnitudine, alterum a latitudine finxerunt (PLIN. nat. 33, 146 Fenestella ... ait ... *repositoria* tympana ... se iuvene appellata, tum a stateris et lances, quas antiqui -es vocaverant). *i. q.* μάκτρα: GLOSS. *in usu medicorum*: MARCELL. med. 1, 38 rasamen pastae, quod in -e adhaeret. *incertum, cui usui destinatum*: PAVL. dig. 12, 6, 36 servus cuiusdam insciente domino -em commodavit. *de forma rotunda panis depsticii*: ITALA iud. 7, 13 (Lugd.) somnium somniavi et ecce quasi -a panis hordiacius volvebatur in castra Madiam (μαγὶς ἄρτου κριθίνου, *Vulg.* subcinericius panis).

2. ^×^**magis** *adv.* [*cf.* maior, magnus *et ab alia stirpe osc.* mais '*magis*', maimas '*maximae*', *got.* mais, *theod.* mehr '*magis*' *alia. J. B. H.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 126 M. a Graeco μᾶλλον venit. *notatur* **m**: PROB. litt. sing. gramm. IV 275 Q · M · quo modo vel quo -s (POMPON. dig. 41, 2, 25, 2 Q. M. *scriptum fuisse pro* Quinto Mucio *susp. van de Water*; quasi -s *trad.*). *de formis* **magi, mage** (*v. Neue-Wagener II*^3 *594 sq. et cf. p. 53, 16*): mage (*cf. Solmsen, Stud. z. lat. Lautgesch., Straßb. 1894 p. 57*^1. *Sommer, Handb. 305*): DON. Ter. Ad. 264 -e pro -is τῷ ἀρχαισμῷ. GLOSS.^L IV dub. Plac. M 4 -e ponitur pro -s, sed hoc poetica licentia quam in prosis. CHAR. gramm. 367, 5 B. apocope est cum ex ultima parte loquellae ... detrabitur ... littera ut (*Verg. Aen. 10, 481*) 'aspice num -e (-i *N, cod. R Verg.*) sit ...' pro -is (DIOM. gramm. I 441, 33 VLT. SYLL. gramm. IV 263, 15; *cf. p. 53, 3*). *cf.* DON. gramm. IV 396, 7 paragoge est appositio ... litterae ut -s pro -e ([-i s]. CONSENT. gramm. V 388, 7 [-i *MB*]. 402, 16 [-i *MB*]). **-e** *legitur post* PLAVT. (*v. p. 53, 7*) *apud* LVCR. *quater*, VERG. *v. l. 77*, PROP. *ter* [*loco corr.* Ov. trist. 2, 479 *in parte codd.*]; *in prosaicis testatur Serv. Aen. 10, 481 in* CIC. Verr. II 2, 174, *tradunt libri* LIV. 26, 35, 4 (*P*) SEN. nat. 2, 27, 3 (*sed* -s δ); *postea inde ab*

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER. MAVR. *et in versibus* (*fere 80ies*) *et in prosa* (SOL., ITIN. Alex., IVL. VAL., FVLG., CHALC. *al., fere 20ies*). *frequentatur ab* SIDON. (*19ies*) *et* PAVL. PETRIC. (*14ies*). -i (*cf.* CONSENT. gramm. V 388, 22 apocope ... -i pro -s. *v. et p. 52, 77. 80*): CE 44, 2 -i properares. 495, 4 (*cf. Leo, Plautin. Forsch.² p. 294 n. 1*). *de usu metrico* (*cf. Leo l. c. p. 292 sqq. Lindsay, early lat. verse p. 135. 204 sq.*): *ante vocalem forma* -e *in versibus non invenitur nisi decem locis* PLAVTI *et* PS. CATO dist. 2, 6 [*de* TER. Eun. 356 *v. l. 10*]; -s *ante vocalem habent* PLAVT. Amph. 601 *al.* PACVV. trag. 85 TER. *22ies* [*dub.* Eun. 356, *ubi -e? Kauer-Linds.* Ad. 56 *in vs. vitiose trad.*]. TRAG. inc. 160 (*bis*) AFRAN. com. 35; *inde a* CATVLLO *passim. ante consonam* -s *apud poetas ante* CATVLLVM *satis raro iambum efficit* (*v. Leo l. c. p. 293. 298 Linds. p. 204 sq.; adde*: ENN. ann. 372 -sque [*item* PACVV. trag. 44 AFRAN. com. 352]), *sed potius tamquam pyrrhichius mensuratur* (*sc. aut corr. iamb. aut per apocopen ultimae litterae ut in formis -e et -i posteriorum poetarum l. 4 et p. 52, 81 allatis*) *ex. gr.* LIV. ANDR. trag. 19 ENN. *6ies* PLAVT. Amph. 167 *et saepe*, CAECIL. com. 85 TER. *45ies* PACVV. ACC. trag. (*quater*) TITIN. POMPON. PVBLIL. (*ter*); *postea non nisi in vv. rudibus* COMM. *et* CE 556, 3 (*s. III*). 2199, 5 (*s. IV/V*). *prior syllaba producitur*: CYPR. GALL. exod. 497 (*cf. ind. p. 347*) COMM. apol. 318. *de notione*: GLOSS.L II Philox. MA 18 μᾶλλον. Abav. MA 12 potius, alioquin. 13 -s ac -s quin potius. *al.* DIFF. ed. Beck p. 68, 3 -s sic alterum ex duobus profert, ut utrumque probet; potius alterum probat, alterum damnat (*cf.* ISID. diff. 1, 378). *de significationibus et constructionibus disputavit Hand, Tursellinus III 552 sqq. nota usum adv.* -s *pro adi. p. 64, 68, pro subst. p. 54, 18. legitur inde ab* LEGE XII tab. *p. 58, 28*, LIV. ANDR. *p. 58, 29*, ENN. *infra l. 67 p. 58, 30. raro apud* VITR. NOT. Tir. 9, 1. 2. 2ᵃ. [*val.* mai, *it.* ma, mai, *francog.* mais, *hisp.* mas. *M.-L.*] [*loc. corr.*: PLAVT. Bacch. 738 Stich. 45 CATVLL. 61, 82. 107, 7 GRATT. 131. 310 MANIL. 2, 621. *dub.*: PLAVT. Men. 268 -s (*A, Linds.*, magnus *P, Leo*). Stich. 704 -s (*P*, nimium *A, edd.*) est dulcius. CIC. rep. 1, 47 (*del. Madv.*) Att. 11, 24, 4 (*v. Sj. in ann.*). 16, 3, 1 -s ⟨et -s⟩ (*suppl. Bosius, sed cf. p. 69, 14*). CAES. Gall. 2, 20, 3 *add. β.* LIV. 4, 9, 3 *factiones sunt* pluribus populis -s exitio quam bella externa (*aut* pluribus *aut* -s *vg. secl. edd., sed cf. p. 63, 5*). SEN. epist. 87, 3 prandium paratum fuit ⌊non -s hora⌋ (*i. una n.* -s [*cf. p. 55, 74*] *h.?*, non magidis ora? *Hense*, natura magistra? *Heraeus in plagulis*). *al. in titulo lect. dub.*: INSCR. RevArch. 1934 p. 272 n. 164 (*s. V*) ad -s? (*cf. W. Seston ibid. p. 207*). *emend. pro* satis: CIC. Att. 4, 16, 3. *pro* minus: MART. 8, 54 (53), 4. *pro* magnus (maius): LVCIL. 719 OV. epist. 16, 102 *al. e contrario saepius falso trad. pro* minus (LVCR. 2, 533 *al.*). *pro* magnus (*e. g.* ACC. trag. 36). *pro* magus (*e. g.* PLIN. nat. 16, 249 *E*).]

conspectus materiae: **I** -s *quantitativum*: **A** *vi gradus comparativi integra fere i. q. validius: p. 53, 65.* **B** *vi gradus comparativi quasi debilitata*: **1** *vice gradus positivi: p. 56, 74.* **2** *vice gradus superl.*: **a** *i. q. summe: p. 57, 39.* **b** *i. q. potissimum: p. 57, 65.* **II** -s *correctivum*: **A** *vi adverbii fere i. q. potius: p. 58, 25.* **B** *vice particulae adversativae i. q. sed, tamen, autem*: **1** *antecedente negatione: p. 60, 23.* **2** *non antecedente negatione: p. 60, 45.*

iuncturae, structurae, stilistica: **I** *c. adi. vel adv.*: **A** *c. posit.: p. 60, 84.* **B** *c. comp.: p. 62, 72.* **C** *c. superl.: p. 64, 17.* **II** *c. verb.*: **A** *generatim: p. 64, 32.* **B** *abundat: p. 64, 81.* **III** *c. abl. (adv.) mens. et caus.*: **A** *formae simpl.: p. 65, 11.* **B** *correlativae: p. 65, 54.* **IV** *structurae ad exprimendum rem comparatam*: **A** *generatim: p. 66, 13.* **B** *speciatim*: **1** *in elocutionibus negativis* (non -s quam *sim.*): *p. 66, 30.* **2** *opp.* cum ... tum -s: *p. 67, 43.* **3** *iuncturae ad -s correctivum pertinentes: p. 67, 63.* **V** *iuncturae ad augendam vim comp.*: **A** -s potius, -s plus *sim.: p. 68, 63.* **B** -s -sque, cottidie -s *sim.: p. 69, 9.* **VI** -s minusve *sim.: p. 69, 65.* **VII** *de collocatione: p. 69, 73.*

I -s ***quantitativum*** *rem pro re comparata auctam significans*: **A** ***vi gradus comparativi integra***: **1** *strictiore sensu i. q. maiore modo, validius, vehementius, fortius*: **a** *generatim* (*excerpsi potissima; ceterum v. p. 60, 80*): **α** *res comparata particula* quam *vel abl. comp. opponitur*: ENN. ann. 97 muro fretus -s quamde manus vi (*cf.* RHET. Her. 1, 5, 8 -s ... confidere). PLAVT. Amph. 1060 nec me miserior femina est neque ulla videatur -s (*cf.* PLIN. nat. 19, 181 infirmiora ... *semina* sunt atriplici ... et aestiva omnia hibernis -s. 21, 35). Aul. 810 quis me est ditior? quis me ... -s quisquam est homo, cui di sint propitii? Mil. 615 quis homo sit -s meus quam tu es? (*cf.* Men. 363 CIC. Marcell. 21 SEN. epist. 73, 7 PLIN. paneg. 50, 7 *al.*). TER. Eun. 227 hoc nemo fuit minus ineptus, -s severus quisquam nec -s continens. RHET. Her. 4, 43, 56 hunc hominem -s cupio satis laudare quam possum. VARRO ling. 10, 19 (18) in articulis vix adumbrata est analogia et -s rerum quam vocum; in nominatibus -s expressa ac plus etiam in vocibus ... quam in rebus. STAT. Theb. 11, 616 iusto -s exaudita parentis vota. QVINT. decl. 248 p. 17, 8 dic mihi, quo modo -s exulaverit, quam si unum occidisset. TERT. fug. 13 quod numquam -s fit, quam cum *eqs.* CYPR. mort. 9 sciet plus sibi quam ceteris ... laborandum, cui -s sit ... luctandum. *nota*: PLAVT. Asin. 689 -s decorumst libertum potius quam patronum onus in via portare (Capt. 321 decere). Trin. 275 lubet. CATO orig. 12 cordi est: COLVM. 2, 15, 2 conducere agricolae (*cf. Lundström, Eranos 14, 1914, 95*). **β** *res comparata aliis modis indicatur* (*aut certe animo obversatur*): PLAVT. Amph. 675 -s nunc me meum officium facere, si huic eam advorsum, arbitror. LVCR. 3, 302 at natura boum placido -s aëre vivit. VERG. georg. 1, 401 nebulae -s ima petunt. PROP. 3, 9, 13 argumenta -s sunt Mentoris addita formae, at Myos exiguum flectit acanthus iter. LIV. 42, 54, 8 utraque oppida in faucibus sunt, ... -s Gonnus. CELS. 5, 6, 1 rodunt alumen liquidum, sed -s rotundum, ... squama aeris, sed -s rubri, ... piper utrumque, sed rotundum -s (5, 9 misy, et id quoque -s coctum. 5, 16 purgat mel, sed -s, si). SEN. nat. 4, 8, 9 -s superiora perflantur, at quaecumque depressa sunt, minus ventis verberantur. epist. 6, 3 *amicos* omnia habere communia et quidem -s adversa. 74, 15 *animalia voluptates* et -s capiunt et ex facili. STAT. silv. 2, 1, 198 -s ... trahentem. APVL. met. 2, 31 quo -s pleniusque tanto numini litemus (*cf.* CHROMAT. in Matth. 10, 1extr. gravius ac -s delinquere). AVG. civ. 12, 6in. qui (*sc. angeli*) -s essent, si ei, qui summe est, adhaererent, ... id quod minus est praetulerunt (mus. 6, 5, 13). *expresse -s significat id, quod -s est* (τὸ μᾶλλον): AVG. civ. 8, 6extr. quod recipit -s et minus, ... mutabile est. MART. CAP. 4, 366. 370. 380. 382. BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 5. 5, 18 (*gr. p. 9, 17* τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον). *opponitur* non *hoc*..., eo (multo) -s (*sc. non*) *illud*: VARRO ling. 9, 85 non debere utrumque item dici, eo -s, quod *eqs.* rust. 1, 22, 2 *haec* fructum non extenuabunt, eo -s, si. SVET. Tib. 15, 2 nihil ... praetermissum est ..., ac multo -s postquam *eqs.* TERT. virg. vel. 10extr. adv. Marc. 3, 6 p. 385, 14. praescr. 14, 13 quanto -s (HIER. epist. 64, 4, 1). PS. MAR. VICTORIN. phys. 19 (minus *Mai*). *cf.* TYCON. 7 p. 71, 13 diabolus ... hoc ... non ... sperat ...; multo -s ista homo sperare non potest. *adduntur* etiam, adhuc, etiamnum, vel, et: RHET. Her. 4, 5, 7 eos ... peccare, cum -s etiam delinquere, quod *eqs.* (CIC. Quinct. 92 *al.* [*v. s. v.* etiam]). CIC. prov. 42 adhuc (*de relatione temporali interpretatur Tischer*) -s est mihi verendum, ne (SEN. dial. 5, 8, 5 -s a. proderunt. QVINT. inst. 2, 10, 5 -s a. fabulosa). PLIN. nat. 13, 26 incluta est vel -s palmis (*v.* vel). 14, 44 *Cato* censura super ceteros insignis, -s tamen etiamnum claritate litterarum (19, 98 -s e. 5, 66 ac -s e. 18, 62 -sque e. [21, 113]). SVET. Tib. 59 specie gravitatis ..., sed et -s naturae optemperans.

b *speciatim*: **α** *i. q. etiam validius* (*cf. p. 67, 43*): *res comparata opponitur*: PLAVT. Asin. 233 non omnino iam perii, est relicuom, quo peream -s (Most. 231 amant. :: -s amabunt, quom *eqs.* CIC. Verr. II 3, 144 non ... quo -s hoc vobis persuadeatur, quam iam persuasum esse confido. Att. 6, 2, 4 BRVT. Cic. epist. 11, 20, 3. LIV. 44, 9, 6 secundis summissioribus, tertiis -s. VITR. 10, 9, 4 cum ... altius extollendum erit, ...; sin autem -s altis locis erit praebendum *eqs.* COLVM. 9, 3, 2 minores ..., ... -s exiguas. PLIN. epist. 9, 28, 3). CIC. de orat. 2, 59 id ... admirans illud iam admirari desino, quod multo -s ante mirabar (Att. 15, 2, 2). Att. 5, 19, 2 laetor -sque laetabor, si *eqs.* (VITA Alc. Avit. 4in.). PROP. 3, 14, 2 multa ... miramur ..., sed -e *eqs.* ([LIV. 37, 25, 8 CELS. 2, 26 CYPR. epist. 10, 1]. LIV. 21, 29, 7 timebat quidem *hoc*, sed -s *illud* metuebat. *cf.* CYPR. epist. 62, 3in. semper quidem ... proni, nunc tamen -s ... accensi). PLIN. nat. 19, 131 umore .. gaudent ... praecipue lactucae et -s intubi (TAC. ann. 2, 75, 2 neque ipse gaudium moderans et -s insolescente Plancina. LAMPR. Alex. 2, 4 VOPISC. Aurelian. 15, 6). *nota*: TER. MAVR. 864 d ... numquam coibit, q -s numquam potest. *res comparata subauditur*: TER. Andr. 308 id loqui, quo -s libido frustra incendatur tua (*sc. quam iam incensa est*). Haut. 223 -s nunc me amicae dicta stimulant. Ad. 282 si -s irritatus siet. SEN. Herc. O. 1170 quodque me torquet -s. STAT. Ach. 1, 400 CYPR. epist. 16, 2 p. 518, 16 ut -s pereant et ... plus cadant. patient. 19in. SPART. Geta 7, 6 quo facto -s Geta desiderabatur. VVLG. Ioh. 5, 18 proptererea ergo -s quaerebant eum Iudaei interficere. *accedit ad notionem eo -s, maxime, praesertim coniunctum c. enunt. cond., temp., partic. sim.* (*cf. p. 70, 58*): VARRO frg. Plin. nat. 18, 349 si ..., maiorem tempestatem *significabit*, et -s, si ([CELS. 2, 30, 1 adstringunt ..., -s, si ..., -s etiam, si ...; ... et -s, si. 5, 26, 34ᴬ et -s etiam, si. COLVM. 4, 24, 2 paucissimas plagas accipere debent, et -s, si]. CELS. 2, 4, 3 -sque, si [2, 6, 3 *et saepe.* 2, 21 -sque etiam. PLIN. nat. 18, 126 *al.*]. *sim.* 2, 30, 1 -s, si. *cf. p. 57, 67 sqq.*). CIC. rep. 1, 62 adducor, inquit *Laelius*, ut ... adsentiar. et Scipio: tum -s adsentiare ..., si (*cf. l. 79 et* VERG. Aen. 12, 218 videri iamdudum ..., tum -s, ut cernunt). SEN. contr. exc. 3, 8 misero si flere non licet, -s flendum est (QVINT. inst. 5, 10, 89 si furtum scelus, -s sacrilegium. decl. 281 p. 146, 1. TERT. virg. vel. 10 -s masculis ..., si feminis. CYPR. eleem. 18 p. 388, 2). SEN. benef. 5, 1, 4 gloria fugientes -s sequitur. PLIN. nat. 36, 106 non omittendo memorabili exemplo vel -s, quoniam (TAC. ann. 15, 7 pila arsere, -s insigni prodigio, quia). PLIN. paneg. 22, 3 alii se satis vixisse ..., alii nunc -s esse vivendum praedicabant. APVL. met. 11, 15 cum coeperis deae servire, tunc -s senties fructum tuae libertatis (TERT. Scap. 5extr. CYPR. epist. 13, 3in. 26in. AMM. 26, 1, 12 *al.* AMBR. bon. mort. 6, 22in. AVG. in euang. Ioh. 10, 1 SIDON. carm. 7, 85 VICT. VIT. 1, 27. 47. *cf. et l. 70*). AMM. 20, 7, 11 MAR. VICTOR aleth. 1, 492. SEDVL. carm. pasch. 5, 307 (*op. pasch. 5, 25* potius). DRAC. Orest. 827. *cf. p. 57, 37.* *i. q. insuper?*: COMM. apol. 440 non est culpa satis una, ... sed -s

[*Bulhart*]

4*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

infamant. 482 Salomon de ipso prophetat et -s insequitur plenius ostendere iustum (*nisi* -s plenius *iungendum est*). 818 gentiles pascunt Christianos ubique, quos -s ut fratres requirunt. *β* *i. q.* ***nimis, nimium***: PLAVT. Curc. 376 si -s me instabunt, ad praetorem sufferam. Most. 1008 nisi quid -s es occupatus, operam da mihi. Trin. 670 minus placet, -s quod suadetur. TER. Eun. 414 is ubi molestus -s est, ... inquam *eqs.* Ad. 993 quae ... -s impense cupitis, consulitis parum. CIC. Brut. 83 delectari mihi -s antiquitate videtur et lubenter verbis etiam uti paulo -s priscis Laelius. part. 22 quae orationem aut -s obscuram aut minus probabilem faciunt. OV. Pont. 3, 2, 19 utque -s cauti possunt timidique videri, sic appellari non meruere mali. CELS. 7, 7, 4^E. MELA 3, 67 ubi -s quam ut habitetur exaestuat (3, 95 patentes -s campi quam ut perspici possint. SEN. nat. 1, 3, 2. 3, 22). *γ* *i. q.* *-s -sque*: TAC. ann. 3, 17, 1 matris preces obtendens, in quam optimi cuiusque secreti questus -s ardescebant. 14, 53 familiaritatem *Senecae* -s aspernante Caesare (*v. Nipp. ad l.*). TERT. pudic. 1, 2 mala -s vincunt, quod ultimorum temporum ratio est. ARNOB. nat. 2, 5 p. 51, 2 quod ... augeatur res -s (*an 'potius'?*). CHIRON 183 ex nulla diligentia curae proficit et -s deterior fit (*an 'sed potius'?*).

2 *propter vim verborum, quibus apponitur, propius ad notionem aliorum adv. accedere videtur* (*cf. p. 70, 63 et s. v.* magnus): **a** *c. verb.* ***noscendi, declarandi*** *fere i. q.* ***melius, accuratius***: PLAVT. Rud. 1180 eamus ... ad matrem tuam, quae ex te poterit argumentis hanc rem -s exquirere, quae te -s tractavit -sque signa pernovit tua. VARRO ling. 7, 28 cascum vetus esse significat Ennius, ... eo -s Manilius. CIC. ad Q. fr. 2, 4, 2 hoc nunc -s animum adverto, quod *eqs.* 2, 5, 3 domus erit egregia; -s enim cerni iam poterat, quam *eqs.* (LVCR. 3, 369). fin. 2, 13 *nullum verbum* -s idem *declarat* Latine quod Graece, quam declarat 'voluptas' (Tusc. 4, 53 div. 2, 144 PLIN. nat. 10, 190). Att. 2, 12, 2 quanto -s vidi ex tuis litteris quam ex illius sermone, quid ageretur! 10, 12, 5 bene cognitam mihi T. Munati ... fidem -s etiam perspexi. OV. epist. 10, 92 quodque -s memini. trist. 3, 11, 73 quod -s ut liqueat (CVRT. 7, 2, 34 PLIN. epist. 2, 20, 4). SEN. epist. 23, 9 si hoc modo -s sensus potest exprimi (PLIN. epist. 6, 16, 5. 9, 26, 4 FLOR. epit. 3, 10, 13 TERT. paenit. 9, 2). LVCAN. 5, 249 expertus est (QVINT. decl. 294 p. 166, 19). *sic saepe c. verb.* noscere, nosse, scire, cognoscere, intellegere, sentire, apparere. **b** *fere i. q.* ***facilius***: TER. Eun. 879 propterea -s nunc ignosco tibi. CIC. de orat. 2, 323 dociles -s in initiis esse possunt. LVCR. 4, 1249. 5, 990. SEN. epist. 41, 1 quasi -s exaudiri possimus (*sc. si in aurem simulacri loquamur*). QVINT. inst. 11, 1, 69 quid ... aliud esset, quo se victum ... -s ferret? (11, 3, 57. 12, 10, 27 AVG. civ. 14, 19 p. 43, 16 D. SIDON. epist. 9, 9, 5). TAC. ann. 2, 21, 2 quo -s agnosceretur, detraxerat tegimen capiti. **c** *fere i. q.* ***propius, longius*** (*c. verb. movendi*): RHET. Her. 4, 22, 30 accedit (CIC. part. 123 et propius. OV. epist. 2, 129. 17, 91 QVINT. inst. 10, 1, 68). CIC. Planc. 48 -s pedem conferre ... aut propius accedere. Flacc. 23 propius accedo ...; intrabo etiam -s (MELA 2, 37). Brut. 142 penetrat (part. 123 PLIN. nat. 20, 236). BELL. Afr. 59, 5 ad collis radices -s adpulerat. SALL. Iug. 18, 9 ei propius mare Africum agitabant, Gaetuli sub sole -s. LIV. 5, 38, 10 procul a flumine et -s sub monte steterat. MELA 1, 74 quo -s subitur (SIL. 3, 528). SIL. 1, 238 nullaque Palladia sese -s arbore tollit. **d** *fere i. q.* ***saepius, crebrius, frequentius, plerumque***: LVCR. 5, 1171 *homines deos* animo ... vigilante videbant et -s in somnis (6, 357 autumnoque -s ... concutitur *caelum*. PLIN. nat. 2, 145 noctu -s quam interdiu). CELS. 2, 10, 18 illud -s fieri solet, ut. PLIN. nat. 21, 98 serius floret -sque saepta obsidet villarum. 28, 54 plurimum somniari circa ver ... -sque supino cubito, at prono nihil. MART. 14, 129 Roma -s fuscis vestitur, Gallia rufis. QVINT. inst. 12, 11, 7 sentiet vivus eam quae post fata praestari -s solet venerationem. TERT. spect. 25 nullum -s scandalum occurret quam *eqs.* virg. vel. 5 *Graeci* -s vocabulo mulieris in uxore utuntur. resurr. 4$^{in.}$ an aliud prius vel -s audias ... et non protinus et ubique *eqs.* **e** *fere i. q.* ***rectius, iustius***: PLAVT. Capt. 871 olim si advenissem, -s tu tum istuc diceres (Mil. 1429 Pseud. 949 CIC. Lael. 25 SEN. contr. 2, 6 [14], 3 CYPR. epist. 75, 24$^{in.}$). TERT. virg. vel. 2$^{in.}$. PORPH. Hor. ars 191 *deus tragicus* male ponetur, ... si ..., sed -s, cum *eqs.* CAPITOL. Opil. 3, 7. SCHOL. Hor. carm. 2, 4, 8 aut Briseiden dicit aut Crisen ...; sed -s Cassandra intellegitur (SCHOL. Iuv. 6, 555 num -s sic intellegitur ...?). **f** *de tempore i. q.* ***amplius, diutius***: *notio principalis adhuc perspicua est*: PLAVT. Trin. 861 quam -s specto, minus placet mi haec hominis facies. TER. Eun. 507 quanto -s -sque cogito. CELS. 2, 4, 2 quo -s sopor interdiu noctuque continuat. *notio temporis perspicua subest*: SEN. epist. 87, 3 *v. p. 53, 36.* DRAC. Romul. 8, 295 si pudor Iliacis ... mentibus esset ... ... non -s auderent in bella lacessere Graios *Herculis* post bella (*'non amplius' Vollmer*). VEN. FORT. carm. 1, 15, 82 o felix ..., cui res ista -s non peritura manet! (*'numquam' Sommer*). **g** *alia*: PLAVT. Pseud. 641 si dare vis mihi, -s erit solutum, quasi ipsi dederis. Phorm. 467 alios tuam rem credidisti -s (*i. diligentius*) quam tete animadversuros? (*cf.* CIC. rep. 6, 17 *terram* cum -s intuerer [TERT. spect. 30 tunc -s tragoedi audiendi]. ad Q. fr. 1, 1, 15 cavere). CIC. Verr. II 2, 174 possumne -s (*i. apertius*) rem iudicatam adferre, -s reum condemnatum in iudicium adducere? (Balb. 42 iudicare [Att. 2, 12, 3]. har. resp. 25 nobiscum loqui). Planc. 60 -s (*i. rectius, splendidius*) aedilis fieri non potuisset. LVCR. 3, 953 inclamare (VVLG. Matth. 20, 31 clamare [*gr.* μεῖζον, 27, 23 *et* Marc. 15, 14 περισσῶς, Luc. 18, 39 *et* Marc. 10, 48 μᾶλλον]. PAVL. MED. vita Ambr. 7 -s -sque). HOR. sat. 1, 10, 58 versiculos ... -s (*i. maiore arte*) factos et euntis mollius. carm. 2, 13, 30 utrumque ... mirantur ..., sed -s (*i. avidius*) pugnas ... bibit aure vulgus. OV. met. 5, 382 qua (*sagitta*) *non est* quae -s audiat arcum. SEN. contr. exc. 5, 7 eos libertatem -s tueri posse, qui numquam habuissent, quam qui perdidissent (SEN. clem. 1, 13, 4 alia -s, alia minus). contr. 10, 2, 11 illam quaestionem ... in nulla -s (*i. commodius*) controversia ... posse tractari (COLVM. 11, 2, 81 sed nec ulla res -s vacuis operariis aut seritur aut conditur). SCRIB. LARG. 175 optime facit (*hoc*) ...; sed multo -s facit (*illud*). STAT. silv. 2, 1, 198 timide primum vestigia iungit, ... inde -s sequitur (*'confidentius' Hand l. c. 557, 4*). MART. 13, 76, 2 carior est perdix (*quam rustica*). sic sapit illa -s (*i. iucundius*). QVINT. inst. 4, 1, 18 quae res utrique parti tractanda est ac nescio an etiam ei -s, in quam videatur (*iudex*) propensior (*'cautius, circumspectius' Spalding, Hand*). 8, 6, 73 nec alia via -s (*i. facilius, citius*) in cacozelian itur. TERT. Scap. 2 nos -s (*i. efficacius*) oramus pro salute imperatoris.

3 *interdum adv. ponitur, ubi eodem iure (aut etiam potius; cf. e. g. l. 47. 54. 57) adi. dici potuit* (*cf. p. 71, 5 et Hand l. c. 556, 3*): **a** *de* ***amplitudine*** *i. q.* ***auctius, amplius***: PLAVT. Capt. 852 nominandi istorum (*piscium, casei*) tibi erit -s quam edundi copia. Cas. 204 -s cum otium mi ... erit. VARRO rust. 1, 6, 3 ubi lati campi, ibi -s aestus. CIC. Cluent. 141 *in orationibus, quae de re p. habentur,* forsitan -s requiritur constantia (*sc. quam qua ille usus est*). parad. 22 quo -s virtus sit. Att. 4, 1, 3 gratiam -s, quam optaramus, consecuti sumus (VVLG. prov. 28, 23 gratiam ... inveniet ... -s quam ille [μᾶλλον]). MAT. Cic. epist. 11, 28, 8 eum ... quo -s (*cf. p. 65, 39*) iure colere ... deberem fecit ([QVINT. decl. 308 p. 212, 2]. CVRT. 3, 12, 16 -s ius habebat). LVCR. 5, 1425 quo -s in nobis ... culpa resedit. VERG. georg. 2, 195 -s studium *est* (3, 179). TIB. 3, 13, 2 *amorem* texisse ... sit mihi fama -s (TERT. cult. fem. 5 si ... gloria est auro ..., atquin -s ferro. monog. 1 -s honorem refert. PORPH. Hor. carm. 3, 3, 49 paupertas -s in honore erat quam divitiae. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 32 -e laus est nam tua vinci). PROP. 4, 8, 16 causa fuit Iuno, sed -e causa Venus. OV. epist. 13, 105 tu mihi luce, dolor, tu mihi nocte venis, nocte tamen quam luce -s. Pont. 1, 1, 61 cumque sit exilium, -s est mihi culpa dolori. LIV. 3, 70, 15 ne ... -s hominum ratio quam meritorum habita videretur (*cf.* MARCIAN. dig. 35, 2, 32, 4 quae sententia ... rationem -s habet [PAVL. dig. 5, 1, 19, 2 PORPH. Hor. carm. 1, 7, 31]). 4, 21, 5 curae erat. 5, 53, 7 nefas (SEN. Med. 9 fas). 10, 19, 2 noxiae fore. 31, 31, 16 est periculum. CELS. 3, 6, 1 de potione ingens pugna est eoque -s, quo maior febris est. 5, 28, 11^D motus est. CVRT. 8, 4, 10 nec ulla res -s saluti fuit (*cf.* FLOR. epit. 4, 2, 49 exitio). 8, 14, 16 usui (TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 423, 4). STAT. silv. 4, 6, 9 quis -s anser exta ferat (*'maiora' Hand l. c. 556, 3*). PAVL. dig. 50, 16, 57 pr. diligentiam ... debent. APVL. met. 4, 21 -s quam ⟨humana⟩ patientia. TERT. nat. 1, 10, 7 -s probro est. CYPR. hab. virg. 5$^{extr.}$ cum nulla sit illis -s quam adversus carnem conluctatio. ITIN. [Silv.] 13, 1 fecerunt -s desiderium. AMBR. epist. 5, 14 formido est. VVLG. prov. 26, 12 spem habebit (μᾶλλον). Matth. 27, 24 videns ... quia ... -s tumultus fieret (μᾶλλον). act. 22, 2 -s (μᾶλλον) praestiterunt silentium (*21, 40* magno [πολλῆς] silentio facto). PELAG. in II Cor. 10, 8 p. 286, 14 S. me -s potestatem ... accepisse. **b** *de* ***numero*** *i. q.* ***plus*** (*plures*): HOR. epist. 1, 15, 23 tractus uter plures lepores ... educet ..., utra -s pisces ... aequora celent. OV. epist. 16, 102 nec tibi plus cordis, sed -s oris adest (*potest* sed -s *iungi, cf. Hand 559, 10*). PLIN. nat. 9, 184 quanto -s umorem habeant, lucere in ore mandentium. POMPON. dig. 16, 1, 32, 1 -s (*i. pluris*) aestimetur (*sim.* SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 p. 100, 8 putaretur. p. 100, 10 -s habitum est. *cf. p. 70, 38*). ITALA Ioh. 15, 2 (Hier. in Nah. 2, 1 p. 1245^C) propaginem ... mundat, ut fructum -s afferat (πλέονα, *codd. a d* ampliorem, *codd. b ff² l* plurimum, *cod. e* multum, *Vulg.* plus). PELAG. in Rom. 3, 8 nos ... qui nihil -s quam iustum dei iudicium praedicamus (*cf. 4, 4* nihil amplius quam quod praeceptum est operatur). VITAE patr. 3, 5 -s et melius ... cibantur quam (*5, 10, 97* plus, *Nau 1907, 361, 229* πλέον). GREG. TVR. Franc. 5, 50 nihil aliud video; ... si tu aliquid -s cernis, enarra. *cf. etiam p. 57, 46.*

B ***vi gradus comparativi quasi debilitata*** (*usus inde explicatur, quod res comparata saepissime non expresse opponitur [cf. etiam p. 54, 2. 55 al.], sed animo tantummodo dicentis vel scribentis amplificatio quaedam rei solitae aut expectatae obversatur*):

1 *propius accedit ad vim* ***gradus positivi*** (*sc. sensu quasi elativo*) *fere i. q.* ***valde, admodum*** *(non tantum mediocriter), non parum, satis* (*cf. Hand l. c. 561, 14. Sonny, ALL 11, 1900, 98.* SERV. auct. Aen. 1, 15 -s pro valde [*interpretatione falsa*]): **a** *c. verb.*: PLAVT. Epid. 79 i sane, siquidem festinas -s (Poen. 525 si properabas -s. CIC. div. 2, 41 cum -s properant). Amph. 254 hoc adeo hōc (*i. ideo*) commemini -s, quia (AVG. in euang. Ioh. 12, 2 -s meminerimus, quid. *cf.* DRAC. Romul. 8, 532 *id* -s dudum cognovimus). Bacch. 398 qua me causa -s cum cura esse aecum *est.* Cas. 278. 475 huc aures -s sunt adhibendae mihi. Mil. 473 metuo. 1422 dabitur. :: -s sapis. CIC. Lael. 99 quod ut ne accidat, -s cavendum est (*cf. Seyffert-*

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Müller ad l.). Att. 5, 19, 1 litteras ... ex quibus non dubito, quin ..., -sque vereor, ne. SEN. contr. 7, 2 (17), 12 admiratus est. VLP. dig. 19, 3, 1 fuit enim -s dubitatum, cum eqs. TERT. pudic. 21, 7 hoc ego -s (i. plane) ... agnosco. AVIEN. orb. terr. 771 insula ... Aurea, quod fulvo sol hic -s orbe rubescat (ora 294). AVSON. Mos. 372 prout quemque suus -s impetus urget, esse tui cupiunt. AMM. 25, 1, 14 ad elephantorum stridorem ... -s equi terrebantur. HIER. epist. 22, 30, 4 conscientiae igne -s torquebar. VVLG. Ruth 1, 13 vestra angustia -s me premit. DIOSC. 1, 79$^{in.}$ medetur (gr. 1, 71, 3 ἐξόχως). HIPPOCR. aer. 6 p. 11, 5 Gund. ut -s constringat homines (μάλιστα). MART. CAP. 9, 919 pascit monte capellas, ... -e percrepat flagello. BOETH. herm. pr. 2, 14 p. 217, 17 (= sec. 6, 14 p. 483, 17) falsus est autem -s, ... qui habet contrariam opinionem (23 b 21 διέψευσται δὲ μάλιστα). **b** c. adi. et adv. (iuxta ponitur posit. nudus l. 21 sqq): VARRO ling. 9, 73 -s mane significat primum mane, -s vespere novissimum vesper (sed cf. et p. 61, 62). CIC. S. Rosc. 62 in his levioribus peccatis, quae -s crebra et iam prope cotidiana sunt. CATVLL. 62, 58 virgo cum par conubium maturo tempore adepta est, cara viro -s et minus est invisa parenti (cf. Kroll ad l.) CELS. 2, 6, 18 in acutis morbis fallaces -s notas esse et salutis et mortis (nisi subaudiendum: 'quam in longis'). 3, 21, 14 ambulare, sed -s modice. SEN. Oed. 756 fugit citus Actaeon agilique -s pede per saltus ... vagus eqs. SPART. Pesc. 6, 6 candidus et -s pinguis. LACT. inst. 6, 17, 22 aqua semper iacens et quieta insalubris et -s turbida est. RVF. FEST. 27, 1 vario ac -s difficili pugnavit eventu. SCHOL. Cic. Bob. p. 167, 18 St. ut -s eum cupidum lacessendi ostenderet. PELAGON. 154 hoc facies triduo, ut -s (i. plane) sanus sit. CHIRON 472 fovitionibus frigidis -s posca eis caput fovebis (Hippiatr. I p. 211, 4 ψυχρῷ ὕδατι, Veg. mulom. 2, 74, 3 pusca frigidissima). cf. 393 quae res -s leniter parastaticari potest, persanari non potest (Veg. mulom. 2, 129, 5 lenissimis medicamentis). AVG. in psalm. 41, 15 quia -s crebra sunt mala, dulcior erit misericordia tua. SORAN. 8 p. 7, 8 natura qualis est ipsa matrix? -s (del. Rose) nervosa quidem (3, 11, 1 p. 8, 25 J. κατὰ τὸ πλειστοδυναμοῦν ἐστι νευρώδης). VICT. VIT. 2, 11 -s violenter iussus est pergere. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 68 dum -e condensae stipant altaria turbae. nota c. compar. (cf. p. 62, 72): AMM. 22, 16, 23 suffusculi sunt et atrati -sque maestiores eqs.

2 fungitur quasi vice gradus superlativi (ad -s subauditur: 'omnibus ceteris', quo efficitur i. q. 'maxime'; cf. etiam p. 54, 62. GLOSS. III 455, 30 μάλιστα): **a** i. q. summe: α c. verb.: CIC. epist. 13, 48 omnes tibi commendo Cyprios, sed -s Paphios. LVCR. 1, 641 obscura stolidi -s admirantur. OV. epist. 15, 77 ex illis iam tunc -s una placebat. VAL. FL. 5, 368 autumno ... cum -s asperat ignes Sirius. CYPR. Fort. 11 p. 339, 2 qui primus locutus fuerat et -s regem provocaverat. epist. 14, 3$^{in.}$ nunc est, ut -s diabolum metuant, qui fortiorem quemque -s (ad l. 65) aggreditur. PALLAD. 1, 5, 3 (Colum. 2, 2, 20 maxime). COD. Theod. 11, 22, 3 ubi -s (cf. p. 56, 56) possidet. 16, 5, 6, 2 OROS. hist. 3, 14, 5. β c. adi.: (I) c. posit.: TERT. anim. 48$^{in.}$ certiora ... somniari affirmant sub extimis noctibus ...; ex temporibus autem anni verno -s quieta (sc. quam ceteris i. quietissima). AVG. civ. 22, 30 p. 632, 14 D. VICT. VIT. 2, 70. 3, 54. PAVL. PELL. 496 tum (mihi morte est) subtracta, meae potuisset cum -s esse apta senectuti. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 85, 18 omnis differentia et communiter et proprie et -s proprie dicitur (p. 8, 8 ἰδιαίτατα. 4, 1 p. 240, 10. 241, 17). VEN. FORT. carm. 4, 13, 10 orfanus hic patrem, viduae solacia deflent (sc. Servilionem presbyterum), unde -s caelis gaudia vera tenet. (II) c. compar.: EVOD. Aug. epist. 158, 11 post transitum ... animam quam -s vigilantiorem fore, ... non marcidam et quasi segnem. CAEL. AVR. acut. 3, 9, 100 etiam post annum ... afficiuntur, sed -s plures post quadraginta dies. γ apponitur subst. attributive (cf. infra l. 84): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 48 -s genus, in eo quod est esse (i. supremum). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 23$^{in.}$ in omnibus praedicamentis sunt quaedam -s generum et -s specierum, sunt alia mixta. -s genera sunt eqs. (p. 4, 15 γενικώτατα ... εἰδικώτατα). sim. v. in ind. Brandtii s. v. genus et species.

b i. q. potissimum (c. gen. part. [aut comp.?] l. 81. c. compar. p. 58, 7. 19. c. superl. p. 58, 3 sq.): GRATT. 85 hinc -s in cervos valuit metus. CELS. 6, 7, 7^{C} cibis utendum est ... media materia -sque adsumendae dilutae potiones (cf. PLIN. nat. 18, 152 maturescentia frumenta imbre laeduntur et hordeum -s [25, 112. TREB. trig. tyr. 11, 5 vitam ... negavit omnibus indignis et -s Aureolo. AVG. civ. 4, 2 p. 148, 17 D. CAEL. AVR. gyn. frg. p. 146, 20 [p. 315, 3 μάλιστα]. ORIBAS. syn. 6, 26, 14. CASSIOD. c. Ap. 2, 122 [μάλιστα]). PLIN. nat. 16, 119 omnis infirmitas caelo -s oboedit. 20, 75 dysintericis prodest, -s cum lente (cf. 24, 56). POMPON. dig. 7, 4, 22 hoc -s dicendum est, si ([CANDID. gen. div. 11 si ...; -s autem, si. MAR. VICTORIN. defin. p. 40, 24 ORIBAS. syn. 6, 26, 14. cf. etiam p. 54, 65]. CANDID. gen. div. 8 -s autem, cum). TERT. fug. 3 haec exempla -s in persecutionibus eveniunt. monog. 10$^{in.}$ mulierem -s defuncto marito teneri. PORPH. Hor. carm. 4, 3, 12 quidam lyrici ... Aeolide -s dialecto usi sunt (CLAVD. DON. Aen. 7, 190 p. 29, 21). CYPR. epist. 14, 3$^{in.}$ v. supra l. 44. 64, 6 circa universos ..., -s circa infantes. IVL. VAL. 1, 11$^{extr.}$ omnium disciplinarum continentiam -e ostentare. DICT. 4, 22 p. 85, 29 -s in suos superbiam ... exercuisse. SCHOL. Cic. Bob. p. 110, 7 St. -s ... gloriae suae consulens. Iuv. 1, 1 -s ideo saturam se scribere, ut eqs. 2, 89 cum -s (ad l. 60: cf. p. 56, 43) nefas sit ad hoc (sacrum) virorum quemquam accedere, -s viris patet. VEG. mil. 4, 12$^{in.}$ timor -s frangit insuetos. CHIRON 41 in quibus -s ustionem maxime fieri non debet (467. cf. ORIBAS. eup. 2, 1 G 1 rec. La et -s mulierum inprimis [om. rec. Aa] lactes ..., post haec eqs. [Γ 3 μάλιστα]). 52 nascitur plerumque -s in pedibus. 195 in corpore ... toto ..., -s in tergus. 214 quod fit -s proxime longaonis clausura. 215 spiritus -s in novissimum maior fit. 280 eum ... mollibus cibariis iuvabis. -s tamen apium ... ei da ([Veg. mulom. 2, 11, 1 praecipue tamen]. AMBR. epist. 91, 1 summus quidem ..., sed -s eqs. VVLG. I Cor. 14, 1 aemulamini spiritualia, -s autem [cf. p. 57, 75], ut prophetetis [μᾶλλον]. cf. II Petr. 2, 10 [μάλιστα]). AVG. civ. 16, 39 nomen Israel -s populus ... obtinuit. in euang. Ioh. 8, 12$^{in.}$ -s quia (27, 8 serm. 137, 12, 15$^{extr.}$ cf. p. 54, 77). MACR. Sat. 7, 3, 10 huic digito -s. MAR. VICTOR aleth. 1, 519. SEDVL. op. pasch. 3, 7 p. 237, 11 inter busta -s habitabat. ALC. AVIT. carm. 5, 15. VEN. FORT. Mart. 1, 110 dogma ... totum populaverat orbem: per -s Illyricum ... natabat (Sulp. Sev. Mart. 6, 4 per totum orbem et maxime intra I.). carm. 4, 17, 2 al. nota cum -s: i. q. cum maxime, potissimum: CHIRON 215 id ipsum ..., quod (intellege: quo) cum -s ... ventus maior nutritur. i. q. praesertim cum: HIER. epist. 36, 15, 6. si -s i. q. si maxime, etiamsi: DRAC. Romul. 10, 232 rea non es, si fueris homicida -s.

II -s correctivum rationem rerum pro aliis rebus mutatam significans (cf. Hey, ALL 13, 1904, 204. Melander, étude sur 'magis' ..., Upsala 1916. Schmalz-Hofmann^{5} 672): **A** vi adverbii: fere i. q. potius (i. q. potissimum: p. 57, 65): **1** in universum: **a** res comparata quae reicitur aut certe detrectatur part. quam (aut abl. comp.) opponitur (A -s quam B i. q. non tam B quam A, non B sed A; cf. p. 66, 30): LEX XII tab. (Cic. Tull. 51) si telum manu fugit ma⟨gis quam iecit⟩. LIV. ANDR. trag. 19 quae tua sunt -s quam mea. ENN. scaen. 278 tu me amoris -s quam honoris servavisti gratia. 354 mihi fortuna -s nunc defit quam genus. ann. 181 bellipotentes sunt -s quam sapientipotentes (PLAVT. Truc. 216 -sque adeo ei consiliarius hic amicust quam auxiliarius. VARRO ling. 6, 78 -s promiscue quam diligenter. CIC. Verr. II 2, 113 -s invidioso crimine quam vero. har. resp. 49 miserum ... turpe. Planc. 37 honeste ... vere. Tusc. 1, 41 subtiliter ... dilucide. al. SALL. LIV. SEN. contr. VAL. MAX. PHAEDR. [3, 4, 5] SEN. phil. CVRT. MELA QVINT. TAC. al. nota: AMM. 21, 12, 5 ferocientes -s quam consultius. cf. etiam p. 64, 7). PLAVT. Bacch. 429 saliendo sese exercebant -s quam scorto. Epid. 453. Mil. 625 umbra es amantis -s quam amator. 1086 ne -s sim pulcher quam sum. Trin. 691 Truc. 810. TER. Andr. 162 Hec. 239. VARRO ling. 5, 9 cum poeticis multis verbis -s delecter quam utar, antiquis -s utar quam delecter. CIC. Verr. II 1, 104 sortem nactus est urbanae provinciae -s ex sua ... quam ex populi R. voluntate. 2, 29 multo -s est petendum ... quam in benefici locum deferendum. S. Rosc. 16 -s ut exsultare ... videretur quam timere ([Cluent. 89 dom. 71 epist. 6, 12, 4 LIV. 5, 23, 12 PANEG. 12 (2), 38, 2]. Rab. Post. 5 ut -s paeniteret coepisse quam liceret desistere [Tusc. 4, 48]). Sulla 25. 74 -s odio quam pudore. de orat. 1, 82 genus est verborum ... palaestrae -s et olei quam fori. 2, 31 exorsus es ... -s a veritate ... quam a ... dignitate. 2, 99 praeceptum -s ... monitoris ... quam ... magistri. 2, 254 admirationem -s quam risum movet. Brut. 4. 37 delectabat -s ... quam inflammabat. al. fin. 2, 8 discendi causa -s quam quo velim. Lael. 14 id invidi -s quam amici est. SALL. Iug. 58, 1 omnia -s quam proelium exspectantibus. PROP. 1, 11, 9 utinam -e te ... cymba moretur ..., quam eqs. LIV. 2, 1, 7. CALP. ecl. 6, 11 si -s aut ... calamorum ... arte aut cantu -s est quam vultu proximus. ASCON. Pis. p. 20, 4 St. Corn. p. 60, 7 QVINT. inst. 2, 16, 15 GARG. MART. 50. CYPR. patient. 3 qui virtutum conscientiam -s quam iactantiam novimus, qui non loquimur magna, sed vivimus. saepe. nota: HIER. epist. 34, 5, 2 καρπούς 'fructus' -s quam 'manus' (i. pro 'm.') interpretati sunt. c. abl. comp.: OV. trist. 3, 2, 6 -s vita Musa iocata mea est. **b** res comparata exprimitur negatione (-s secundo loco positum, primo p. 60, 23): CIC. orat. 59 nulla ..., nullae .., non ..., trunco -s toto se ipse moderans. epist. 12, 30, 1 quid mi iucundius ...? illud -s mihi solet esse molestum eqs. Att. 3, 12, 3 nec est, quod scribam. vestra -s exspecto. 14, 17^{a}, 7 hortatio non est necessaria, gratulatione -s utendum est. LVCR. 3, 733 neque animae ... sollicitae volant ...; corpus enim -s ... laborat. VERG. ecl. 1, 11 non equidem invideo, miror -s. Aen. 12, 46 LIV. 40, 20, 3. 45, 38, 5 SEN. benef. 6, 31, 1. TAC. hist. 4, 8 nihil evenisse, cur ...; id -s vitandum, ne. MIN. FEL. 36, 4. ITALA Matth. 10, 6 (cod. d) ne introieritis. ite -s eqs. (δὲ μᾶλλον, Vulg. sed potius ite). CYPR. epist. 46, 2 quia nos ... ad vos venire non possumus, ut vos -s ... revertamini, ... rogamus. COMM. instr. 2, 7, 12. 2, 12, 16. MAR. VICTORIN. verb. script. 1 sed non quo deprehendas humana commenta quam -s approbes divina esse dicta. LVCIF. Athan. 1, 8$^{med.}$ CHIRON 745 nihil capiet, proiciet -s. **c** res comparata aliis modis indicatur aut certe subauditur: ENN. scaen. 164 ad vos adveniens auxilium ... peto ... si qui sapientia -s vestra mors devitari potest. namque Aesculapi liberorum saucii opplent porticus: non potest accedi. PLAVT. Merc. 987 adulescentes rei agendae isti -s solent operam dare, non senes. TER. Haut. 1036 non, si ..., ea causa -s patiar ... me infamem fieri (sc. quam si non).

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VARRO ling. 6, 34 ut . . . dicunt . . ., ab diis inferis Februarius appellatus . . ., ego -s arbitror *eqs.* 5, 11 Pythagoras . . . ait omnium rerum initia esse bina . . .; quadripertitio -s sic apparebit. CIC. Flacc. 71 mallem et -s erat tuum . . . hic . . . *agrum* paravisses. Att. 5, 20, 2 Parthos ab illo aditu Cappadociae longe abesse, Ciliciae -s imminere. LVCR. 3, 819 quod si forte ideo -s immortalis habendast. PROP. 1, 4, 4 (*v. Rothst. ad l.*). OV. fast. 6, 632 hic . . . forma . . . aut fuit aut visa est: sed fuit illa -s. LIV. 1, 44, 4 est autem (*pomerium*) -s circamoerium *sc. quam postmoerium* (*cf.* VLP. dig. 50, 16, 198 -s haec *aedificia* non sunt urbana). CALP. ecl. 6, 66. BVC. Eins. 2, 2 cura dapes sequitur, -s inter pocula surgit. VAL. FL. 1, 74. STAT. Theb. 4, 543 Ach. 1, 141. SIL. 9, 149 cur trepidas? da . . . -s iungere pectus (*cf.* SCHOL. Iuv. 8, 96). TERT. paenit. 9, 6 cum igitur provolvit hominem, -s relevat; cum squalidum facit, -s mundatum reddit; cum accusat, excusat. anim. 32[in.] thamnus et piscis fui . . .; cur non -s et pepo . . .? ITALA Ioh. 4, 10 (codd. b l q) si scires . . ., tu -s petisses (*ἂν ᾔτησας, codd. a d e, Vulg. om.*). CYPR. ad Donat. 12 epist. 16, 2[in.] AVR. VICT. Caes. 13, 9. AMM. 15, 9, 6 aiunt quidam . . .; regionum autem incolae -s . . . adseverant (SCHOL. Hor. carm. 1, 2, 20 sed . . . -s). AMBR. bon. mort. 6, 22[in.] HIER. epist. 53, 3, 7 senes . . . interrogans -s docet, dum prudenter interrogat. VVLG. eccles. 11, 6 quid -s oriatur, hoc aut illud. AVG. civ. 3, 15 p. 116, 23 D. quasi vero, si . . ., non -s . . . credi deberet. SEDVL. carm. pasch. 1, 350 (= op. pasch. 1, 30[extr.]) grandia posco quidem, sed -s offendit, quisquis sperando tepescit. CASSIOD. hist. 7, 22 p. 1043[A] dum hoc submurmurant, in semetipsos -s retorquent culpam. VEN. FORT. carm. 2, 8, 34. 8, 9, 8. *nota abundantiam*: TER. MAVR. 164 digammos, quae de numero sit -s una consonantum, vocalis in istum -e quam versa sit usum. AVELL. p. 6, 16 hoc cum -s . . . iuvare . . . deberet ecclesiam, -s affligit. *negative vi auctiore fere i. q. nihilo potius, minime* (*cf. p. 67, 1*): PLAVT. Bacch. 959 signum . . . iam abstuli. iam duo restabant fata tunc nec -s id ceperam oppidum. LEX agr. (CIL I[2] 585) 100 nei -s solutei sunto (*cf.* CIC. leg. 3, 11. LEX Malac. [CIL II 1964] 3, 56 ne -s ob eam rem patronus esto). CVRT. 4, 6, 6 nec magnam rem -s (magi *Rutgers, Hedicke*) sustineri posse credunt ab eo, cui tacere grave sit (*fere i. q. 'multoque minus'*). *cf.* CIC. Caecin. 35 iniuriarum . . . condemnaris licet; numquid -s possidebis? (*sim.*: Att. 8, 2, 2 qui -s effugias eos . . .?). -s *ponitur in enuntiatis secundariis*: cum -s (*cf. l. 29*): TERT. adv. Prax. 5 sermonem *dicunt* in primordio apud deum fuisse, cum -s rationem competat. CYPR. epist. 33, 1[extr.] *non* oportet eos . . . ecclesiae nomine litteras facere, cum se -s sciant ecclesiae scribere. 52, 2[in.] 55, 13[in.] Fort. 7 laps. 8 mort. 5[in.] LAMPR. Heliog. 14, 1 PALLAD. 1, 6, 4 PRISCILL. tract. 3, 68 p. 53, 1 HIER. Victorin. Petav. in apoc. 4, 1 p. 45, 18 BOETH. cons. 4, 4, 38 W. *in enunt. rel.*: SEN. benef. 2, 11, 3 quidam-reiciunt, quae -s ad se volunt adtrahere. TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 589, 21 *non licet* consilia nosse *domini* apostatis angelis . . ., quos -s extraneos fuisse contenderim . . . ab omni conscientia dispositionum creatoris. CYPR. epist. 7[in.] ne . . . simus auctores rumpendae pacis, qui nos -s quieti omnium consulere debemus. COMM. apol. 480 AMBR. epist. 6, 9. 58, 15 HIER. epist. 34, 3, 2 PELAG. in Phil. 1, 28 p. 394, 17 S. AVG. civ. 21, 4 p. 493, 24 D. ORIBAS. syn. 6, 3, 2 de qua re -s neque declinationem oportit sperare (*πολὺ μᾶλλον οὐδέ*). VEN. FORT. carm. 1, 15, 22. 4, 14, 3 CE 556, 3.

2 *pertinet ad facilitatem, convenientiam, voluntatem*: **a** *fere i. q. facilius, rectius, aptius* (*cf. p. 64, 50*): PLAVT. Poen. 1264 vix hoc videmur credere. :: -s qui credatis dicam Truc. 732 non ego nunc intro ad vos mittar? :: quidum quam miles -s? (TER. Eun. 36 si . . . *hoc* non licet, qui -s licet *illud*? [TREBON. Cic. epist. 12, 16, 3]. CIC. div. 2, 62 Att. 7, 7, 4 LVCR. 1, 765 TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 19). TER. Andr. 774 'si . . ., non dabit': tanto hercle -s dabit. VARRO ling. 10, 60. CIC. inv. 2, 100 exemplis uti . . ., quibus in simili excusatione non sit ignotum, et contentione, -s illis ignoscendum fuisse. Mur. 66. Sulla 48 'non debes tu . . . defendere.' immo nemo -s . . . quam *ego*. Mil. 92 haud scio an multo etiam sit adiuvandus -s. LIV. 30, 30, 7 SEN. benef. 2, 21, 1 ASCON. Pis. p. 11, 14 St. PLIN. nat. 11, 6 cur -s possint non (*hoc*) . . . quam *illud*. VLP. dig. 6, 2, 9, 4 APVL. met. 3, 22. TERT. anim. 44 omnia -s coniectes quam *eqs.* pudic. 10, 7 (*syn.* citius). ITALA I Cor. 9, 12 (Tert. pudic. 14, 11) si alii . . ., non -s (*cf. supra l. 22*) nos? (*μᾶλλον, Vulg.* potius). AMM. 22, 12, 2. **b** *fere i. q. libentius*: PLAVT. Capt. 180 placet (CATO agr. 1, 1 CIC. Verr. II 1, 99 Mur. 44 [*ibid. bis* potius]. *al.* LIV. 9, 32, 3 celeriora quam tutiora consilia. ICT. *al.*). Poen. 1264 *v. supra l. 55*. Pseud. 656 opinari (TER. Phorm. 878 credere [CIC. Scaur. 10 LIV. 5, 46, 10 *al.*]. Haut. 889 putare [CIC. Att. 10, 8, 2 OV. trist. 3, 11, 34 ICT.]. CIC. epist. 9, 7, 2 arbitrari [TAC. dial. 11 VLP. dig. 18, 3, 4, 4 *al.*]). VARRO ling. 10, 56 potius proficisci oportet ab *his* . . .; haec tria, quae sequenda -s sunt (CVRT. 7, 8, 24 PORPH. Hor. sat. 1, 2, 86 utilitatem quam speciem *sectari*. AMM. 26, 9, 5). CIC. Tull. 51 ignoscere (SEN. dial. 5, 43, 4). Verr. II 4, 122 nihil . . . quod -s visendum putaretur. Planc. 13 sin, quod -s intellego, temporibus te aliis reservasti. LVCR. 1, 701 VERG. Aen. 4, 452. LIV. 5, 4, 9 quanto tandem . . . favere vos -s et . . . indulgere potius . . . oportuit? (CALP. ecl. 4, 76 TERT. resurr. 43 CYPR. ad Donat. 15). GRATT. 421. SEN. contr. 7, 2 (17), 11 tanto. SEN. Tro. 1143. COLVM. 6, 27, 2 eligere. LVCAN. 8, 116 STAT. Theb. 7, 97 QVINT. inst. 10, 1, 91

IVV. 1, 52 SVET. Aug. 31, 2 GELL. 12, 13, 4 FRONTO p. 41, 16 N. ITALA Rom. 1, 25 (Iren. 4, 33, 1) creaturae -s quam creatori servientes (*παρὰ τὸν κτίσαντα, Vulg.* potius). CYPR. epist. 27, 1[extr.] LAMPR. Alex. 30, 2 AMBR. Hel. 2, 2. AVG. civ. 12, 22[in.] solivagas id est quae solitudinem -s adpetant. COD. Theod. 12, 18, 1 ne vacuatis urbibus ad agros -s migrent. SIDON. carm. 23, 209 pro fluctu -e litteras bibisti. *nota i. q. gratius, acceptius?*: LAMPR. Heliog. 12, 4 nec quisquam ei -s (*an i. saepius?*) poculum . . . dabat (*cf. p. 72, 6*).

3 *abundare fere videtur*: CYPR. Fort. 10 p. 332, 15. epist. 63, 12 quod ad nuptias Christi et ecclesiae Iudaeis cessantibus plebs -s gentium conflueret. *al. cf. l. 5 sq. p. 59, 14. 26. 67, 65. 76. 68, 54. antecedentibus comparativis*: PAPIN. dig. 48, 5, 12 (11), 3 maluit . . . desistere et . . . -s petere (VLP. dig. 17, 2, 52, 10 GELL. 2, 23, 13. IVL. VAL. 1, 47 [*Ps. Callisth. 1, 42 βούλομαι*]. *al.*). PS. QVINT. decl. 9, 21 si me . . . redemisset, beneficium tamen potius dicerem (et *add. Dess., Lehn.*) -s aestimandum esse quam pretium ([MARCELL. dig. 8, 5, 11 et -s dici potest prohibendi p. quam faciendi esse ius socio]. ITALA Ioh. 3, 19 [Optat. app. 1 p. 191, 24] p. [*om. Vulg.*] dilexerunt homines tenebras -s quam lucem [*μᾶλλον*]. AVG. civ. 4, 31 p. 185, 28 D. 9, 18 p. 394, 5. VEN. FORT. expos. orat. 1. *aliter p. 53, 83*). SIDON. epist. 7, 13, 3 gratius habet, si . . . debeatur -e quam rependatur.

B *fere vice particulae adversativae i. q. sed, tamen, autem*: **1** *antecedente negatione* (*-s primo loco positum; secundo p. 58, 64*): PLAVT. Bacch. 130 non omnis aetas, Lyde, ludo (*sc. litterario*) convenit. -s unum in mentemst mihi nunc, . . . ut . . . haec concuret cocus (*alteram rem omittens ad alteram transit*). TER. Haut. 895 nil prorsum *oblocutus est*. -s unum etiam instare, ut hodie conficiantur nuptiae. CIC. de orat. 2, 253 non saepe magnum risum movent, -s ut belle . . . dicta laudantur. CATVLL. 68, 30 id . . . non est turpe, -s miserum est. SALL. Iug. 85, 49 neque quisquam parens liberis, uti aeterni forent, optavit, -s uti boni . . . vitam exigerent. 92, 6 ipse ab nullo repetere, -s id laborare, ut illi quam plurumi deberent. or. Macri 17 neque ego vos ultum iniurias hortor, -s uti requiem cupiatis. PS. SALL. rep. 1, 8, 9 quibus me subiectum haud paenitet, -s reticuisse pigeret. PROP. 2, 4, 9 quem non lucra, -s Pero formosa coegit. SEN. suas. 5, 2 non denuntiaret, si venturus esset . . .; -s superveniret improvidis. QVINT. inst. 11, 2, 5 *non* ero tam credulus, ut . . .; -s admirari naturam subit. decl. 364 p. 396, 14 nihil tale suspicatum, -s insanire credentem. IVLIAN. dig. 47, 12, 16 non ad rem familiarem eiusdem, -s ad ultionem pertinet. CYPR. eleem. 9 VEG. mil. 2, 20 AMBR. Nab. 14, 58 HIER. epist. 51, 8, 1 PS. AVG. serm. 52, 4 SIDON. carm. 15, 187. *nota* (*cf. infra l. 68*): AVG. civ. 15, 23 p. 112, 12 D. neque . . . omnes gigantes, sed -s multi utique. ORIBAS. syn. 1, 6, 13 *hoc* non laudo, sed -s . . . hortor (*ἀλλά*).

2 *non antecedente negatione*: VARRO frg. Gell. 17, 3, 4 hi plerasque naves loris suebant, Graeci -s cannabo. QVINT. inst. 11, 3, 162 *prooemium* gestus modestus . . . decebit. narratio -s prolatam manum . . . postulabit. TERT. adv. Val. 23 subest . . . demiurgus in hebdomade sua. -s diabolus in isto nobiscum convenit mundo. (*Iren. 1, 5, 4* vero [*δέ*]). AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 139, 5 ecce sanus est, . . . ego -s . . . aegroto. MAR. VICTOR aleth. 2, 216 *Abel sacrificat* frugibus . . ., niveo -s *Cain* litat agno. GRILL. rhet. p. 22, 23 M. illi . . ., iste -s. VEN. FORT. carm. 1, 3, 10 ille . . ., tu -s. PASS. Thom. p. 155, 16 dicis mihi, ut . . .; ego -s dicam *eqs.* CANDID. gen. div. 8 est ista duo idem accipere, voluntatem et actionem, -s in deo. AMBR. Ioseph 3, 9[extr.] a patre est missus ad fratres, ab illo -s patre, qui filio proprio non pepercit. AVG. civ. 22, 8 p. 571, 25 D. cum . . . in somnis . . . *a daemonibus* baptizari . . . prohibitus fuisset eisque non obtemperans . . . in dolorem acerrimum . . . isset -sque (*i. et tamen*) eos vincens . . . non distulisset *baptizari*. serm. coll. Morin 1930 p. 152, 16 iam in fornace es . . .; -s te ibi esse necesse est. 153, 11 misericors est; -s si dimiserit nos fluere, tunc male irascitur nobis. ORIBAS. syn. 5, 46, 7 p. 82 *rec. La* cito nascuntur (*capilli*) crispi, -s (et *rec. A b*) calvi fiunt cito (*δέ*). DRAC. laud. dei 1, 558 vita gravis hominum subciditur, quae recidiva -s conversis corde resurgit. VEN. FORT. carm. 7, 12, 69 credideram . . .: heu -s . . . vota in contraria currunt. RVSTIC. c. aceph. p. 1213[B] (*in altercatione*:) -s non advertis, quae dicta sunt. -s *quasi abundanter coniungitur cum* sed (*cf. l. 43; aliter v. p. 68, 1*): CYPR. hab. virg. 11 p. 195, 12 possessiones tibi, sed caelestes -s conpara. AVG. catech. rud. 18, 30[in.] praesciebat deus eos transgressuros. sed tamen . . . -s eos fecit . . . et praeceptum, quod non erant servaturi, -s dedit. VEN. FORT. carm. 4, 9, 14 cunctis minor esse volebat; sed -s his meritis et sibi maior erat. INSCR. christ. Diehl 3441, 6 officio dominus, sed -e mente pater. *sim.*: TERT. adv. Val. 34 alii . . ., alii contra -s (*Iren. 1, 11, 5* autem [*δέ*]). *nota i. q. immo*: AVG. epist. 102, 7 cum medicus vulnera curare ita *vellet*, ut cicatrices nullae apparerent, ipse *dixit* sic se velle sanari, ut -s essent in corpore vestigia vulnerum. PS. AVG. quaest. test. I 104, 4 rixa, -s bellum imminebat.

iuncturae, structurae, stilistica (*potissimum ad I A. cancellis inclusa sunt nomina eorum auctorum apud quos quaeque primos leguntur*): **I** *c. adi. et adv.* (*adiunxi singularia exempla -s coni. c. subst. vel pron. [p. 61, 53] et adverbialia quaedam [p. 61, 68]*): **A** *c. positivo* (*alio sensu v. p. 58, 32 et 57, 13. 47*): DON.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER. Eun. 227 animadverte ut amet Terentius -s addere positivo quam comparativum facere. *cf.* 114. 935. SERV. Aen. 4, 31 antiqui frequenter pro comparativo iungebant particulam -s (*cf. Wölfflin, Ausgew. Schr. 151 sqq. Schmalz-Hofmann*[5] *463*): **1** *causa compar. per -s et pos. formati in ipsis adi. est posita:* **a** *propter formam:* *α in adi., quae desinunt in* -eus, -ius, -uus. *β in adi., quae desinunt in* -rus, -er, -ris: (I) decorus (*v. vol. V 1, 213, 74*), mirus (PLAVT.), verus (PLAVT., TER.), carus (LVCR., *poet. dact.*), clarus (SALL.), durus (OV., STAT.), gnarus (TAC.); *rariora:* purus, dirus, serus, ignarus, canorus, severus, saporus. (II) miser (PLAVT.), asper (LVCR.), prosper, celeber (LIV.), liber (SEN. rhet.); *rariora:* pulcher, aeger, piger, tener, sacer, niger. (III) popularis (CIC.), familiaris (RVT. LVP.); *rariora:* vulgaris, illustris, putris, militaris, silvestris, hilaris. *γ in multisyllabis (singulis locis): in* -osus: obnoxiosus, suspiciosus, fructuosus, laboriosus, periculosus *al. praeterea:* diuturnus, meridianus, anceps, praeceps, rationabilis, paralyticus, multipliciter. *cf. adi. verb. ut* mirabilis *infra l. 24.* *δ in adi. comp. anomalae:* PLAVT. Pseud. 938 -s malum et ⟨-s⟩ maleficum. LVCR. 2, 385 -s e parvis (3, 244). LIV. frg. 1 -sque in proelio quam bello bonus (TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 350, 7 tanto. VVLG. Tob. 12, 8 Os. 2, 7 Marc. 9, 42 [καλὸν . . . μᾶλλον]. I Cor. 9, 15 [μᾶλλον καλόν]. VITAE patr. 5, 15, 20). VVLG. Is. 54, 1 multi filii desertae -s quam eius, quae habet virum (IV Esdr. 8, 2 terram multam -s . . ., parvum autem pulverem).

b *propter rem:* *α in adi. verbalibus sim.:* (I) mirabilis (LVCR.), miserabilis (LIV.), admirabilis (SEN. phil.), credibilis, nobilis (QVINT.); *fere singulis locis:* aequiparabilis, conducibilis, excruciabilis, impetrabilis, utibilis (PLAVT.), laudabilis, terribilis, placabilis *al.* (II) difficilis (RHET. Her., BOETH.), utilis (CIC.), facilis (LVCR.); *rariora:* flexilis, debilis. (III) furax, vorax, minax, capax, fallax, audax *al.* (*fere singulis locis*). (IV) cupidus (CATO), umidus (CELS.), avidus (PLIN. nat.); *rariora:* di-, perlucidus, pallidus, candidus, turbidus, vividus. (V) amicus, inimicus (PLAVT.); *rariora:* benevolus, suspiciosus, patulus, ridiculus, indigus, opifex, pestifer, mortifer, monstrificus, munificus, iracundus. *β in partic.:* *praes.:* continens, lubens (PLAVT.), abundans (CIC.); *sing. locis:* laetans, sapiens, congruens, festinans, florens, praesens, nocenter, inpatiens *al.* *perf.: vi adi. fungentibus:* argutus, versutus (PLAVT.), apertus (TER.), notus, aptus (CIC.), altus, certus (LVCR.), beatus (HOR.), invisus (LIV.), tutus (SEN. phil.), falsus (QVINT.) *aliis:* exercitus (PLAVT.), accommodatus, sollicitus (CIC.), paratus (SALL.). *al.* *gerund.:* *ex. gr.* LIV. 23, 2, 6 maiorem multo rem -sque timendam. QVINT. inst. 2, 15, 2 a maiore ac -s expetenda vitae laude. *γ in quibus propter notionem adiectivi gradus comp. adhiberi non solet:* *in adi. c.* in- *privativo compositis* (*plerumque singulis aut binis locis*): PLAVT. Poen. 276 quid habetis, qui -e immortales vos credam esse quam ego siem? *sic* inmutabilis (CIC.), incautus, implacabilis, immodicus, infamis (LIV.), ignotus, ineptus (SEN. rhet.), informis, impatiens (LVCAN.), intolerabilis (IVV.), invitus (PLIN. epist.), inconveniens (APVL.), imperitus (TERT.). *in adi. simpl.:* PLAVT. Men. 9 quo illud vobis graecum videatur -s. *sic* Atticus (CIC.), Romanus (LIV.); par, solus, unicus (PLAVT.); princeps (TER.); sanus, mutus (CIC.); albus (HOR.), rutilus, rufus (PLIN. nat.); conpos, praesens (LIV.); totus, novus, publicus; mortuus. *adiungi possunt exempla, quibus -s coni. c. subst. tamquam c. adi.* (*cf. p. 73, 1. aliter p. 56, 22 sqq.*): PLAVT. Pseud. 136 homines -s asinos numquam vidi. Aul. 562 -s curionem (*v. vol. IV 1489, 55*). CIC. Verr. II 2, 192 homo . . . ignavior, -s vir inter mulieres, impura inter viros muliercula. Mil. 17 parricida. MART. 10, 8, 2 anus. IREN. 2, 1, 2 quod maius est . . . et -s dominus. VVLG. sap. 8, 6 artifex (μᾶλλον). *sim. c. pron.* (*aliter v. p. 53, 72. 59, 4*): PLAVT. Mil. 529 similiorem mulierem -sque eandem (*v. vol. VII 1, 185, 5*). *notabiliora adv.:* VARRO ling. 9, 73 in tempore vere -s et minus esse non potest . . . sed '-s mane surgere' tamen dicitur qui primo mane surgit quam qui non primo (*de restituendo textu cf. Goetz-Schoell in adn. p. 287*). CIC. Sulla 48 necesse. CATVLL. 61, 178 penite. LVCR. 3, 274 infra. 4, 253 quanto . . ., tam procul . . . -s. 4, 81 quanto circum -e sunt . . ., tam -s. LIV. 21, 8, 9 quo acrius et confertim -s. CELS. 7, 26, 2[L] intus -s. *addo adverbialia quaedam:* *abl.:* PLAVT. Mil. 539 -s facete et -s miris modis. CIC. Cael. 7 fortius et -s more nostro. 65 tempore. LVCR. 5, 1147 quo -s . . . sponte sua. *c. praep.:* a: CIC. Lael. 26 pulchrior et -s a natura ipsa profecta. QVINT. inst. 2, 5, 19 a pueris. ad: CIC. Att. 13, 1, 1 neque severius . . . nec -s quam quem ad modum ego maxime vellem. contra: CIC. off. 3, 21 c. naturam (3, 28). de: CIC. off. 1, 108 maior (*lepos*) -sque de industria. ex: PLAVT. Capt. 347 ex sententia (LIV. 23, 11, 2). Trin. 707 hic agit -s ex argumento et versus melioris facit. TER. Andr. 954 *negotium* habet aliud -s ex sese et maius. Eun. 1077 -s opportunus nec -s ex usu tuo nemost (TAC. ann. 12, 48). CIC. Att. 16, 16, 9 maiore studio -sve ex animo. ad Q. fr. 2, 14, 3 e re tua (LIV. 26, 16, 4 e re p. [42, 26, 1]). LIV. 21, 19, 1 ex dignitate (31, 15, 1). 39, 47, 8 neque rectius nec -s quod ex voluntate senatus esset. PLIN. nat. 7, 56 ex fortuna sua. PLIN. epist. 9, 14, 1 ex fide. in: PLAVT. Persa 342 in ventris rem (Rud. 220 melius . . . -s in rem. Trin. 748 TER. Hec. 249). LVCR. 1, 879 in promptu. 5, 1273 in pretio. SALL. Catil. 5, 3 in aperto ([TAC. Agr. 1]. LIV. 26, 37, 1 in ancipiti. CELS. 8, 4, 1 in angusto. TAC. Agr. 5 exercitatior -sque in ambiguo. ann. 1, 72, 1 in lubrico. TERT. monog. 3 in collecto). COLVM. 4, 29, 7 in consuetudine. 10 praef. 3 in usu (GAIVS dig. 35, 2, 73, 2). TAC. hist. 2, 78 in ore vulgi. ann. 3, 29, 2 in oculis. 3, 41, 2 in tempore. intra: SALL. Iug. 18, 5 i. Oceanum. per: PLAVT. Men. 139 p. tempus. pro: VELL. 1, 13, 5 p. re p. QVINT. inst. 4, 2, 7 p. adversario. propter: LVCR. 5, 623 quanto quaeque -s sint terram sidera propter. secundum: CIC. off. 3, 25 s. naturam (QVINT. inst. 4, 1, 63. 7, 9, 15). *δ apud poetas dactylicos propter metrum e. g.* solidus, facilis, tener; acutus, secretus, diuturnus *al.*

2 *usus liberior* (*composui voces secundum numerum syllabarum comparativi, exitum stirpium, accentum*): **a** *exempla adi.* (*adv.*) *electa* (*stellula* * *insignivi eos locos, quibus iunguntur comp. in* -ior *et comp. per -s formati ut* LIV. 21, 59, 7* -s . . . saeva aut . . . clarior; *cetera v. infra l. 61*): PLAVT. Merc. 898 neque est quoi -s me velle melius aequom siet (LVCR. 5, 1089 SER. SAMM. 224). Poen. 1194 stultus. SVLLA hist. 3 dignus (TREBON. Cic. epist. 12, 16, 3 OV. epist. 17, 168 VITR. 9 praef. 1 PETRON. 45, 8 MART. 5, 19, 3. 10, 13 [20], 6* QVINT. decl. 278 p. 134, 25 PLIN. paneg. 84, 7. 88, 3 ENNOD. dict. 1, 14 ACT. Archel. 18, 3 CIL XIII 3162 II 19). RHET. Her. 2, 4, 7 firmus. PVBLIL. M 15 fidus (*v. vol. VI 703, 45*). VERG. georg. 2, 229 densus. PROP. 3, 5, 48 grata (*praeter poetas* TERT. uxor. 2, 2). OV. epist. 19, 102 saevus (LIV. 21, 59, 7* VAL. FL. 2, 398). Pont. 4, 9, 33 plenus (MART. 8, 33, 14 SCHOL. Cic. Bob. p. 96, 29 St. PAVL. PELL. 537). GERM. frg. 4, 1 laetus (MELA 1, 61* AMM. 16, 11, 1*). MELA 3, 74* longus (HIL. Macc. 214*). STAT. Theb. 6, 162 blandus. QVINT. inst. 11, 3, 160 torvus. TAC. hist. 1, 3* iustus (SALV. gub. 3, 36* FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 12 p. 162[B]). PLAVT. Persa 764 dulcis (*v. vol. V 1, 2197, 1*). Most. 197 saepe. MART. 6, 90, 2 turpe (IVV. 6, 188 PAVL. PETRIC. Mart. 4, 630). AVSON. 192, 15* comis. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 296 trux. PLAVT. Bacch. 1174 tranquillus (LIV. 6, 34, 1 FLOR. epit. 3, 10, 19). Poen. 752 benigne. TER. Hec. 159 maligna. 553 humanus. VARRO ling. 5, 109 iucundus. rust. 1, 54, 1 apricus. CIC. Mil. 99 divinus (SEN. epist. 120, 14). LVCR. 1, 575 condenso. 6, 459 vicina (MANIL. 2, 355 CELS. 2, 1, 11 PAVL. PELL. 606). SALL. Iug. 31, 18 indignus. Ov. met. 11, 218 superbus (FVLG. RVSP. epist. 17, 33). SEN. Herc. f. 923* opimus. COLVM. 9, 10, 1* oblongus. TAC. ann. 1, 67, 2* profundus. PLAVT. Asin. 573 fidelis. VERG. ecl. 8, 49 crudelis (CVLEX 292 SEN. contr. exc. 8, 4). CELS. 2, 8, 40* senilis. 7, 26, 1[B] virilis (QVINT. inst. 9, 4, 3 TERT. pall. 5). QVINT. decl. 271 p. 110, 14 civilis. CIC. epist. 4, 9, 2 communis (CELS. 5, 17, 1[B] QVINT. inst. 8, 2, 24* decl. 349 p. 374, 27). AETNA 253 adfinis (TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 574, 15 resurr. 32). LIV. 34, 2, 6 deformis (38, 52, 11 QVINT. inst. 9, 4, 15 OROS. hist. 4, 23, 3). 6, 16, 8 insignis (*q. v.*). SEN. contr. 1, 6, 7 dives (AMBR. epist. 76, 7 AVG. civ. 7, 12[med.]). COLVM. 11, 3, 56 frequenter (PS. APVL. Ascl. 36). MELA 3, 40* pernix. PLIN. paneg. 4, 2 sollemnis (IVST. 5, 1, 1). LACT. inst. 7, 12, 22 inanis. OPT. PORF. carm. 14, 18 felix (AVSON 417, 44). VICT. VIT. 1, 49 velociter. RVSTIC. c. aceph. p. 1232[A] veraciter. PLAVT. Amph. 601 similis (*q. v.*). LIV. 22, 4, 6 subita . . . res. PLIN. nat. 27, 15* improba. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 26* sapientem. AVIEN. orb. terr. 1000 locuples. PLAVT. Most. 574 opportunus (TER. Eun. 1077 VARRO rust. 1, 2, 4 CIC. Brut. 333 TAC. ann. 4, 60, 3 AMM. 19, 12, 8). Men. 594 manufestus (SALL. Iug. 33, 4 QVINT. inst. 5, 13, 23 CYPR. epist. 63, 8). TAC. ann. 6, 49, 2 imbecillus. CELS. 3, 6, 14 liberalis (5, 28, 4[D] AVSON. 192, 15). 5, 26, 27[B] naturalis (*q. v.*). 1 prooem. 62 rationalis. SEN. epist. 58, 13 principalis. PLIN. nat. 10, 198 exitialis. QVINT. inst. 7, 2, 39 generalis. *cf.* 8, 3, 16 vocalia (TERT. spect. 30). TERT. coron. 1[extr.] localis. MVTIAN. Chrysost. hom. 7, 4 p. 290[in.] regalis (*p. 66* βασιλικώτερος).

b *praeter exempla notata (cf. supra l. 14) iunguntur comp. in* -ior *et comp. per -s formati his locis:* PLAVT. Mil. 660 Trin. 200 VARRO rust. 2, 9, 10 CIC. fin. 5, 37 Brut. 82 LVCR. 1, 730. 3, 396. 4, 318 CAES. Gall. 6, 26, 1 SALL. Iug. 89, 3 rep. 2, 7, 6 NEP. Iph. 2, 1 Ov. rem. 669 hal. 55 LIV. 3, 48, 8. 23, 4, 3. 24, 34, 8. 25, 16, 2. 32, 28, 6 VAL. MAX. 6, 9, 4 MELA 1, 30. 3, 49 COLVM. 5, 6, 24. 7, 11, 1 PLIN. nat. 8, 26. 10, 17. 13, 111. 16, 46. 231. 25, 124. 27, 26. 33, 58. 37, 152 QVINT. inst. 1, 6, 22. 2, 5, 6. 2, 10, 9. 3, 7, 19. 4, 1, 79. 8, 3, 24. 9, 3, 54. 9, 4, 83. 10, 1, 44. 74. 77. 94. 11, 2, 41 TAC. dial. 18[med.] ann. 2, 39, 2. 15, 56 FLOR. epit. 3, 2, 1. 4, 12, 47 LACT. inst. 5, 10, 11 LAMPR. Heliog. 23, 5 PRVD. cath. 4, 94 AVG. civ. 5, 19 p. 230, 14 D. 14, 3 p. 8, 24. 21, 6 p. 499, 25 SALV. gub. 7, 92 PAVL. PELL. 58.

B *c. comp.* (*cf. p. 57, 35. 56. 58, 7. 19*): AVG. loc. hept. 4, 37 p. 587, 1 'quoniam fortior nobis est -s' (*num. 13, 32*). usitata esset locutio, si non haberet -s. DON. gramm. IV 363, 3 -s doctius . . . non dicimus (*sim.* 375, 1 [*v. p. 73, 47*] CLEDON. gramm. V 21, 12. 38, 13. 39, 6. 156, 2 GRAMM. suppl. 79, 23. *sed* GRAMM. suppl. 77, 6 non solum positivo, sed etiam comparativo iungitur et vicem superlativi complet, ut '-s doctior' pro 'doctissimus'). *cf. Wölfflin, Ausgew. Schr. 162, Schmalz-Hofmann*[5] *464, Löfstedt, Synt. II 200 sqq.* **1** *c. comp. anomalis:* PLAVT. Men. 55 (= Poen. 82) nisi qui argentum dederit, nugas egerit; qui dederit, -s maiores (*i. etiam m.*) nugas egerit (Amph. 301 [*v. Norden, RhM. 49, 1894, 201, at cf. Leo ad l.*]. VICT. VIT. 3, 59). ITALA deut. 9, 14 (Lugd., Monac.) faciam te in gentem . . . maiorem -s (*om. Vulg.*) quam haec est (πολὺ μᾶλλον). 11, 23 (Lugd.) gentium maiorum et fortuna-

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tiorum -s quam vos (μεγάλα καὶ ἰσχυρὰ μᾶλλον, *Vulg.* maiores et fortiores). CYPR. patient. 1 p. 397, 10 quid -s sit vel utilius ... vel maius. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 1 p. 238$^{in.}$ (*p. 13* μᾶλλον). VEN. FORT. carm. 4, 9, 14. PLAVT. Poen. 212 nullae -s (*i. potius; cf l. 28*) res duae p l u s negoti habent. GAIVS inst. 4, 4 quo -s pluribus actionibus teneantur. ITALA Marc. 14, 31 (cod. k) plura loquebatur -s (ἐκπερισσῶς, *Vulg.* amplius). VVLG. Matth. 6, 26 nonne vos -s pluris estis illis? (Luc. 12, 24). Marc. 7, 36 *v. p. 65, 63.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 197, 8 BOETH. herm. pr. 2, 10 p. 139, 2 = sec. 4, 10 p. 310, 26 (*20 a 1* πλείους). cons. 3, 4, 9 W. eo abiectior est, quo -s (*cf. l. 5. 11*) a pluribus quisque contemnitur. *alia v. p. 68, 65 sqq.* VITR. 7, 10, 4 q u o -s (*cf. l. 10. 23. 24*) ex m e l i o r e vino parabitur (LACT. opif. 3, 20 quanto -s melius et sanius. VVLG. Matth. 12, 12 quanto -s melior est homo ove [πόσῳ ... διαφέρει]. Phil. 1, 23 *v. p. 64, 27*). AMBROSIAST. in Phil. 1, 22. *ad p. 58, 22 pertinere possunt*: VLP. dig. 34, 4, 3, 9 melius est sensum -s quam verba amplecti. TERT. pall. 5 vita meliore -s in secessu fruare quam in promptu. ARNOB. nat. 2, 55 p. 91, 9 *v. p. 68, 33.* MAX. TAVR. c. pag. (Journ. Theol. Stud. 1916) p. 326, 183 -s tacere esse melius quam impudentius memorare. BOETH. cons. 2, 5, 4 W. effundendo -s quam coacervando melius nitent. CLAVD. DON. Aen. 4, 625 quod est absurdum; ..-s est melius sic intellegere, ut *eqs.* ITALA Matth. 12, 45 (codd. a b) p e i o r a -s (χείρονα, *Vulg.* peiora). HIER. hom. Orig. in Ier. 14 p. 691^B quanto -s nos ... peiora patiemur. VVLG. Hebr. 10, 29 quanto -s ... d e t e r i o r a (πόσῳ ... χείρονος). *paulo aliter*: VARRO rust. 1, 6, 6 eo -s si ..., eo deterior, quod *eqs.* CHIRON 196 morbus i n t e r i u s -s fugit (*Veg. mulom. 1, 16, 1* intrinsecus). VEN. FORT. carm. 7, 11, 7 nunc -s inde minus capio, quia diligo maius (*i. -s*).

2 *c. a l i i s comp.*: (-s *est i. q. potius*: PLAVT. Bacch. 500 inimiciorem nunc utrum credam -s, sodalemne esse an Bacchidem. Stich. 485 apertiore -s via [*cf. Norden l. c. p. 200*]. CYPR. epist. 39, 3$^{extr.}$ quem beatiorem -s dicam. *al. cf. supra l. 4. 15*): **a** *iuncturae quaedam notabiliores*: PLAVT. Poen. 461 contentiores -e erunt atque avidi m i n u s. Aul. 422 fustibus sum mollior -s quam ullus cinaedus. Capt. 644 nihil ... invenies -s hoc certo certius. Men. 978 -s m u l t o patior facilius verba, verbera ego odi (CASSIOD. var. 8, 19, 6 m. -s praestantior. *cf.* BOETH. cons. 5 carm. 4, 26 -s longe ... potentior). TER. Hec. 738 q u o -s ... cautius .. adcuro (CYPR. GALL. gen. 1126 quoque -s ... conspectior esset. PS. CATO dist. 4, 42 quo sis -e carior. SCHOL. Cic. Bob. p. 128, 4 St. quo -s ... vendibilior videretur. PS. ORIG. in Iob 3 p. 501^C ALC. AVIT. carm. 1, 69 BOETH. cons. 1, 4, 15 W. *cf. etiam supra l. 5. 10. 11. 23*). APVL. met. 9, 36 e o -s inritatiores (CLAVD. 28, 299 h o c -s ... succinctior). LACT. opif. 1, 2 q u a n t o -s in his ... docilior esse debebis? ([PELAG. in I Cor. 7, 31 impensius. SACR. Leon. 425]. PS. AVG. quaest. test. I 1, 7 quanto minora sunt, t a n t o -s subtiliora [122, 14 MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 5 p. 252]. 32, 2 quanto in mundo contemptibiles sunt, tanto -s honorificentiores in caelo [AMBROSIAST. in Rom. 4, 19 quanto impossibile ..., tanto -s honorabilior]. AMBROSIAST. in I Tim. 3, 3 tanto -s dignior [EPIST. pontif. 650 (*a. 494/495*) Cassiod. var. p. 389, 16 fiducialius]). **b** *usu liberiore*: *α generatim*: -s *s e q u i t u r*: LIV. 9, 7, 6 tristior ... pacis -s quam periculi nuntius fuit (*sed cf. interpret. Weissenb.*). ITALA num. 13, 32 *v. p. 62, 73.* IREN. 2, 13, 8$^{extr.}$ decentiora autem -s. SCHOL. Cic. Bob. p. 123, 32 St. opportunior ... -s caedi quam profectioni. VVLG. act. 20, 35 beatius est -s dare quam accipere (μακάριον ... μᾶλλον). II Cor. 7, 13 abundantius -s gavisi sumus (περισσοτέρως μᾶλλον). DIDASC. apost. 6, 14 acutiorem -s. PS. ORIG. in Iob 2 p. 460^A levior est -s. SEDVL. carm. pasch. 5, 347 cautius ... -s (*op. pasch. 5, 28 p. 297, 5* cautius et latenter). BOETH. cons. 3 carm. 1, 5 dulcior est apium -e labor, si *eqs.* CASSIOD. Didym. in Iac. 2, 26 p. 5, 7 Z. honorabiliorem *spiritum* corpore esse ... et opera honorabiliora -s quam fidem. -s *a n t e c e d i t*: PLAVT. Pseud. 220 num ipse ego pulmento utor -s unctiusculo? BELL. Afr. 48, 3 exspectatione ... -s suspensiore animo ... commovebatur. 54, 5 *cum* -s in seditione .. quam pudoris ... fueritis studiosiores (CASSIOD. var. 6, 19, 5 -s st.). CVLEX 79 quis -s ... est beatior quam *eqs.* (*v. Leo ad l.*). VAL. MAX. 3, 7, 1 d invidia -s quam pecunia locupletior. COLVM. 6, 37, 4 nepotibus -s quam filiis u t i l i o r (8, 5, 6. CYPR. patient. 1 *v. supra l. 2.* PALLAD. 4, 11, 7 HIER. tract. p. 374, 24). LAVS Pis. 112 -s ... pretiosius. PS. QVINT. decl. 5, 11 -s artiore complexu. PAPIN. dig. 31, 67, 8 -s ... faciliores (MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 5 p. 250$^{extr.}$ [*p. 26* μᾶλλον ἀκοπώτερον]). APVL. met. 11, 10 -s a p t i o r (AMBR. Hel. 5, 12. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 48, 16 -s ... convenientius aptiusque). TERT. resurr. 45 p. 91, 28 -s ... prius. COMM. apol. 482 -s ... plenius. VOPISC. Car. 11, 1 -s ... adcommodiora. ARNOB. nat. 1, 29 p. 19, 24 -s rectius (HIER. in Dan. 13, 8). 4, 30 -s ... ignominiosius. 1, 58$^{in.}$ -s ... fortior (ORIBAS. syn. 2 add. p. 844$^{med.}$). FIRM. math. 7, 26, 8 -s oportunius. IVST. 3, 2, 7 -s ... clarior. 12, 11, 2 -s ... gratius. PS. MAR. VICTORIN. phys. 1 -s ... audaciores. DICT. 5, 15 p. 99, 26 -s ... potiora (CASSIOD. hist. 1, 1 p. 882^D). PELAGON. 146 cepas longiores, quia sunt -s acriores. DIDASC. apost. 30, 1 de iuvenioribus qui -s iunior est. HIER. tract. p. 396, 10 -s rationabilius (PRISC. gramm. II 303, 3 -s ... r. CONC.^{S} IV 2 p. 180, 10). PS. HIER. in I Cor. argum. p. 28, 11 S. AVG. in psalm. 33 serm. 2, 23 -s ... pauciores. epist. 268, 3 -s ... dulcior. PS. AVG. quaest. test. I 14, 5 -s a m p l i u s (BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 1$^{in.}$ quod differentia continentior et -s amplior esset specie. CASSIOD. var. 6, 10, 3). DAMIG. lapid. 20. SORAN. 124 -s solidior (*gr. 19, 42, 3 p. 84, 22 J.* πηγνυμένον ... μᾶλλον). MART. CAP. 5, 539 AVELL. p. 36, 2 VICT. VIT. 2, 2 ALC. AVIT. hom. 6 p. 111, 20 BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 481, 4 -s est falsior (482, 6 -s f.). DRAC. Orest. 587 VITAE patr. 3, 13 p. 745^C CASSIOD. var. (*v. ind. s. v. comparatio*). ANTHIM. 43 -s durior. VEN. FORT. carm. (*v. ind.*). CE 2199, 5 -s crudelius. *β speciatim*: (I) *comparantur d u o compar. adi.* (*cf. p. 58, 38*): PALLAD. 1, 17, 1 longior -s quam latior. RVF. FEST. 13, 1 avarius -s quam iustius. HIER. epist. 22, 33, 1 parcior -s quam avarior (VITAE patr. 3, 219). HIPPOCR. aer. 4 p. 7, 33 Gund. mores asperiores -s quam mansuentiores (ἀγριώτερα ἢ ἡμερώτερα). PHYSIOGN. 90 color acrior -s quam pressior. 109 corpore maiore -s quam minore. ANTHIM. 33. (II) *coniung.* -s -sque *sim. c. comp.*: MELA 2, 86 -sque et -s latior. CLAVD. DON. Aen. 8, 40 -s -sque securior redditur. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 153^A ut -s ac -s planior reddatur locus. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 67 *v. p. 69, 63.*

C *c. superl.* (*cf. p. 58, 3 sqq.*): CLEDON. gramm. V 21, 12 tam et -s, istae duae particulae a positivo non recedunt: qui voluerit comparativo et superlativo iungere, vitium non vitabit. GRAMM. suppl. 79, 23 comparativo et superlativo ... adici non *debet.* TERT. nat. 2, 12, 37 litterisve vestris superioribus, sed idcirco -s p r o x i m i s quoniam *eqs.* (idol. 11 adv. Marc. 4, 19 p. 483, 17 resurr. 7 p. 36, 5 CHALC. comm. 87 p. 158, 27. PALLAD. 1, 6, 9 fructus minores ... -sque amurcae proximos [AVELL. p. 55, 21 eo perniciosior, quod ... -s p. PHYSIOGN. 81$^{in.}$ *oculos* -s glaucis p., albidiores tamen]. AVSON. 361, 20 INNOC. Aug. epist. 183, 4. *aliter v. p. 58, 57*). ITALA Phil. 1, 23 (Aug. epist. 228, 9) esse cum Christo, m u l t o -s o p t i m u m (πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, VVLG. m. -s melius). ARNOB. nat. 2, 51$^{in.}$ uter -s videtur inrisione esse dignissimus? AVG. epist. 20, 1 cumulatissime -s. PS. AVG. quaest. test. I 115, 9 hoc -s certissimum est, quia *eqs.* ORIBAS. syn. 3 p. 918, 10 -s perniciosissimae.

II *c. verb.* (*excerpsi potissima. cf. p. 55, 22 sqq.*): **A** *generatim*: **1** *a f f e c t u s*: **a** *amoris et odii*: amare (PLAVT.), diligere, favere (CIC.), odisse (SEN. rhet.). **b** *laudis et reprehensionis*: mirari (PLAVT.), admirari, suspicere (NEP.); contemnere (CIC.); laudare (RHET. Her.), probare (VARRO); reprehendere, vituperare (CIC.). **c** *gaudii et doloris*: delectare (-ari), gaudere, laetari, ridere (CIC.), gloriari (OV.); dolere, lugere, irasci (CIC.), indignari (LIV.). **d** *metus et spei*: metuere, vereri (PLAVT.), timere, sollicitare, angere (CIC.), terrere (LIV.); spem habere (SALL.). **e** *voluntatis*: velle (*v. s. h. v.*), libet (PLAVT.), optare, desiderare (CIC.), studere (COLVM.). **f** *alia*: miseret (TVRPIL.), pudet (CIC.), piget (SALL.), paenitet (SVLPICIA Tib. 3, 18, 4). **2** *iuvandi et nocendi*: iuvare (PLAVT.), expedit (CATO), prodesse (PROP.), nocere (SEN. rhet.), obesse (SEN. trag.). **3** interest (CIC.), refert (SALL.), cordi est (COLVM. 1, 1, 18 SIL. 9, 204 STAT. Theb. 1, 653); pertinere (VARRO), valere (CIC.), pollere (SALL.), posse (LIV.). **4** -s **est** (*legitur apud* ICTOS *fere 220^{ies}, praeterea raro*): **a** *i. q. p l u s c a u s a e e s t*: PLAVT. Merc. 502 tibi quidem quod rideas -s est quam ut lamentere. CIC. Att. 16, 5, 2 CAEL. Cic. epist. 8, 11, 1. **b** *i. q. p o t i u s, r e c t i u s, v e r i u s e s t, p o t i u s s t a t u e n d u m e s t* (*cf. Löfstedt, Arnobiana 70 sq.; pertinet ad p. 59, 55*): *α c.* u t: CIC. Cael. 14 -s est, ut ipse moleste ferat errasse se ... quam ut istius amicitiae crimen reformidet. TERT. anim. 31$^{in.}$ ARNOB. nat. 2, 28 p. 71, 4. *fere 170^{ies} apud* ICTOS, *ubi duabus contrariis sententiis prolatis altera potior dicitur, ex. gr.* CELS. dig. 23, 3, 58, 1. AFRIC. dig. 48, 10, 6 pr. ut senatus consulto locus non sit. *β c.* n e: VLP. dig. 14^{ies}, *ex. gr.* 27, 9, 5, 5. *γ c. acc. c. i n f.*: POMPON. dig. 39, 3, 22 pr. VLP. dig. 15^{ies}. *al.* *δ a b s.*: q u o d -s e s t *in* DIG. *14^{ies} ut* POMPON. 20, 2, 7, 1 GAIVS 46, 1, 70 pr. *praeterea* RVFIN. Adamant. 1, 11$^{extr.}$ videris mihi non intellegere, quae dicuntur, aut, quod -s est, quid respondeas, non habere. *cf. infra l. 70.* *a l i a*: GAIVS dig. 20, 1, 15, 2 sed illud -s est, quod prius diximus (MAR. VICTORIN. defin. p. 47, 22). VLP. dig. 26, 10, 4, 3 dicendum est -s esse. DON. Ter. Andr. prol. 1, 7 in secunda lectione 'attulit' fuit, sed 'appulit' -s *est.* AVG. loc. hept. 1, 30$^{extr.}$ ut hoc -s sit. **c** *i. q. f a c i l i u s f i e r i p o t e s t*: LVCR. 2, 827 quanto ..., hoc -s est, u t cernere possis *eqs.* (SCHOL. Cic. Bob. p. 101, 19 St. LONGIN. Aug. epist. 234, 2). **d** *fere vice a d i.* (*cf. confusionem contrariam, qua maius est i. q. -s*): CYPR. mort. 1 p. 297, 9 vel ... vel ... vel ... vel sexus mollitie vel, q u o d -s e s t, veritatis errore ([VITA Cypr. 7, 7. *haec fort. ad 4 b pertinent*]. ZENO 1, 7, 4 p. 321^A persecutorem suum et, quod -s est, regem. GREG. TVR. Franc. 2, 29 p. 91, 1 deus vester nihil *potest* et, q. -s e., nec de deorum genere *est.* 3 praef. q. -s [maius *A 1*]. Mart. 3, 60$^{extr.}$ q. h i s o m n i b u s -s e. VITA Caes. Arel. 1, 50 pro exemplo terroris et, q. sub admiratione -s potest esse formidine [*Krusch,* -i *codd.*]). PROSP. sent. 274 quanto -s est evangelium. *coni. c. i n f. fere i. q. gravius, maioris momenti est*: LICENT. carm. ad Aug. 87 haec -s esse reor tibi credere. PS. AVG. un. trin. p. 1212 -s est ... ista delicatius credere neque hinc ... palpitare. GREG. TVR. glor. mart. 43 p. 517, 27 mihi -s est haec credere quam videre.

B *speciatim in locutionibus, quibus fere abundat*: PLAVT. Pseud. 1289 num mea gratia pertimescit -s? (*sim.* TER. Hec. 337 ne ... -s morbus adgravescat. Haut. 423 cottidie augescit -s ... aegritudo. PVBLIL. A 38 ardescit. VERG. Aen. 9, 685 increscunt [TERT. nat. 1, 7,

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18]. CLAVD. DON. Aen. 3, 325 crescebat [CASSIOD. hist. 5,48 p. 1027A]). TER. Eun. 430 immo auge -s suspicionem (ARNOB. nat. 2, 5 p. 51, 2 PELAG. in II Cor. 2, 3. VVLG. act. 5, 14 [μᾶλλον...προσετίθεντο]. *sim.*: CELS. 7, 5, 2C ampliato -s [*om. J*] vulnere [APVL. met. 9, 15 multo]. HYMN. Ambros. I 5, 25 multiplicabatur -s [VVLG. IV Esdr. 7, 66]. MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 15 -s cumulare [EVOD. Aug. epist. 158, 2]). CALL. dig. 49, 14, 3, 1 praevalere (VVLG. I par. 21, 4 -s praevaluit [ἴσχυσεν]. CASSIOD. hist. 5, 17 p. 996D praeponere. RVSTIC. c. aceph. p. 1170D praeeligere). VVLG. II Esdr. 6, 9 -s confortavi manus meas (ἐκραταίωσα). *al.*

III *add. abl. (vel adv.) **mensurae et causae**:* **A** *formae **simplices**:* aliquanto: PLAVT. Vid. 31 CIC. Tusc. 3, 52 ad Q. fr. 1, 1, 7 LIV. *al.* **eo**: PLAVT., TER., RHET. Her., LIV. *al.* eo -s, quod (PLAVT.), quia (LIV.), quoniam (CELS.); si (VARRO). atque eo -s, quod (CIC.). et eo -s, quod: *fere 20ies apud* CIC., *praeterea* CAES. Gall. 1, 47, 2 QVINT. decl. 357 p. 389, 12. eoque -s, quod: CIC. *12ies*, PLANC. Cic. epist. 9, 15, 2 NEP. Milt. 5, 4. eoque -s, si: CIC. *6ies*. neque eo -s (CIC.); *cf. p. 54, 21.* **hoc**: PLAVT., CIC. *al.* hoc -s, quia (PLAVT.), quod (CIC.). atque hoc etiam -s, quod (CIC.). ideo: nihilo -s ideo: VARRO rust. 3, 2, 6. non (nec, et non) ideo -s: ICT. impendio: TER. Eun. 587 CIC. Att. 10, 4, 9. infinite (-o): QVINT. inst. 11, 3, 4. 172. istoc: PLAVT. longe: VELL. *al.* multo: *inde a* PLAVTO *passim.* **nihilo** -s: *i. q. tamen non*: PLAVT. Amph. 908 *al.* TER. Phorm. 472 VARRO rust. 1, 2, 23 NEP. Dat. 10, 3 CELS. 5, 26, 34C ICT. *i. q. aeque non*: PLAVT. Asin. 394 TER. Hec. 137 Haut. 377 VARRO rust. 3, 2, 8 CIC. fin. 2, 36 epist. 6, 3, 2 LIV. 31, 20, 5. n. -s *hoc* quam *illud*: *i. q. aeque illud atque hoc*: PLAVT. Amph. 596 Cas. 264 RHET. Her. 2, 26, 41. CIC. inv. 1, 90 commune est, quod n. -s ab adversariis quam a nobis facit (*i. nihilo minus; cf. Stroebel ad l. et p. 66, 69 sqq.*). *i. q. neque hoc neque illud*: VARRO ling. 9, 8 rust. 3, 2, 6 RHET. Her. 2, 7, 11 CIC. Verr. II 4, 66 Balb. 26 Att. 2, 1, 5 *al. cf. p. 66, 31.* paulo: CIC., QVINT. propterea: TER. Eun. 879 CELS. 3, 1, 4. quam: VAL. FL. 7, 336. quanto (*nota p. 63, 42*): CIC. Verr. II 2, 78 scelus est accipere ab reo: q. -s ab accusatore (SEN. contr. exc. 4, 2 SEN. benef. 1, 1, 10 *al.* QVINT. inst. 3, 8, 45). Mil. 92 si..., q. -s (fin. 1, 59 *et passim*). QVINT. inst. 4, 2, 122 cum..., q. -s (IVLIAN. dig. 22, 1, 25, 1 CYPR. epist. 1, 1). **quo**: *c. ind.*: *inde a* PLAVTO *passim.* *i. q. (et) eo, ideo (in coniungendis enunt. primariis)*: LVCR. 1, 28. 4, 1185. *c. coni.*: *inde a* PLAVTO *passim.* *i. q. ut (cf. Schmalz-Hofmann*5 *788)*: [CIC. parad. 22 *v. p. 56, 27.* MAT. Cic. epist. 11, 28, 8 *v. p. 56, 30*]. BELL. Afr. 91, 3 eos *non* moveri, quo -s se reciperent. PS. SALL. rep. 2, 11, 5 tabella obtentui erit, quo -s animo libero facere audeat. CELS. 6, 6, 8F. 7, 26, 2B COMM. apol. 318 SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 18 St. 92, 11. 94, 2. 10. 99, 14. 169, 16. *in sermone legum et* ICTORUM: LEX repetund. (CIL I² 583) 74 LEX agr. (CIL I² 585) 12 LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) 2, 15 LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 117. 157. LEX Vrson. (CIL I² 594) II 1, 38 ne quis facito..., quo minus..., neve quis facito, quo -s (CIL I² 600, 17). GAIVS dig. 41, 1, 9, 8 SCAEV. dig. 48, 4, 4 VLP. dig. 4, 4, 3, 2 COD. Iust. 8, 2, 2. *nota*: COD. Iust. 5, 34, 1 non oportuit impediri, quo -s (*cf.* 3, 1, 3 nihil prohibet). tanto: *inde a* PLAVTO. t. -s *i. q. praesertim*: PLIN. nat. 17, 250 brumā — t. -s, si nives iaceant... — circumfundunt riguis (23, 157). 27, 13 urinam ciet... t. -s insidentibus. t. -s, quod: COLVM. *al.*

B *formae **correlativae**:* **1** *integrae*: **quam** ... tam (*cf.* DON. gramm. IV 363, 4): PLAVT. Poen. 348 q. -s ... t. s (Bacch. 1091 -s q.... t. -s. TRAG. inc. 160 VERG. Aen. 7, 787). Asin. 158 q. -s.... t. *cf.* LVCR. 4, 1089 q. plurima..., t. -s. tanto: PLAVT. Men. 95 q. -s..., t.... artius. LVCR. 6, 460 vicina... q. sint quoque -s, t. -s. **quanto** ... tanto *inde a* PLAVTO (*nota p. 63, 44 et* COLVM. 8, 17, 3 quanto -s imo mari venit unda, tanto *est* frigidior). TAC. ann. 1, 57, 1 q. quis... promptus, tanto -s fidus (3, 46 TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 9). AMBROSIAST. in Rom. 4, 19 q. impossibile... t. -s honorabilior (VVLG. Marc. 7, 36 q. eis praecipiebat, t. -s plus praedicabant). eo: POMP. Cic. Att. 8, 12b, 1 MELA 3, 21. hoc: *v. p. 64, 66.* tam: LVCR. 4, 81 *al.* VERG. georg. 4, 411 MANIL. 3, 344 OPT. PORF. epigr. frg. 30, 4. tantum: LIV. 6, 34, 1. **quantum** ... tanto: LIV. 32, 5, 2. eo: LIV. 3, 15, 2. hoc: VAL. FL. 4, 544 q.... propinquat..., hoc -s. **quo** ... eo: RHET. Her. 4, 47, 60 CIC. *al.* hoc: CIC. *al.* TERT. resurr. 8extr. hoc -s vincta, quo absoluta. tam: LVCR. **ut** ... tanto: PLAVT. Most. 831. ita: MELA 3, 51. *adde*: LVCR. 2, 586 quodcumque -s ..., ita plurima. 3, 201 quaecumque -s..., eo... -s. 6, 100 ubicumque -s..., tam -s.

2 *formae defectivae*: **quam**: PLAVT. Trin. 861 q. -s specto, minus placet. Bacch. 1076 q. -s..., -s (VERG. georg. 3, 309). DON. gramm. IV 373, 15 q. -s minuitur, crescit (CONSENT. gramm. V 340, 25). **quanto**: PLAVT. Rud. 1301 q. -s extergeo, rutilum atque tenuius fit (OV. rem. 217 q. minus..., -s. PLIN. nat. 9, 184 PLIN. paneg. 73, 3 TAC. hist. 1, 88 AMM. 20, 11, 28 AVG civ. 15, 9 p. 75, 19 D. q. -s -sque..., minora). LVCR. 4, 626 pungunt sensum..., q. quaeque -s sunt asperitate repleta (PLIN. nat. 34, 173 melior haec, q. -s aurei coloris). **quantum**: LIV. 40, 22, 3 q. in altitudinem egrediebantur, -s -sque... invia loca excipiebant. **quo**: OV. epist. 17, 91 quo -s accedo..., plus libet ire mihi (met. 4, 64 quoque -s tegitur, tectus -s aestuat ignis. Pont. 2, 3, 51 RVT. LVP. 1, 4 MANIL. 1, 162 SEN. Med.

889 epist. 19, 11). met. 3, 372 quoque -s sequitur, flamma propiore calescit (LIV. 2, 50, 7 RVT. LVP. 2, 9 MELA 1, 74 quo -s subitur obscurior, ducit ausos penitus [2, 92. 3, 74. 101]). 10, 460 quoque suo propior sceleri est, -s horret (LIV. 25, 38, 23 QVINT. inst. 9, 4, 143). hal. 55 quoque venit fidens -s..., procidit (SIL. 3, 528 quoque -s subiere..., crescit labor. CYPR. epist. 60, 3in). SEN. dial. 4, 29, 3 -s... elucet, quo saepius ad manum venit. PLIN. nat. 34, 177 melior, quo -s rufa. *cf.* CHIRON 214 ex qua praeclusionem -s ventus, quo minus exeundi vadum fit, rabidus increscit. quom: PLAVT. Mil. 635 -s q...., -s. Persa 564. ut: QVINT. inst. 11, 1, 29 ut quisque... praecedit, -s.

IV *structurae ad **exprimendam rem comparatam** et in comparationibus imperfectis*: **A** *generatim*: **1** *particula* quam *inde a temporibus antiquissimis (cf. e. g. p. 53, 67 sqq. 58, 27 sqq.); exempla -s omissi v. s.* quam. **2** *abl. comp.*: **a** *apud poetas*: α *c. adi.*: PLAVT. Asin. 704 *al.* TER. Eun. 227 LVCR. 1, 730 *al.* VERG. Aen. 4, 31. 5, 725. HOR. sat. *quater.* OV. *quinquies.* PROP. 2, 3, 10 *al.* β *c. verb.*: CATVLL. 64, 100 LVCR. 3, 284. 6, 576 VERG. Aen. 1, 15 HOR. sat. 2, 8, 49 OV. Pont. *quater.* trist. 3, 2, 6 *v. p. 58, 63.* PROP. 1, 1, 22 *al.* **b** *in prosa orat.*: α *c. adi.*: CIC. de orat. 3, 55 alia -s alia (orat. 23 Tusc 4, 79). off. 1, 47 CAES. Gall. 6, 26, 1. LIV. 5, 44, 6 solito. *al.* β *c. verb.*: VARRO ling 7, 28 *v. p. 55, 26.* CIC. dom. 146 Brut. 230. fin. 3, 11 alia -s alia (3, 48. 4, 43 ac. 2, 128 Tusc. 4, 53 LIV. 29, 15, 11). LIV. 6, 14, 1 solito (22, 2, 2. 25, 7, 8). *al. nota* GREG. TVR. *et* VITA Caes. Arel. *p. 64, 74.* **3** *singularia*: *v. vol. II 1084, 40. 63.* ab (*v. etiam p. 69, 1. 3*): MVTIAN. Chrysost. hom. 7, 4 p. 290in. nisi: TERT. carn. 18mod. PELAG. in Philem. argum. p. 536, 5 S. VVLG. IV Esdr. 10, 11 AVELL. p. 668, 30. prae: AMM. 26, 2, 5. super: VVLG. IV Esdr. 13, 24.

***magisterius**, -a, -um *a* magisterium. *graece*: THEOPHYL. SIMOC. hist. 2, 3, 13 τὴν παρὰ Ῥωμαίοις μαγιστερίαν . . . ἀρχήν. 3, 15, 6. *i. q. ad magisterium (sc. militare vel officiorum) pertinens*: -a (*militaris*) *potestas*: NOT. dign. occ. 6, 86. or. 5, 67 in praesenti. 7, 59 per orientem. *et saepe* (*v. Seeck, ind. p. 331*). COD. Theod. 1, 7, 3 (*a. 398*). *al.* (*v. Gradenwitz, ind. p. 134*). NOVELL. Theod. 7, 4 pr. 1. 2. 4 (*a. 441*). COD. Iust. 3, 13, 6 (*a. 413*) 12, 5, 1 (*a. 422*) *et saepissime* (*v. voc. cod. Iust. p. 1516*). *cf.* COD. Iust. 12, 35, 18, 8 ad imminuendam potestatem -ae per orientem administrationis. -a *dignitas* (*inter agentes*): COD. Iust. de cod. comp. 1 de confirm. 2 CASSIOD. var. 1, 12, 3. 5, 5, 4. 6, 6 tit. formula -ae dignitatis. 9, 24, 6.

magistero *v.* magistro. **magistra,** -ae *v. p. 87, 32.* *R.*

magistrālis, -e *a* magister. *i. q. ad magistrum (sc. praeceptorem) pertinens*: VOPISC. Tac. 6, 6 ⟨vir⟩garum (*suppl. Peter*) -ium ictibus. quatt. tyr. 10, 4 frequentavera[n]t pergula⟨s⟩ -es (*Σ*, ministrales *P*). *subst. m.* magistrālis, -is. *qui magisterio (sc. collegii cuiusdam) functus erat*: CIL XI 715 (= VI 460) 4 ⟨in⟩ memoriam P. Corneli . . . -is. *cf.* magisterialis.

magistrās, -ātis *m.* [*a* magister *ut* nostras *a* noster *ductum putat Heraeus, qui confert* optimas, primas *sim.*] CHAR. gramm. p. 34, 23 B. masculina semper pluralia . . . magistratus οἱ ἄρχοντες; et -s -is (*Exc. Bob.*, -es *N*) invenimus (*praecedit*: nostrates . . . nostras, nostratis). INSCR. AA 30, 1915 p. 245, 19 (*in Moesia inf., s. II*) Iulius Teres -s vico Ulmeto. INSCR. RevArch. 1934 p. 256 n. 104 (*in Moesia inf., s. II*) Ebrenus -s vici. CIL III 1008 (*in Dacia, s. II*) genio canabensium L. Silius Maximus . . . -s primus in canabis (*vg. explicant* magistra(n)s [*cf. p. 100, 10*], *sed tale part. pro titulo alias vix inveniri monet Heraeus*).

magistrātio, -ōnis *f. a* magistro. *i. q. locus, ubi magistri docere solent*: COD. Theod. 14, 9, 3 (= COD. Iust. 11, 19 [18], 1) pr. (*a. 425*) universos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum in publicis -bus cellulisque collectos undecumque discipulos circumferre consuerunt. [*falso trad.* LIV. 45, 31, 5 -bus *pro* magistratibus.]

magistrātor, -ōris *m. a* magistro. NOT. Tir. 6, 30a. 30b -r templi (*post* magister, magisterium).

***magistrātus,** -ūs *m.* [*a* magister, magist(e)rare, *v. Stolz-Leumann*^5 *237. J. B. H.*] *de etymologia*: VARRO ling. 5, 82 reliqui, quod minores quam hi magistri (*sc. m. equitum et m. populi* [*i. dictator*]), dicti -us, ut ab albo albatus. PAVL. FEST. p. 126 M. magisterare . . . unde et -us. PAVL. dig. 50, 16, 57 pr. -us per derivationem a magistris denominantur. ISID. orig. 9, 4, 26 -i . . ., quod maiores sunt reliquis officiis. *scribitur*: INSCR. column. rostr. (CIL I² 25) 3. 5 mac- (*titulus non habet* G). LEX luci Lucer. (CIL I² 401) 6 mac⟨i⟩steratus. ITALA Ios. 13, 3 (Lugd.) maistr-. *apices*: -átum: CIL XI 1826, 4 R. GEST. div. Aug. c. 14 (*cf.* PRISC. gramm. III 525, 3 *de a producta*). -ús: DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (CIL XI 1420) 18 R. GEST. div. Aug. c. 12. *notatur*: mag: LEX Bant. (CIL I² 582) 3 *al.* LEX agr. (CIL I² 585) 30 *al. et saepius in titulis antiquis* (*v. ind. ad* CIL *I² p. 777*), *interdum etiam in libris* (*e. g.* LIV. 22, 33, 12). magi: LEX Tarent. (CIL I² 590) 36. magist: CIL X 1495, 6. magistra: CIL XIII 8771, 5. magg: CIL IX 2438, 1. 16 (*pro plur.*). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 58 (*pro sing.*); *in libris*: VLP. disp. frg. II^b 13 (*cf. ib.* 6 magḡ. 11 mgḡ. [*pro sing.*]). *al.* *de prosodia*: *secunda corripitur*: PLAVT. Amph. 74 Persa 76 Rud. 477 Truc. 761 CAECIL. com. 182 TER. Eun. 22. *non corripitur*: TER. Phorm. 403. *de formis* (*cf. p. 92, 37 sqq.*): *IV^ae decl.* (CHAR. gramm. p. 55, 5 B. sunt quarti ordinis . . . -us ἀρχή -us. PRISC. gramm. II 256, 6 quartae *decl.* sunt . . . -us, ἡ ἀρχὴ καὶ ὁ ἄρχων, huius -us [*cf.* III 444, 31. *inde* GRAMM. suppl. 128, 24]): *gen. sing.* -uus: FEST. Gloss.^L IV p. 382^b (278 M.) (*v. adn. Linds.*) [-uos? (*cf. Stolz-Leumann*^5 *267*): CIL X 4725, 6 (*periit*)]. *nom., acc. plur.* -uus (*cf. Sommer, Handb.*^2.3 *392*): DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 6 CIL X 3678, 10 (*Miseni*). *dat. sing.* -u: MET. NVM. or. frg. Prisc. gramm. I 387, 7. -ui: CIC. Font. 3 Mur. 1 CAES. Gall. 1, 16, 5 SALL. Catil. 29, 3 *al.* *abl. sing.* -ud: S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 12 (-ud *emendationi debetur pro* -uo *trad.*). *gen. plur.* -ûm: *v. Neue-Wagener I*^3 *548, praeterea* ARNOB. nat. 4, 35 p. 169, 27 EPIST. imp. Constant. (CIL III 7000) 1, 18. *II^ae decl.* (*v. Neue-Wagener I*^3 *781*): [INSCR. column. rostr. (CIL I² 25) 3 -os *falso rest. pro* -us (*nom. sg.*) *vulgo explicant, cf. Sommer, l. c. 404; scriptura pronuntiationem quandam apertiorem vocalis* u *indicari putat Niedermann (in plagulis).* LEX VRSON. (CIL I² 594) 137, 4. -o *falso aes*]. -i: ITALA act. 16, 22. 35 (cod. d; -us cod. e). SORT. Sangall. 28, 7 ISID. orig. 9, 4, 25. 26 INSCR. christ. Diehl 378 b. -o: CIL VIII 12421, 3 XI 2604, 4. -os: ITALA act. 16, 19 (cod. d). PAP. Berol. 628^v II 19? (*v. adn. edit.*). -is: INSCR. RevArch. 1934 p. 273 n. 166 (*a. 246*). *de notionibus* (*cf. supra l. 1 sq.*): PAVL. FEST. p. 126 M. -us . . . aut ipsam personam demonstrat, ut cum dicimus: -us iussit, aut honorem, ut cum dicitur: Titio -us datus est. TERT. adv. Hermog. 19 p. 148, 4 archontes dicunt principes et -us (*cf.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A). GLOSS.^L II Philox. MA 21 -us ἄρχων, ἀρχή, στρατηγός, στρατηγία. Abav. MA 16 -us: iudices, senatus vel genus curiae. Corp. M 47 -us senatus. GLOSS. ἀρχηγοῖς -bus. in -um in honorem. I p. 248 -us ἐξουσία. *de re cf. Kübler, RE XIV 400 sqq., Daremberg-Saglio s. v.* *tituli librorum*: LIV. 4, 7, 10 in libris -uum. *al.* 9, 18, 12 in annalibus -uumque fastis (*Mommsen*; -uum fastisque *codd.*). *v. et* COD. Iust. 1, 56 rubr. 5, 75 rubr. DIG. 27, 8 rubr.

de usu: *utraque notione legitur inde a temporibus antiquissimis. apud poetas non invenitur nisi quater apud* PLAVT. (*v. p. 91, 82*), *binis locis apud* TER. (*v. p. 91, 83*) *et* PRVD. (*v. p. 93, 13. 70*), *singulis apud* CAECIL. (*v. p. 98, 35*), LVCR. (5, 1143), VERG. (*v. p. 99, 10*), MANIL. (*v. l. 81*), CLAVD. (*v. p. 95, 52*). NOT. Tir. 36, 36. 36 a -us templi. *infima aetate in graecis recipitur*: INSCR. graec. Rom. Cagnat I 596 μαγιστρᾶτος. 599, 10 ὑπὲρ μαγιστράτης (*de forma cf. Döttling, Flexionsformen p. 91*). EVSEB. hist. 8, 11, 2 τὰς . . . διοικήσεις τῆς . . . καλουμένης μαγιστρότητος (PAP. Amh. 138, 11 [*a. 326*]; *cf.* PAP. Lond 1105 μαγιστρώτητος. *de forma v. Meinersmann, Lat. Wört. in d. gr. Pap. p. 34*). *v. etiam s.* magisterium (*p. 89, 4*).

[*dub. vel corr.*: TAB. cens. Varro ling. 6, 86 (*pro* armatos *coni. Ursinus* -os *vix recte*). CIC. Mur. 43 (*coni. Clark*). CINC. Gell. 16, 4, 2 (*in gloss.*). SALL. hist. 3, 46 (-bus *trad. def. L. Müller, alii alia coni.*). LIV. 2, 30, 4 (*add. Weissenb.*) SEN. contr. 10, 1, 1. 10, 6, 1 *al.* *locis mutilis*: CATO or. frg. 46 FEST. p. 348 M. LEX Gabin. Calp. (CIL I² 2500) 33 CIL III 12740, 2 *al.*].

I *i. q.* ***officium*** *sive* ***munus in re publica administranda*** *constitutum*: **A** *usu* ***sollemni*** *de ipso munere*: **1** *sensu stricto ac technico significat munus vel officium aliquod superius in libera re publica constitutum, quod aliqua potestate publica praeditum est*: **a** *generatim*: INSCR. column. rostr. (CIL I² 25) 5 enque eodem mac⟨istratud bene r⟩em . . . c⟨esed⟩ (*cf.* CIC. Verr. I 36 quod agam in -u. leg. 3, 47 LIV. 31, 48, 6 PLIN. nat. 35, 7 *al.*). TAB. cens. Varro ling. 6, 86 quod bonum . . . siet . . . fidei -uique nostro (*cf.* CIC. Mur. 1 CARM. devot. Macr. Sat. 3, 9, 11 vicarios pro me, fide -uque meo . . . do devoveo). VARRO frg. Gell. 13, 12, 6 in -u habent alii vocationem, alii prensionem, alii neutrum (*cf. p. 97, 71 sqq.*). CIC. Verr. II 1, 33 antequam . . . ad -us remque publicam accessit. leg. agr. 2, 24 in . . . -bus, quorum certus ordo est. ad Q. fr. 1, 1, 42 mihi casus urbanam in -bus administrationem rei publicae, tibi provincialem dedit. Phil. 9, 15 magno usui rei publicae . . . et privatus et in -bus fuerit (*cf.* rep. 1, 67 qui in -u privatorum similes esse velint. ad Brut. 1, 10, 3 SALL. or. Cottae 4. LIV. 2, 56, 13 mittit . . . consul lictorem ad tribunum privatum esse clamitans, sine imperio, sine -u. VLP. dig. 47, 10, 32 si quid . . . per iniuriam fecerit -us [-bus *F*] ⌊vel quasi privatus vel fiducia -us⌋ [*interpol. vid.*]. *v. et p. 97, 32 sqq.*). Brut. 281 ascendens gradibus -uum. Tusc. 5, 112 Appium . . . et ex -bus et ex rebus gestis intellegimus . . . nec privato nec publico muneri defuisse. leg. 3, 9 eundem -um, ni interfuerint decem anni, nequis capito (*cf.* LIV. 7, 42, 2). SALL. Iug. 41, 7 penes eosdem aerarium, provinciae, -us, gloriae triumphique erant. or. Macri 3 opes nobilitatis . . . inani specie -us pellere dominatione. Ps. SALL. rep. 1, 8, 3 si neque -us neque alia volgo cupienda venalia erunt. LIV. 3, 51, 12 si . . . deponerent insignia -us (VAL. MAX. 3, 2, 7. *cf.* LIV. 34, 7, 2 purpura viri utemur, praetextati in -bus. CYPR. ad Don. 11 p. 12, 20 *et v. p. 98, 82*). 4, 13, 11. 4, 44, 6 et innocentia tutum et -u. 6, 6, 18 si talis viros in -u habeat *res p.* 9, 34, 23 pro . . . -us maiestate ac verecundia, quem gessisti (*v. et p. 98, 66 sqq.*). 28, 38, 4 qui sine -u res gessisset (VAL. MAX. 2, 8, 5. *cf. etiam l. 65*). R. GEST. div. Aug. c. 34 in -u conlegae. MANIL. 5, 317 per . . . -us . . . feruntur. VELL. 2, 31, 1 se in nullam provinciam ex eo -u iturum. ASCON. Pis. p. 12, 21 St. (*v. Stangl, Philol. 69, 1910 p. 493*). Scaur. p. 23, 18 aequitate . . ., quae . . . -um illum decebat. VLP. dig. 3, 1, 6, 1 advocationem praestare . . . prohibitus . . .

[*Wolff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tempore -us sui. SCHOL. Cic. Bob. p. 96, 24 St. qui Flacco in primis -bus praefuerunt. *et al.* *significanter de summo -u (cf. p. 95, 47)*: CIC. Verr. II 4, 137 qui tum -um Syracusis habebat. CAES. Gall. 7, 37, 1 *apud Haeduos.* LIV. 26, 12, 8 *Capuae (v. Weissenb. ad l.).*

b *speciatim: de certis -bus:* *α in urbe Roma:* LEX repetund. (CIL I² 583) 8 dum (-um) ... habebunt ... dic(tator) cos. pr. mag. eq. CIC. Font. 5 duorum -uum ... triumviratus et quaesturae ratio sic redditur. leg. agr. 2, 13 ineunt ... -us tribuni plebis (*cf.* Phil. 2, 50 ad Brut. 1, 10, 3. LIV. 4, 2, 11 ⟨non⟩ posse in eadem civitate tribunos plebis et patres esse; aut hunc ordinem aut illum -um tollendum esse. 5, 29, 9. 6, 35, 3 SPART. Hadr. 3, 5). Sull. 21 quo in -u (*sc. consulatu*) non institutum est ... a me regnum, sed repressum (*cf.* Planc. 60 TAC. ann. 3, 75, 1 AVSON. 419, 25 PRVD. c. Symm. 1, 622 COD. Theod. 15, 14, 9 [*a. 395*]). leg. 3, 7 censores ... -um quinquennium habento: reliqui -us annui sunto (LIV. 4, 24, 4). SALL. Iug. 63, 6 alios -us ..., consulatum. LIV. 3, 33, 10 de vi -us *decemvirum.* 4, 7, 1 tribuni militum pro consulibus -um ineunt. 4, 24, 7 -um (*sc. censuram*) p. R. (*cf. l. 49 et p. 95, 27*). 7, 1, 1 annus ... insignis novis duobus -bus, praetura et curuli aedilitate (*cf.* CALL. dig. 27, 1, 17, 4 COD. Theod. 6, 4, 14 [*a. 359*]). *al.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 18 hunc -um (*i. dictaturam*) ... non erat fas ultra sextum mensem retineri. *v. et p. 96, 6 sqq.*

β in municipiis, coloniis sim.: LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 100 III⟨I⟩vir(um) quei⟨ve⟩ ibei alium (-um) habeat. LEX Vrson. (CIL I² 594) 62, 20 IIvir(is) aedilibusque, dum eum (-um) habebunt. *al.* Ivs magistr. Pompei. (CIL II 2959) 3 ius -us vestri (*i. IIvirorum*) exequi ... potestis. CIL VIII 6339 (?) X 3678, 10 *al.* PAPIR. dig. 50, 8, 13 (9, 10) VLP. dig. 50, 1, 26. 50, 8, 2, 10 *et saepius in lib. L* DIG. COD. Iust. 11, 34, 1 (*imp. Gord.*). COD. Theod. 12, 1, 77 (*a. 372*). 12, 1, 169 (*a. 409*). *cf.* GLOSS. II 438, 41 στρατηγία -us duumviratus *et v. l. 4 et p. 96, 39 sqq.* *γ apud exteras gentes:* *apud Graecos (cf. l. 3)*: CIC. Verr. II 2, 131 ille (*sc. censoris*) ... est -us apud Siculos ... et propter magnitudinem potestatis hic -us a populo summa ambitione contenditur. Cato 20 apud Lacedaemonios ... qui amplissimum -um gerunt ... nominantur senes. NEP. Milt. 8, 2 Pel. 3, 2. Phoc. 1, 1 Phocion Atheniensis ... summos ... -us cepit. LIV. 27, 29, 10 Aetoli summum suae gentis -um ad eum ... detulerant. *al.* *apud Gallos (cf. l. 4)*: CAES. Gall. 1, 16, 5 Lisco, qui summo -ui praeerat, quem vergobretum appellant Haedui (*cf.* GLOSS. V 613, 43). *apud Poenos*: NEP. Hann. 7, 5. *apud Iudaeos*: ITALA I Macc. 8, 16 (Sangerm. 15) *et* VVLG. credunt uni homini -um (ἀρχήν) suum per singulos annos dominari terrae suae. *v. et p. 96, 70 sqq.*

c *coniuncta vel opposita*: LEX Bant. (CIL I² 582) 19 -um imperiumve nei petito (*cf.* LEX repetund. [CIL I² 583] 8. 9 CIC. rep. 1, 28. 47 off. 1, 71 LEX Vrson. [CIL I² 594] 128, 12 SALL. Iug. 3, 1. NEP. Milt. 8, 2 multum in imperiis -busque [magnisque *l. v.*] versatus. SVET. Iul. 53. 75, 4 Aug. 61, 1 Tib. 12, 2. *cf.* FLOR. epit. 1, 14, 1 cum ius civitatis, partem imperii et -uum poscerent). LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 133 (-um) potestatemve (140. 143 LEX Vrson. [CIL I² 594] 95, 24 propter -us potestatemve p. R. CIC. leg. agr. 2, 24 MACER dig. 48, 2, 8 EDICT. praet. [*sed v. Lenel, Edict. perp.³, 1927 p. 58 sq.*]. Vlp. dig. 2, 2, 1. VLP. dig. 1, 5, 20 et -um et potestatem videtur retinere). CIC. Verr. II 2, 126 hoc ... transfero in -us, curationes (*cf. l. 62 et 63*), sacerdotia (*cf.* SALL. Catil. 21, 2 LIV. 34, 7, 8 VAL. MAX. 3, 2, 7 TERT. spect. 12 p. 15, 1 honores viventium, quaesturas dico et -us et flaminia et sacerdotia. COD. Theod. 15, 5, 1 [*a. 372*] CIL XII 20 *al.*). VITR. 6, 5, 2 honores -usque gerundo (SVET. Aug. 26, 1 FLOR. epit. 1, 26, 4 GAIVS inst. 1, 96 MOD. dig. 50, 12, 11 COD. Theod. 12, 1, 26 [*a. 338*]. *cf.* PLIN. paneg. 70, 8 optime -us -u, honore honor petitur. *aliter*: COD. Iust. 11, 34, 1 [*imp. Gord.*] -us honor. COD. Theod. 12, 1, 21 [*a. 335*]). CIC. Lael. 63 qui honores, -us, imperia, potestates, opes amicitiae non anteponant. MARCIAN. dig. 48, 11, 1 pr. (*ex lege Iul. repetund.*) in -u, potestate, curatione, legatione vel quo alio officio ... publico. LEX de imp. Vesp. (CIL VI 930) 10 -um, potestatem, imperium curationemve cuius rei petentes. *v. et p. 97, 34 sqq.*

2 *sensu latiore significat quodvis officium publicum, praesertim eius, qui administrationi alicui imperatorum praeest*: SORT. Sangall. 31, 12 de magistr⟨atu⟩ lucrum facis. COD. Theod. 6, 9, 2, 1 (*a. 380*) intersit aliquid inter tempora -uum vitamque privatam. 12, 1, 122 (*a. 390*) siquibus detulimus splendidos -us quosque etiam ornavimus insignibus dignitatum. PRVD. perist. 10, 132 splendor ... -us. SIDON. epist. 8, 6, 5 sub cuius (*sc. praefecti praetorio*) ... -u. BOETH. cons. 1, 4, 8 W. nullum me ad -um nisi commune bonorum omnium studium detulisse. COD. Iust. 3, 1, 13, 1 omnes iudices ... sive in -bus positi sunt vel ex aula nostra dati vel a nostris proceribus delegati (*cf.* 3, 1, 13, 8). 7, 62, 38 non dignitatem, sed ducatus -um spectari. *al. v. et p. 96, 81 sqq.* *nota de munere magistri collegi i. q. magisterium*: CIL VI 2239 ob -um collegi bonae deae (*cf. Waltzing l. p. 78, 79 c. IV p. 163*).

B *usu speciali:* **1** *praevalet notio temporis, intra quod -us geritur (cf. et l. 71)*: LEX repetund. (CIL I² 583) 18 quos legerit ... propositos suo ma⟨gistratu servato⟩ (*cf.* CIL III 14354³⁶, 6). CIC. facet. dict. 25 ut in eius, *qui sex tantummodo horas consul fuit*, -u nemo pranderit, nemo cenaverit ([*citat* TREB. trig. tyr. 8, 2]. *cf.* Brut. 160). opt. gen. 19 ut quisquam corona donaretur in -u, priusquam rationes rettulisset. epist. 6, 12, 4 tuos -us in ipsa discrimina incidisse salutis fortunarumque communium. S. C. Cic. epist. 8, 8, 5 ex K. Mart., quae in suo -u futurae essent. FAST. cos. Capitol. a. u. c. 482 (Not Scav. 1925 p. 376) in (-u) m(ortuus) e(st). *al.* (*cf.* CIL VI 1312, 6 LIV. perioch. 11 AVG. civ. 3, 17 p. 124, 28 D.). LIV. 4, 7, 1. 4, 17, 1 in horum -u Fidenae ... defecere. *al.* **2** *magis respicitur condicio vel ratio -us gerendi*: LEX Tarent. (CIL I² 590) 10 quae pequnia public⟨a, sa⟩cra ... ad se in suo -u (*i. personam -us gerentem; cf. p. 92, 53 sqq.*) pervenerit. 37 in ludeis, quos publice in eo -u faciet (LEX Vrson. [CIL I² 594] 70, 7 IIviri ... in suo (-u) munus ludosve scaenicos ... faciunto). CIC. Verr. II 1, 43 quaestura istius demonstrata primique -us et furto et scelere perspecto. 1, 119 in -u contra ... edictum suum ... decernebat (*opp.* quamdiu fuit designatus). 1, 127 leg. agr. 1, 26. 2, 7 et in hoc -u (*sc. consulatu*) et in omni vita (2, 9). Sest. 7 Vatin. 13 LIV. 4, 12, 8. 4, 36, 1 in -u (*sc. tribunatu militum*). 5, 18, 1 in priore -u. 10, 46, 2 triumphavit in -u (*sic saepius*). 42, 1, 12 ira consulis, etiamsi iusta, non tamen in -u exercenda. SEN. contr. 9, 2 (25), 13 quid quis in -u peccavit. COLVM. 1, 3, 11 agri modum, quem in -u rogatione tribunicia promulgaverat. PLIN. nat. 36, 112 bis in eodem -u Sabinos devicerat. PAPIR. dig. 50, 1, 38, 4 filium emancipaverat, ne pro -u eius caveret. SCHOL. Cic. Bob. p. 90, 6 St. ne idem homines in eodem -u perduellionis bis eundem accusarent. *al.*

***structurae et iuncturae** notabiliores*: **1** *nominales (epitheta v. p. 99, 14)*: -ūs (-uum): continuatio: LIV. 3, 64, 4. desertor: COD. Theod. 12, 1, 29 (*a. 340*). gradus: *v. p. 92, 68.* honos: *v. p. 93, 59.* initium: CIC. Vatin. 27 CAES. civ. 3, 20, 1 EPIST. procos. de ann. frg. II (CIL III 13651) 5 TAC. ann. 15, 21. 16, 26. *aliter* VAL. MAX. 8, 15, 8. ius (*cf. p. 93, 25*): CIC. p. red. in sen. 34 CAES. civ. 1, 85, 9 LIV. perioch. 47 SVET. Iul. 28, 3 *al.* officium: AVG. civ. 2, 27 p. 93, 20 D. COD. Iust. 4, 31, 11 (*imp. Diocl. et Maxim.*). petitio: Q. CIC. pet. 16 VAL. MAX. 6, 4 ext. 5 SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 36 St. potestas: CIC. Sest. 98 QVINT. decl. 374 p. 413, 25 *al.*

2 *verbales*: **a** *casus*: -um (-ūs) abdico: SALL. Catil. 47, 3 LIV. 28, 10, 4. aboleo: LIV. 3, 38, 7. abrogo: *v. vol. I 138, 63 sqq.* accipio: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 413, 20 B. adeo: *v. vol. I 621, 42 sqq.* adipiscor: *v. vol. I 691, 29 sq., praeterea* CIC. Verr. II 2, 138 PS. SALL. rep. 2, 1, 3 COD. Theod. 6, 7, 2 (*a. 380*) *al.* administro: *v. vol. I 732, 48 sq.* adsequor: CIC. Pis. 2. ago: QVINT. inst. 2, 16, 5. ambio: PLAVT. Amph. 74. apiscor: VLP. dig. 50, 4, 6 pr. capesso: LIV. 6, 34, 4 TAC. Agr. 6 ann. 13, 29 TERT. paenit. 11, 4. capio: CATO orig. 111 GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 5 CIC. Cluent. 120 leg. 3, 9 *al.* LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 90. 95 SALL. or. Lep. 21 PS. SALL. rep. 2, 3, 4 NEP. Phoc. 1, 1 LIV. 2, 33, 1 *al.* FEST. p. 339 M. PLIN. epist. 10, 79, 1 SVET. Iul. 75 Aug. 2, 1. 26, 1 *al.* coepi: LEX repetund. (CIL I² 583) 16. committo: CIC. Planc. 61. constituo: *v. vol. IV 515, 67.* continuo: *v. vol. IV 724, 74.* defero: LIV. 27, 29, 10 AMM. 21, 10, 8 COD. Theod. 12, 1, 122 (*a. 390*). depono: LIV. 4, 24, 7 perioch. 3. destino: SVET. Tib. 31, 1. do: CIC. leg. agr. 2, 26 VLP. dig. 42, 1, 57. eiuro: *v. vol. V 2 p. 315, 4 sqq.* finio: PAPIN. dig. 50, 1, 15, 1. gero: *v. vol. VI 1939, 6. 13 sqq.* habeo: LEX Bant. (CIL I² 582) 19 CIC. Verr. II 4, 137 LIV. 32, 29, 4 EDICT. praet. (*cf. p. 93, 50*) Vlp. dig. 2, 2, 1, 1 ISID. orig. 9, 4, 30 *al. cf. p. 93, 6. 24.* incoho: SVET. Tib. 9, 3. incipio: LEX repetund. (CIL I² 583) 16 CIC. leg. 3, 27 VLP. dig. 3, 1, 1, 5. ineo: LEX Bant. (CIL I² 582) 16 CIC. Verr. I 30 *al.* LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 24 LIV. 3, 19, 4. *et saepe.* R. GEST. div. Aug. c. 14 PLIN. epist. 5, 9, 6 MOD. dig. 50, 12, 11 COD. Theod. 6, 4, 20 (*a. 372*) *al.* ingredior: SALL. Iug. 43, 2. instituo: CIC. Att. 6, 1, 8. invado: GRAN. LIC. 35 p. 25. mando: CIC. Verr. II 2, 131 *al.* CAES. civ. 3, 59, 2 LIV. 22, 35, 7 TAC. ann. 11, 24 VLP. dig. 50, 4, 6 pr. obeo: MACER hist. 24. obtineo: CAES. Gall. 7, 33, 2. occipio: LIV. 3, 19, 2. *et saepius.* TAC. ann. 3, 2, 3. 6, 45, 3. ordino: LIV. 2, 21, 4 SVET. Iul. 76, 2. pario (mihi): SALL. Iug. 63, 5. permitto: CIC. Verr. II 2, 137. persolvo: COD. Theod. 12, 1, 77 (*a. 372*). peto: LEX Bant. (CIL I² 582) 19 CATO or. frg. 26 LEX Tarent. (CIL I² 590) 16 RHET. Her. 2, 27, 43 CIC. leg. agr. 2, 34 *al.* LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 90 LEX Vrson. (CIL I² 594) 132, 15 *al.* LIV. 3, 35, 4 *al.* MOD. dig. 48, 14, 1, 1. polliceor: SALL. Catil. 21, 2. pono: PLIN. paneg. 65, 3 VLP. dig. 47, 10, 32. prorogo: POMPON. dig. 1, 2, 2, 24 VIR. ill. 21, 2. retineo: *v. Voc. i. R. vol. V 196, 24 sq.* suscipio: *v. Voc. i. R. vol. V 897, 13.* PLIN. paneg. 65, 3 AMM. 21, 6, 5 COD. Theod. 6, 4, 14 (*a. 359*). 12, 1, 49, 2 (*a. 361*). teneo: SALL. Catil. 39, 2. tollo: CIC. leg. agr. 1, 19 *al.* LIV. 4, 2, 11. trado: SALL. Iug. 63, 6 CIL X 3678, 10. transfero: AMM. 26, 9, 1.

-ui praesum: CAES. Gall. 1, 16, 5.

-u me abdico: *v. vol. I 54, 53 sqq. 54, 60 sqq.* abeo: *v. vol. I 67, 76 sqq.* abigor: PAVL. FEST. p. 23 M. (*ex Mommseni coni.*). desigņor (?): *v. vol. V 716, 79.* fungor: *v. Voc. i. R. vol. II 965, 36 sqq., praeterea* COD. Iust. 5, 75, 3 (*a. 238*). 7, 16, 28 (*a. 294*). 5, 42, 1 (*a. 529*). perfungor: COD. Theod. 6, 4, 11 (*a. 357*). praeditus: CIC. Verr. II 4, 86 SVET. Aug. 26, 2.

b *c. praepp.*: ad -um accedo: *v. p. 92, 59.* adeo: NEP. Them. 7, 1. nomino: COD. Theod. 12, 1, 8 (*a. 323?*). 12, 1, 16 (*a. 329*). pervenio: SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 1 St. ex -u abeo: LEX repetund. (CIL I² 583) 9. in -u (*cf. l. 8 p. 92, 57. 93, 82*): sum: CIC. Brut. 161. 305 LENT. Cic. epist. 12, 14, 3 NEP. Chabr. 4, 1 LIV. 1, 59, 7. 45, 31, 5 soli ... in -bus

[*Wolff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(magistrationibus *V*), soli in legationibus erant. *al.* POMPON. dig. 4, 6, 7, 12 VLP. dig. 47, 10, 32 *al.* SERV. Aen. 11, 143. positus sum: VLP. dig. 4, 8, 3, 3 (*interpol.*). COD. Iust. 3, 1, 13, 1. 8 (*a. 530*). (per)maneo: LIV. 5, 11, 11 SVET. Iul. 16, 1. versor: *v. p. 93, 45.* pro -u (*aliter v. l. 14 sqq.*): ago: LIV. 8, 36, 1. 9, 7, 12. *cf.* 9, 26, 15. 39, 5, 2.

II ***de homine, qui in aliquo munere rebus publicis praeest***: **A** ***de statu, generibus sim. loci selecti***: **1** ***sensu priore ac stricto de eo, qui in libera re publica sive Romana sive alia (notione tamen semper ex illa Romana sumpta) iure regundi praeditus est***: **a** ***in universum***: ***α generatim***: INSCR. column. rostr. (CIL I² 25) 3 lecione⟨s ... Cartaciniensis ... ma⟩ximosque -os (*v. p. 92, 13*) ... exfociont (*de imperatore; cf. Wölfflin SB Münch. 1890, I p. 299*). S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 11. 12 neve -um neve pro -ud ... fecise (LEX repetund. [CIL I² 583] 70 *al.* LEX agr. [CIL I² 585] 30 *al.* LEX Corn. de XX quaest. [CIL I² 587] 2, 31. *et saepius in legibus temporis vetustioris.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 31 qui possint pro -bus fungi. *cf. et* GLOSS. III 297, 36 ἀντάρχων promagistratus). LEX Bant. (CIL I² 582) 3. PLAVT. Persa 76 sumne ego stultus, qui rem curo publicam, ubi sint -us, quos curare oporteat? TER. Eun. 22 -us cum ibi adesset (-ent *dett.*), occeptast agi (*cf.* VARRO ling. 5, 153 *de praeside ludorum circensium*). GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 3 ne quis in balneis lavisse vellet, cum -us Romanus ibi esset (*cf.* LIV. 8, 10, 12 *al.*). VARRO frg. Non. p. 465, 27 -us ... ad dominatus quom aspeirarent. *al.* CIC. inv. 2, 144 lex (*sc. ficta*): qui tyrannum occiderit, ... quam volet sibi rem a -u deposcito et -us ei concedito. Verr. II 3, 168 ut ... -us a publicanis pecuniam pro usura auderet auferre. Manil. 55 -us populi Romani (*cf.* VELL. 2, 42, 1 VAL. MAX. 7, 3, 8 GAIVS inst. 1, 6 MOD. dig. 49, 3, 3. *et saepe; cf. et p. 93, 17*). dom. 2 amentis ac perditos -us. 58 nuda res publica a -bus. p. red. ad Quir. 17 rem publicam incolumem -bus deinceps traditam. Brut. 165 satis ... ingeni, quo et -us personam et consularem dignitatem tueretur. Att. 14, 5, 2 vides -us, si quidem illi -us (*cf.* 14, 6, 2). CAES. civ. 1, 7, 5 darent operam -us, ne quid res publica detrimenti capiat. SALL. Catil. 33, 3 plebs ... permota ... superbia -uum. NEP. Pel. 3, 1 -uum Thebanorum. LIV. 3, 40, 10 iustine -us summae rerum praeessent. 4, 8, 4 rem ... minime consularem suo proprio -u egere. 9, 7, 14 taedebat populum omnium -uum eius anni. 23, 10, 5 in templo -uum consedit. SEN. contr. 10, 6 them. accusator contionari ... a -u prohibitus (contr. exc. 5, 6). VAL. MAX. 2, 2, 2 -us ... prisci ... suam populique Romani maiestatem retinentes. QVINT. inst. 10, 7, 2 necessitates ... apud -us ... agendi. decl. 249 p. 23, 5 te ... produxi ad -us (*sic et sim. saepius*). 265 p. 81, 22 decem milia petit -us nomine civitatis. SVET. Iul. 84, 3 -us et honoribus functi. Aug. 30, 1 spatium urbis in regiones vicosque divisit instituitque, ut illas annui -us sortito tuerentur, hos magistri ... lecti. *al.* *nota*: PLIN. nat. 15, 19 -us honoris eius (*sc. curae gymnasii*).

β speciatim: Ⓘ *de summo* -u (*cf. p. 98, 58*): CIC. Verr. II 4, 138. 146 a -u (*i. proagoro; cf. p. 96, 75*) Siculo ... praetorem appellat (*cf.* 5, 44. 160). epist. 5, 4, 2 (*v. Sjögren*). CAES. Gall. 7, 37, 6. 7, 55, 4. 6 (*v. Meusel*). *al.* LIV. 26, 15, 7 -um Sidicinum citari iussit. 41, 16, 1. 42, 1, 7. IVST. 23, 4, 1 post profectionem a Sicilia Pyrrhi -us Hiero creatur. OPTAT. 1, 27. CLAVD. 18, 487 hunc accipit unum aula -um (*sc. consulem*). *al. cf. p. 93, 2 et v. Liebenam, Städteverwaltung 1900 p. 275 n. 5.* Ⓘⓘ *sing. collective de collegio eorum, qui munere funguntur* (*cf.* SCHOL. Ter. p. 95, 18 -us dicitur multitudo senatorum et ipsa dignitas): NEP. Them. 7, 4 ad -um (*sc. ephoros; cf. Nipperdey ad l.*) senatumque Lacedaemoniorum adiit (Lys. 4, 3. *cf.* Alc. 4, 3 Epam. 4, 3). LIV. 3, 33, 2 laeta ... principia -us eius (*sc. decemvirum. cf.* 3, 33, 7 [*ubi v. Weissenb.*] *et* POMPON. dig. 1, 2, 2, 29). *huc pertinere possunt*: CIC. Verr. II 1, 86 iniuriis in -um Milesium (*an ad* Ⓘ *referendum?*). CAES. Gall. 6, 20, 1 (*v. Meusel ad l.*). LIV. 23, 19, 8. 26, 36, 12 RVT. LVP. 1, 17 *al.* *paulo aliter*: LIV. 5, 29, 2 consules, invisus plebi -us (*cf.* 28, 37, 2 [*v. p. 96, 77*]. 38, 30, 4).

b ***de -bus tamquam parte civitatis legitime constitutae*** (*cf. p. 97, 35*): RHET. Her. 2, 12, 17 quae sunt ea (*sc. ex quibus civitatis amplitudo constat*) ...? suffragia, -us. CIC. leg. agr. 1, 19 maiores nostri Capua -us, senatum, consilium commune ... sustulerunt (*cf.* Att. 7, 11, 4 sine -bus urbem esse, sine senatu. LIV. 5, 6, 17. 9, 20, 10. 26, 16, 9 TAC. ann. 11, 19 *al.*). leg. 3, 12 -bus iisque qui praesint contineri rem publicam *eqs.* LIV. 2, 44, 9 duas civitates ex una factas, suos cuique parti -us, suas leges. 2, 56, 12 non ... populi, sed plebis eum -um esse. TAC. hist. 1, 11 Aegyptum ... insciam legum, ignaram -uum. ann. 1, 2, 1 *Caesar* munia senatus, -uum, legum in se trahens. 1, 3, 7 eadem -uum vocabula (*sc. atque rei publicae liberae*). IVST. 3, 3, 2 regibus ..., -bus ..., senatui ..., populo. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3, 12 -bus equestre ordine. *al.* ***de rationibus, quae extant inter -us et alias civitatis Romanae partes***: ANTON. or. frg. Cic. de orat. 2, 167 -us in populi R. esse potestate debent. RHET. Her. 4, 35, 47 -ūs est officium opera et diligentia consequi senatus voluntatem. CIC. Cluent. 146 legum ministri -us. leg. agr. 2, 27 binis comitiis ... de singulis -bus iudicare *populum* (*cf.* PS. SALL. rep. 2, 7, 11). Planc. 62 populus R. deligit -us quasi rei publicae vilicos. rep. 1, 63 populus in pace ... imperat ... -bus ..., in bello sic paret ut regi. leg. 3, 2 ut enim -bus leges, ita populo praesunt -us, vereque dici potest -um legem esse loquentem, legem autem mutum -um. LIV. 25, 36, 2 -us senatui et senatum populo ... duces debere esse. CIC. rep. 2, 54 ne qui -us sine provocatione crearetur. POMPON. dig. 1, 2, 2, 4 (*de decemviris, qui XII tab. conscripserunt*) neque provocatio ab eis sicut a reliquis -bus fieret. *v. et p. 97, 79.*

c ***de certis quibusdam -bus***: ***α urbis Romae*** (*cf. p. 93, 5*): ***enumerantur***: COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 -us censea⟨n⟩t ..., consules, praetores tribunosque plebis *eqs.* CIC. Cluent. 148 'qui tribunus militum ... quive quaestor, tribunus plebis', deinceps omnes -us nominavit. TAC. ann. 12, 64 deminutus omnium -uum numerus, quaestore, aedili, tribuno ac praetore et consule defunctis. ***opponuntur*** ceteri, reliqui, alii -us *distincte appellatis* (*cf.* TAB. cens. Varro ling. 6, 87 censor, scribae, -us ... unguentur): CIC. Verr. II 5, 143 *tribunis plebis.* Phil. 2, 81 *consulibus* (CAES. civ. 3, 21, 1 *al.*). leg. 3, 9 *consuli magistrove populi.* LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 154 *censori.* LIV. 9, 32, 6 *decemviris.* 34, 1, 7 *consulibus praetoribusque.* LEX arae urb. (CIL VI 30837 b) 20 *praetori. al.; cf. et p. 97, 2 sqq.* ***varia***: CIC. Att. 6, 1, 8 *de aedili curuli* (*cf.* PAVL. FEST. p. 13 M.). epist. 3, 10, 11 cuius (*sc. censoris*) -us officia. LIV. 4, 13, 7 relatum inter -us praefecti *annonae* nomen (*sed cf.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 33 praefectus annonae et vigilum non sunt -us, sed extra ordinem utilitatis causa constituti). 6, 28, 4 *de magistro equitum* (*cf.* 9, 26, 7 POMPON. dig. 1, 2, 2, 19). 6, 40, 14 *de tr. pl. al.* VLP. dig. 1, 13, 1 pr. origo quaestoribus creandis ... paene ante omnes -us. ***de -bus Romanis provinciarum administratione fungentibus***: S. C. de Asclep. (CIL I² 588) 10 litteras ad -us (*gr. 29* ἄρχοντας) nostros quei Asiam Macedoniam provincias optinent, ... et ad -us (*pertinet ad β; gr. 30* ἄρχοντας) eorum (*sc. peregrinorum*) mittant (*cf.* CIC. Verr. II 2, 8 Manil. 65 *et saepius*). LIV. 39, 54, 10 *al.* ITALA act. 16, 19 (cod. d) traxerunt in forum ad -os (ἄρχοντας, *Vulg.* principes). RVFIN. hist. 1, 6, 6 R. -us (στρατηγός). *al.* ***opponuntur -us populi Romani iis, quibus ab imperatoribus munera superiora mandantur***: TAC. ann. 13, 31 ne quis -us aut procurator ... spectaculum ... ederet. SVET. Aug. 89, 2 aut ad domesticos aut ad exercituum provinciarumque rectores aut ad urbis -us. Dom. 8, 2 -bus ... urbicis provinciarumque praesidibus (*cf.* VLP. dig. 4, 2, 3, 1 [*interpol.*] populi Romani -us vel provinciae praeses. 11, 1, 4, 1 [*v. p. 98, 21*]). PROC. dig. 1, 18, 12 licet is qui provinciae praeest, omnium Romae -uum vice et officio fungi debeat (*cf.* TAC. ann. 12, 60, *ubi v. Nipp.-Andr.*). ***β de -bus municipiorum coloniarumve*** (*cf. etiam l. 27*): LEX Mamil. (grom. p. 263) 9 -us, qui in ea colonia, municipio, praefectura, foro, conciliabulo iure dicundo praeerit. p. 265, 6. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 99 comitia ... (-ui) rogando subrogandove. LEX Vrson. (CIL I² 594) 125, 14 qui tum decurio c(ol.) G(en.) erit quive tum -us imperium potestatemve colonor(um) suffragio geret. CIC. epist. 13, 11, 3 is ... -us (*sc. aedilis*) in nostro municipio nec alius ullus creari solet. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 6 quicumqu⟨e post⟩ea in colonia nostra IIvir(i) praefecti sive qui ali -us er⟨unt⟩. EPIST. imp. Vesp. ad Vanac. (CIL X 8038) 2 -bus et senatoribus Vanacinorum. DECRET. decur. Caeret. (CIL XI 3614) 15 -us et decurion(es). 19 CIL VIII 5884. 12421, 3 XI 6204, 4. DECRET. decur. Cum. (CIL X 3698) 14 XV(viris) sac(ris) fac(iundis) pr(aetoribus) et -bus. VLP. dig. 2, 3, 1 pr. omnibus -bus, non tamen (tantum *leg.?; v. Rudorff, Röm. Rechtsgesch. 2, 313 n. 22*) duumviris. EPIST. inc. de Tymand. (CIL III 6866) 26 -us ... itemque aediles, quaestores quoque ... creare. *al.* TAC. hist. 4, 45 pulsatum se in colonia Seniensi ... iussu -uum. SIC. FLACC. grom. p. 98, 17 Th. coloniarum aut municipiorum -bus. GAIVS dig. 50, 1, 29 et his -bus parere debet, apud quos incola est, et illis, apud quos civis est. *al. praecipue apud ICTOS.* -us ***municipalis***: VLP. dig. 2, 1, 12 *al.* PAVL. dig. 11, 4, 4 *al.* COD. Iust. 5, 34, 5 (*a. 293*). 5, 75, 5 (*a. 294*). COD. Theod. 8, 5, 1 (*a. 315*). 8, 12, 8, 1 (*a. 415*). COD. Iust. 1, 56 rubr. ***cf. et. p. 93, 22 sqq.*** ***opponuntur*** -us *municipiorum iis, quibus ab imperatoribus munera superiora in provinciis mandantur*: VLP. dig. 11, 4, 1, 2 et **praesides** et -us (*cf.* 27, 8, 1, 3 CYPR. Demetr. 13 p. 360, 28 *al.*). 2, 1, 13, 1 -us ... vel is qui in potestate aliqua sit, ut puta proconsul vel praetor vel alii qui provincias regunt (cf. CYPR. epist. 37, 2 p. 577, 5 -us et consules sive proconsules. *al.*). COD. Theod. 5, 15, 20 (*a. 366*) apud curatores vel -us. 9, 2, 5 (*a. 409*) defensores civitatum, curatores, -us et ordines. *al.* ***γ de -bus gentium exterarum***: *in universum*: CIC. Verr. II 1, 44 -um Sicyonium. 2, 162 Centuripinorum -us et decemprimos. 3, 34 -us Siculus (3, 117). CAES. Gall. 2, 3, 5 Suessiones ..., qui ... unum imperium unumque -um cum ipsis (*sc. Remis*) habeant. LIV. 38, 11, 5 Corcyraeorum -bus. CIL XIII 8771, 5 ⟨s⟩ummus (-us) ⟨c⟩ivitatis Batavor(um). *al.* *de quibusdam -bus distincte nominatis*: CIC. Verr. II 4, 50 proagorum ... summum -um *Catinensium.* LIV. 23, 35, 13 medix tuticus ... summus -us erat Campanis (*cf.* PAVL. FEST. p. 123 M.). 28, 37, 2 sufetes ... summus Poenis est -us. 32, 22, 2 inter -us gentis — damiurgos vocant *Achaei.* 35, 31, 11 Magnetarchen summum -um vocant *Magnetes.* TREB. Gall. 11, 3 archon ... summus -us *Athenis.* *v. et p. 93, 30 sqq.*

2 ***sensu latiore recentioris temporis significat omnes aliqua potestate publica sive a populo sive ab imperatoribus aliisve superioribus mandata sive usurpata praeditos***: **a** ***de iis, qui aliquo munere superiore ab imperatoribus Romanis mandato***

[Wolff]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel in administratione vel in re militari vel in iurisdictione funguntur: VLP. dig. 4, 4, 16, 5 tam praefectus urbi quam alii -us. CHAR. dig. 1, 11, 1, 2 ne...ab aliis -bus nisi ab ipsis praefectis praetorio restitui possint. EPIST. pontif. 358. (*inter a. 418—422*) Migne 20, 789^D -us . . . amissione cinguli condemnatione plectetur. COD. Iust. 1, 51, 11 (*a. 444*) non parum adsessoribus -uum maiorum quam ipsis iudicibus nostrae benivolentiae. 1, 51, 14 pr. -us, quibus res publica gerenda committitur. *ibid.* 1 nec . . . concessum . . . duobus -bus adsidere et utriusque iudicii curam peragere. 3, 1, 17 militares -us . . . approbatos, ut . . . audiant lites. 6, 61, 1, 16 a nostris (*sc. imperatoris*) -bus. 7, 45, 13 cognitionales . . . amplissimae praefecturae vel alicuius maximi -us . . . sententiae. INST. Iust. 1, 20, 5 publicas personas id est -us. *v. et l. 68 et cf. p. 93, 65 sqq.* **b** *alia*: AMPEL. 15, 13 triginta -us Lacedaemonios tyrannidis dominatione saevientis. ITALA psalm. 117, 9 (Tert. adv. Marc. 5, 14 p. 626, 2) sperare in -us (ἄρχουσι, *Vulg.* in principibus). VVLG. Dan. 2, 48 constituit eum . . . praefectum -uum super . . . sapientes Babylonis. HIER. chron. a. Abr. 787 Minotaurum -um Minois fuisse . . . crudelem. *al.* *c. gen. rei imperio subiectae*: ITALA Ios. 13, 3 (Lugd.) *terra* quae reputatur quinque -bus (σατραπείαις, *Vulg.* in v regulos) Phylistinorum (*an de ipsis regionibus i. praefecturis?*). HIER. chron. a. Abr. 2076 Festo -ui Iudaeae succedit Albinus. VVLG. I par. 25, 1 David et -us exercitus. Luc. 22, 52 principes sacerdotum et -us (στρατηγούς) templi (*cf.* act. 4, 1 *et l. 67 p. 92, 35*). *aliter*: ITALA apoc. 18, 23 (Primas.) -us (μεγιστᾶνες, *Vulg.* principes) terrae (*i. qui in terra sunt. cf. l. 48 et 60.* CELERIN. Cypr. epist. 21, 1 p. 529, 13 -us huius mundi). *metaphorice* (*cf. p. 98, 1*): TERT. idol. 18 p. 52, 2 daemonia -us sunt saeculi huius (*cf.* AVG. serm. 12, 2, 2 principem vel -um h. s.). RVFIN. Orig. in Ios. 12, 1 p. 367, 9 B. dominus Iesus cum suo exercitu et -bus, id est credentium populis atque eorum ducibus.

3 *coni. vel opp.*: **a** *opponuntur qui nullo munere publico funguntur*: CIC. Mur. 85 et -uum consiliis et privatorum diligentia. Mil. 87 rep. 1, 67 off. 1, 124 *al.* PAVL. FEST. p. 126 M. QVINT. inst. 5, 10, 26 *al. cf. p. 92, 62 sqq.* **b** *iuxta afferuntur alii aliqua potestate publica praediti* (*cf. et p. 95, 64 sqq.*): CIC. Tusc. 1, 74 tamquam a -u aut ab aliqua potestate legitima . . . evocatus. SVET. Claud. 23, 1 -bus . . . potestatibus. MARCIAN. dig. 48, 4, 3. TERT. idol. 15 (*v. l. 58*). VVLG. Luc. 12, 11 GLOSS. III 455, 32. CIC. Verr. II 4, 44 -um aut aliquem superiorem. off. 2, 26 nostri autem -us imperatoresque. SALL. Catil. 53, 5. LIV. 23, 7, 1 imperator -usve Poenorum. QVINT. inst. 2, 16, 5 nec duces . . . nec -us. VVLG. Iudith 2, 7 duces et -us virtutis Assyriorum. Ier. 51, 23 *al. v. etiam l. 51.* CIC. Brut. 53 qui . . . regem . . . expulerit civitatemque . . . -bus annuis . . . devinxerit (*cf.* leg. 3, 15 LIV. 9, 9, 6 POMPON. dig. 1, 2, 2, 14. AVG. civ. 18, 20 p. 282, 7 D. habere . . . reges . . . destiterunt et -us habere coeperunt). LIV. 29, 12, 12 adfuit . . . Athamanum rex et -us alii Epirotarum (*cf. p. 95, 75*). ITALA psalm. 2, 2 (Tert. adv. Marc. 1, 21 p. 317, 14 reges terrae et -us (ἄρχοντες, *Vulg.* principes); *item* apoc. 6, 15 (Primas.), *ubi gr.* μεγιστᾶνες. Matth. 10, 18 (cod. k) ante reges et -us (ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς, *Vulg.* ad praesides et ad reges). *cf.* HIER. in Ezech. 7, 23 p. 219^B duces et -us sive tristatas (*v. totum locum*). CIC. rep. 1, 66 -us et principes (*cf.* 2, 57. 62 CAES. Gall. 6, 22, 2 [*v. Meusel ad l.*]. civ. 2, 19, 1 LIV. 35, 46, 4 *al.* *nota*: CAES. Gall. 6, 23, 5 [*de Germanis*] in pace nullus est communis -us, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt). QVINT. inst. 5, 2, 5 consulta . . . senatus et decreta principum (*sc. Caesarum*) vel -uum (*cf.* 11, 1, 43 *al.*). APVL. flor. 16 p. 75 populo, . . . ordini, . . . -bus et principibus. TERT. idol. 15 p. 49, 1 esse nos . . . subditos -bus et principibus et potestatibus. HIL. in psalm. 68, 14 dei sapientia . . . nullis . . . principibus ac -bus saeculi cognita. VVLG. I Esdr. 9, 2. Dan. 3, 2 ad congregandos satrapas, -us et iudices, duces et tyrannos et praefectos omnesque principes regionum. 6, 7. CIC. Verr. II 5, 21 cum -bus sacerdotibusque. TAC. ann. 13, 27 ARNOB. nat. 4, 35 p. 169, 27. VVLG. II Esdr. 2, 16 et sacerdotibus et optimatibus et -bus. Luc. 23, 13 convocatis principibus sacerdotum et -bus (ἄρχοντας) *Iudaeorum*. *nota*: 22, 4 locutus est cum principibus sacerdotum et -bus (στρατηγοῖς) *templi* (*cf. l. 23*). *cf. et* CONC. Matisc. a. 585 p. 167, 25 non audeat eas *actiones* -ui cumtradere, sed in episcopi tantum iudicio. *cf. et p. 93, 42 sqq.*

B ***de potestate, officiis, honoribus** -uum*: **1** *de iure coercendi imperandive*: LEX luci Lucer. (CIL I^2 401) 6 seive -us volet, moltare ⟨li⟩cetod (*cf.* LEX Bant. [CIL I^2 582] 9 eam pequniam quei volet -us exsigito. 11 sei quis (-us) multam inrogare volet. LEX Tarent. [CIL I^2 590] 6. 36 VARRO ling. 6, 177 CIC. leg. 3, 6 *al.*). PLAVT. Rud. 477 optimo ⟨me⟩ iure in vinclis enicet -us. LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 2, 13 neive quis -us . . . facito neive inperato, quo quid magis iei dent. CIC. Verr. II 2, 58 cogi a -u furtum reddere. rep. 1, 37 -uum . . . imperia civibus sociisque praesunt ut corporibus animus. 2, 53 ne quis -us civem Romanum adversus provocationem necaret neve verberaret (*cf.* VAL. MAX. 4, 1, 1). SALL. Catil. 29, 3 ea potestas per senatum . . . -ui . . . permittitur: exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque civis, domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere. PAVL. FEST. p. 16 M. SEN. contr. exc. 8, 1 *al.* PLIN. nat. 16, 75 arbor . . . terribilis -uum virgis.

VLP. dig. 4, 2, 3, 1 vim . . . quam -us recte intulit. *al.* *tropice*: SEN. benef. 3, 11, 1 quia utile est iuventuti regi, inposuimus illi quasi domesticos -us. *de imperio*: LEX Vrson. (CIL I^2 594) 125, 14 *v. p. 96, 43.* SALL. Iug. 77, 1 VELL. 2, 89, 3 SVET. Aug. 47. VLP. dig. 47, 10, 32 (*interpol.*) ex minoribus -bus . . ., qui sine imperio et potestate sunt. 48, 4, 1, 1. PAVL. dig. 50, 1, 26 pr. quae magis imperii sunt quam iurisdictionis, -us municipalis facere non potest. 50, 16, 215 potestatis verbo plura significantur: in persona -uum imperium.

2 *de potestate quaerendi, ius dicendi et edicendi* (*cf. p. 96, 41*): PLAVT. Truc. 761 apud . . . -us (*sc. tresviros capitales; v. Leo ad l.*) faxo erit nomen tuom. TER. Phorm. 403 -us adi, iudicium . . . ut reddant tibi (*cf.* CIC. Tull. 41 *al.*). LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 2, 1 -us . . . quoia de ea re iurisdictio erit, . . . ious deicunto. *al.* CIC. Quinct. 68 absentem defendebat per ius et per -um. Vatin. 34 quaestionem -us . . . sublatam. QVINT. inst. 6, 4, 11 iudices vel praesidentes -us appellando (*cf.* decl. 306 p. 202, 10 EDICT. praet. Vlp. dig. 4, 6, 1, 1). GAIVS inst. 1, 99 adoptio . . . fit . . . imperio -us. *al.*

de potestate manumittendi: VARRO ling. 8, 83. *discernuntur -us et iudex privatus ab eo datus*: CIC. Caecin. 97 VLP. dig. 42, 1, 15 pr. MOD. dig. 49, 3, 3. *cf.* COD. Theod. 8, 12, 1, 2 (*a. 316 vel 323*) apud iudicem vel -us (*sc. municipales*). *sim.*: VLP. dig. 11, 1, 4, 1 apud -us populi Romani vel praesides provinciarum ⌊vel alios iudices⌋ (*interpol.*). CIC. top. 28 si quis ius civile dicat id esse, quod in legibus . . . edictis (*v. vol. V 2 p. 73, 32*) -uum consistat (*cf.* GAIVS inst. 1, 6 ius . . . edicendi habent -us populi Romani). QVINT. decl. 313 p. 229, 3 ius. . . a -bus scriptum. POMPON. dig. 1, 2, 2, 10 MOD. dig. 44, 7, 52, 6.

3 *de iure rogandi apud populum et convocandi senatum populumque*: LEX Bant. (CIL I^2 582) 5 (-us) queiquomque comitia conciliumve habebit. VARRO ling. 6, 93 alia de causa hic -us (*i. quaestor*) non potest exercitum urbanum convocare; censor . . . potest. 6, 94 frg. Gell. 13, 13, 4. MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 multi -us simul contionem habere possunt. AT. CAP. Gell. 10, 20, 2 LIV. 3, 71, 3. 26, 13, 1 timor frequentem senatum -ui praebuit. PAVL. FEST. p. 38 M. *al.* TAC. ann. 3, 17, 4.

4 *de variis functionibus -uum*: *in re sacra*: CAECIL. com. 182 -us publice (publicae ⟨rei⟩ *Ribb.*) cum auspicant (*cf.* VARRO frg. Non. p. 92, 10 CIC. leg. 3, 10). VARRO ling. 5, 122. 6, 61 aedis sacra a -u . . . dedicatur. DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (CIL XI 1420) 18. R. GEST. div. Aug. c. 12 aram . . . in qua -us et sacerdotes . . . anniversarium sacrificium facere iussit. LIV. 43, 13, 8 LEX arae urb. (CIL VI 30837 b) 20 *al.* *in ludis faciendis*: LEX Vrson. (CIL I^2 594) 66, 5 R. GEST. div. Aug c. 22 LIV. 36, 2, 5 VITR. 10 praef. 3 *al.* *in re militari*: CATO or. frg. 1, 12 ridibundum -um ⟨rem⟩ gerere . . ., mediocriculum exercitum obvium duci. CIC. leg. 2, 31. LIV. 29, 15, 14 -us ire domos ad dilectus habendos. *cf. de Germanis*: CAES. Gall. 6, 23, 4 -us qui ei bello praesint . . ., deliguntur (*v. Meusel ad l.*). *in tuenda, servanda civitate, urbe*: CIC. Verr. II 1, 151 *filium* aequitati -uum . . . commendatum (*cf.* LIV. 4, 9, 6 *de tuenda filia*). Att. 4, 2, 4 auctoritatem ordinis ab omnibus -bus defendi. LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 69 aedilium eorumve (-uum), quei vieis loceisque publiceis . . . purgandeis praeerunt (*cf.* VLP. dig. 43, 8, 2, 24. 25). SALL. Catil. 30, 7 *vigiliis* minores -us praeessent (*cf.* LIV. 32, 26, 17. 39, 16, 12). LIV. 4, 46, 9 per minores -us sedato in urbe tumultu (*cf.* 25, 1, 11). *in vectigalibus locandis sim.*: S. C. de Asclep. (CIL I^2 588) 6 -us nostri queiquomque Asiam Euboeam locabunt vectigalve . . . imponent. LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 73. FRONTIN. aq. 95 ad quem . . . -um ius dandae vendendaeve aquae pertinuerit. *in indicandis annis e summis -bus*: *Romanorum*: CIC. Att. 6, 7, 2 his -bus (NEP. Hann. 7, 2). CAEL. Cic. epist. 8, 10, 3 novis -bus. *Atheniensium*: SEN. epist. 18, 9 Charino -u (*cf.* PLIN. nat. 3, 58). PLIN. nat. 33, 113 ante . . . -um. *Gallorum*: TEST. Galli (CIL XIII 5708) 1, 19 inscribantur . . . nomina (-uum), quib(us) coeptum erit aedificium.

5 *de dignitate, honoribus -uum*: CIC. Tull. 49 eius -us (*sc. tribuni*) corpus legibus vallatum. Verr. II 2, 122 nostrorum -uum auctoritate (*cf.* LIV. 42, 34, 15 VAL. MAX. 2, 2, 7). LIV. 2, 36, 3 verecundia . . . maiestatis -uum [timorem] vicit (39, 37, 18 QVINT. inst. 10, 5, 13 decl. 252 p. 30, 14. *cf. et p. 92, 78*). SEN. contr. 2, 3, 15 non potes . . . -um in ius vocare (VLP. dig. 2, 4, 2 *al.* *at cf.* VARRO frg. Gell. 13, 13, 4). PLIN. paneg. 60, 2 constare reverentiam -bus, legibus auctoritatem. *al.* *nota*: SERV. Aen. 12, 500 equo desilire, caput aperire (*cf.* PLIN. nat. 28, 60), via decedere, adsurgere: hoc . . . praecones praeeuntes -us clamare dicebantur. auct. Aen. 1, 727 *candelabra* praeferri -bus.

de officialibus -uum: VARRO ling. 5, 87 legati . . ., quorum opera consilioque uteretur peregre -us (*cf.* CIC. Verr. II 5, 83 Pis. 34 *al.*). CIC. Verr. II 3, 183 *scribarum* fidei . . . pericula . . . -uum committuntur (*cf.* LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 80 quei scribae librarei -bus apparebunt. *al.*). TIRO Gell. 12, 3, 3 qui -bus praeministrabant. FEST. p. 371 M. viatores . . . -bus apparent (*cf.* SVET. gramm. 9 p. 106, 19). PAVL. FEST. p. 31 M. Bruttiani . . . officia servilia -bus praestabant. SEN. nat. 4 praef. 13 verba . . . ab alio -u ad alium cum lictoribus transeunt. APVL. met. 3, 2 -bus eorumque ministris. *al. cf. et l. 71.*

de insignibus -uum: SALL. Catil. 51, 38 insignia -uum ab Tuscis pleraque sumpserunt *Romani* (*cf.* FRONTIN. aq. 99 *al.*). LIV. 30, 28, 7 non esse . . . tot fasces -bus populi Romani. 34, 7, 2 -bus . . . togae

[*Wolff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praetextae habendae ius permittimus (*cf.* SERV. Aen. 14, 169). APVL. met. 1, 24 et lixas et virgas (*cf. p. 97, 84*) et habitum prorsus -ui congruentem. *al. cf. et p. 92, 75 sqq.*

***iuncturae** selectae (de -bus creandis sim.)*: comitia -uum *v. vol. III 1806, 60 sqq.*

-um (-ūs) creo: *v. vol. IV 1162, 10. 48 sqq. 1164, 2 sqq. 60. 79.* denomino: COD. Iust. 11, 34, 2 (*imp. Gord.*). designo: CIC. Sest. 70 LIV. 35, 41, 2 SCHOL. Cic. Bob. p. 148, 11 St. eligo: FLOR. epit. 2, 6, 26. facio: VAL. MAX. 9, 10, 1. *cf.* SEN. benef. 6, 13, 3 fieri ... me -um. lego: VERG. Aen. 1, 426 (*in v. suspecto*) iura -usque legunt sanctumque senatum. nomino: PAPIN. dig. 50, 1, 11, 1 COD. Theod. 11, 30, 12 (*a. 323*). rogo (*cf. p. 96, 42*): SALL. Iug. 29, 7 LIV. 1, 17, 9. subrogo (*cf. p. 96, 43*): LIV. 3, 38, 1 *al.* VAL. MAX. 6, 3, 2. sufficio(?): POMPON. dig. 1, 2, 2, 24.

***epitheta** (ad I et II)*: *ad a u c t o r i t a t e m -uum spectantia*: LIV. 7, 32, 16 in -bus p a r v i s m a g n i s q u e. -us maior *vel* minor: *ad I*: PLIN. epist. 10, 79, 2 (*de -bus oppidorum Bithynicorum*). CALL. dig. 50, 4, 14, 5 (*de -bus municipalibus*). *ad II*: MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 15, 4. 13, 16, 1 VLP. dig. 4, 4, 18 pr. *al.* CIC. leg. 3, 6 minoris -us (TAC. ann. 4, 6, 2 SVET. Iul. 41, 1 VLP. dig. 47, 10, 32 *al. cf. et p. 98, 51*). LIV. 3, 55, 9 a maioribus -bus (PAVL. FEST. p. 136 M. *al. aliter v. p. 97, 6*). *cf.* LIV. 5, 49, 2 ab inferioris iuris -u. FIRM. math. 3, 2, 10 minoris loci -us. maximus: *ad I*: LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 143 (*in municipiis*). LENT. Cic. epist. 12, 15, 4 NEP. Pel. 3, 2 (*Thebis*). COD. Iust. 7, 45, 13. *ad II (cf. p. 95, 12. 97, 12)*: NEP. Lys. 4, 3 (*Spartae*). Pel. 2, 2 (*Thebis*). summus: *ad I: de consulatu Romano*: SVET. Iul. 19, 1. *ceteri loci spectant ad gentes exteras*: CIC. Verr. II 4, 86 LIV. 5, 28, 3 *al. v. et p. 93, 35 sqq.* *ad II: v. p. 96, 75 sqq.* amplissimus: *de Romanis*: CAES. civ. 3, 59, 2 PLIN. epist. 4, 23, 2. *speciatim de consulatu*: SVET. Aug. 26, 2. *nota usum technicum*: AMM. 21, 6, 5. 21, 10, 8 *al.*; *de Lacedaemoniis v. p. 93, 33.* splendidus: COD. Theod. 12, 1, 122 (*a. 390*). legitimus: CAES. civ. 3, 22, 4 POMPON. dig. 1, 2, 2, 19. sacrosanctus: BELL. Hisp. 42, 4 LIV. 2, 33, 1. sanctissimus: CIC. Sest. 55. 83. *ad g e n e r a -uum spectantia*: curulis: *v. vol. IV 1544, 59 sqq.* patricius: *ad I*: SALL. or. Macri 15 LIV. 3, 67, 9 *al.* *ad II*. CIC. leg. agr. 2, 26 dom. 38 ad Brut. 1, 5, 4 LIV. 3, 39, 9. 4, 8, 5 *al.* SCHOL. Cic. Clun. p. 270, 20 St. plebeius: *ad I*: LIV. 4, 25, 11. 7, 18, 4 ut plebeius iam -us consulatus fiat. PAVL. FEST. p. 231 M. *ad II*: LIV. 2, 34, 9. 6, 11, 7 *al.* FEST. p. 293 M. POMPON. dig. 1, 2, 2, 20 VIR. ill. 33, 10. *cf.* FEST. p. 230 M. ⟨plebeias appella-⟩mus *tabernas* a genere -us. eas enim faciendas curaverunt ... aediles pl. senatorius (*ad I*): SCHOL. Cic. Bob. p. 153, 20 St. militaris: *v. p. 97, 9.* *ad l o c u m t e m p u s v e a d m i n i s t r a t i o n i s spectantia*: municipalis: *v. p. 96, 59 sqq.* urbanus: LIV. 10, 9, 11. urbicus: SVET. Aug. 46 DOM. 8, 1. annuus: *v. vol. II 120, 55 sqq.*; *adde*: LIV. 3, 39, 8 *al.* VELL. 1, 8, 3 SVET. Iul. 23, 2 IVST. 2, 7, 2 *al.* annualis: CIL VIII 12421, 3. quinquennalis: APVL. met. 10, 18. n o v u s: PLAVT. Truc. 761 VARRO Men. 378 CIC. Att. 3, 19, 1 LIV. 2, 22, 5. 30, 39, 5 cum ... v e t e r e s -us abissent, n o v i suffecti non essent. *al. cf. et p. 98, 59; aliter p. 93, 18.*

comp.: promagistratus.

***magistriānus**, -ī *m.* [*a* magister, *cf.* praetorianus, comitianus *sim. J. B. H.*] *titulus a g e n t i u m i n r e b u s (cf. Seeck, RE I 776, 26; Hirschfeld, Kl. Schr. 645) i. o f f i c i a l i u m m a g i s t r i o f f i c i o r u m, praecipue eorum, qui in a d m i n i s t r a t i o n e c u r s u s p u b l i c i occupati aut in s p e c u l i s sunt. inde a s. V saepe etiam in graecis legitur* μαγιστριανός, *cf. e. g.* PAP. Oxyrh. VI 904, 2 (*v. l. 81*). XVI 1960, 4 (*a. 511*). Cairo catal. II 67126, 58 (*a. 541*) μαγιστριανὸς τῶν θείων ὀφφικίων (*cf. etiam Meinersmann, Lat. Wört. in gr. Pap. p. 34*). LYD. mag. 2, 26 πλῆθος ... τῶν πάλαι μὲν φρουμενταρίων, νῦν δὲ μαγιστριανῶν. 3, 7. 12. 24 COD. Iust. 12, 60, 7 MALALAS PHOTIVS CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. *passim etiam in versionibus, quae extant ad locos infra allatos; nota*: HIST. Laus. ed. Butl. p. 161, 21. 162, 6 μαγιστριανός (*Pallad. hist. mon. I p. 336ᶜ* agens in rebus. *sim.*: GLOSS.ᴸ II Philox. AG 6 agens in rebus μαγιστριανός).

A *adi.*: **I** *i. q. male faciens, sceleratus, nefarius, improbus*: a *generatim*: PLAVT. Bacch. 280 lembum conspicor longum, strigorem -um exornarier. Cas. 783 mores -os (Mil. 194. *cf.* TAC. ann. 4, 21, 3 sordidae originis, -ae vitae). Pseud. 195^{a} satin magnificus ... videtur? :: ... atque etiam -us (*de lectione* malif- *v. Ritschl et Studemund ll. cc.*). 938 neque ego hoc homine quemquam vidi magis malum et -um. CIC. Verr. II 5, 144 in externorum hominum -orum sceleratorumque, in praedonum hostiumque custodias. Tusc. 5, 57 *Dionysium* -um natura et iniustum (*cf.* COD. Theod. 1, 16, 6 iniustis et -is iudicibus). PHAEDR. 2, 6, 2 consiliator. SEN. Tro. 752 dolis et astu -ae mentis (*cf.* dial. 4, 31, 8 cuicumque pravum -umque ingenium est. PLIN. nat. 9, 182 voluntate). PLIN. nat. 10, 17 ova hic (*sc. draco*) consectatur aquilae aviditate -a. TAC. ann. 6, 3, 4 Paconianum ... audacem, -um. SVET. Nero 16, 2 Christiani, genus hominum superstitionis novae ac -ae. Galba 15, 2 -issimos *emissarios Neronis* incolumes praestitit *Galba*. *de hominibus artem magicam (v. l. 61) exercentibus*: FEST. p. 314 M. str⟨igem ut ait Verrius⟩ (*Müller*) Graeci στρίγγα app⟨ellant, quo⟩d -is mulieribus nomen inditum est, quas volaticas etiam vocant. APVL. apol. 51 magi et -i hominis esse morbis mederi. b *speciatim i. q. magicus*: APVL. met. 3, 16 -ae disciplinae perinfames sumus (*cf.* HIER. in Gal. 5, 13 p. 407^{D} ad veneficia et ad -as artes [in Ezech. 13, 17 p. 114^{D} in Am. 3, 7 p. 1073^{C} in Is. 8, 19 p. 123^{B} VVLG. II par. 33, 6 COD. Theod. 9, 16, 11. *et al.*]). PORPH. Hor. epod. 17, 58 -a sacra. ARNOB. nat. 1, 52 p. 36, 2 quidquid -i graminis nutricant terrarum sinus. MACR. Sat. 5, 19, 9 Medeam -as herbas secantem. *et al.* *neutr. pl. pro subst.*: *i. q. res ad magiam pertinentes*: TAC. ann. 2, 69, 3 reperiebantur ... carmina et devotiones ..., semusti cineres ... aliaque -a (maleficia *Beroald.*), quis creditur animas numinibus infernis sacrari.

2 *i. q. perniciosus, noxius*: VARRO rust. 3, 7, 3 serpens aliutve quid animal -um (3, 16, 7 *apis* minime -a. SALL. Iug. 17, 6 -i generis plurume animalia [MELA 1, 21 multo ac -o genere animalium. 2, 126]. PAVL. FEST. p. 300 M. bestiolae. PLIN. nat. 8, 228. 229. 9, 50 nulla intrat bestia piscibus -a. 12, 73 -um alias frondibus animal. *al.* AMM. 28, 3, 4). VITR. 8, 3, 15 aquae genera mortifera, quae per -um sucum terrae percurrentia recipiunt in se vim venenatam (*cf.* PS. QVINT. decl. 13, 5 linivit flores -is sucis. 13, 10). PLIN. nat. 7, 160 occursu -orum siderum (*cf.* TERT. adv. Marc. 1, 18 p. 313, 6. SCHOL. Pers. 5, 50 Saturni stella [*opp.* benefica (*v. et p. 177, 3*); *cf.* AMBR. hex. 4, 4, 17 benefici signi ..., -i et noxii. AVG. civ. 10, 11 p. 419, 4 D.; *sim.* CHALC. comm. 174 *opp.* bonae]. MACR. somn. 1, 19, 20 stella -a esse dicatur, sicut de Martis et Saturni stellis existimatur). 17, 267. 18, 306 nihil -um nasci (*cf. p. 177, 25*). 31, 18 lacum Insanum -a vi appellatum (*cf.* 33,

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

84). *fere i. q. malignus*: Nep. Ages. 8, 1 vir ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic -am (malignam *Cornelissen*) nactus est in corpore fingendo (Lact. ira 2, 8 *opp.* beneficam [*cf. p. 176, 80*]). *nota*: Petr. Chrys. serm. 132 p. 563[A] qui de se -us ... praeter ecclesiam vitam quaerit.

B ***subst.*** (*v. et p. 176, 67*): **1** *m.* maleficus, -ī. **a** *generatim i. q. homo nefarius, sceleratus* (*de re v. p. 174, 68*): Plavt. Trin. 551 *opp.* qui aetatem egerint caste suam. Cic. Verr. II 3, 4 -um quempiam adduxeris aut crudelem. leg. 1, 32 quae *natio* superbos, quae -os, quae crudeles, ... non aspernatur ...? Pavl. Fest. p. 264 M. -orum genus. Phaedr. 4, 11, 20 *opp.* bonus. Colvm. 7, 12, 3 villae custos ... *talis sit canis*, ut ... -um ... terreat. Pomp. Trog. Plin. nat. 11, 276 -os moribus esse indicant qui carnosos a naribus angulos habent. Qvint. inst. 12, 9, 10 maledicus a -o non distat nisi occasione. Tac. ann. 3, 27, 1. Tert. apol. 1, 11 -i gestiunt latere. Itala psalm. 21, 17 (Tert. adv. Marc. 4, 42 p. 564, 5) synagoga -orum circumvallavit me (πονηρευομένων. *Vulg.* malignantium). I Petr. 4, 15 (Cypr. testim. 3, 37 *al.*) tamquam fur aut homicida ... aut tamquam -us (κακοποιός. *Vulg.* maledicus). Avg. serm. 327, 1 p. 1451. in euang. Ioh. 88, 4 p. 1856[in.] et homicidas et adulteros, et quoscumque -os, quos contra leges publicas fecisse cognoscerent, puniebant. *al.* *nota de bestiis personatis*: Phaedr. 2, 3, 2 laceratus quidam morsu vehementis canis tinctum cruore panem misit -o. app. 17, 5. *paulo aliter*: Plin. nat. 20, 133 suco *rutae* perunctos ... negant feriri ab his -is (*de bestiolis ante nominatis; an neutr. [cf. p. 176, 84] est?* maleficiis [*cf. p. 176, 17*] *plurr. edd. ante Detl.*). **b** *speciatim i. q. magus, incantator* ([*v. Thielmann, ALL 1, 1884, 78. Mommsen, Strafr. 640.*] Lact. inst. 2, 16, 4 *daemonas* magi et ii quos vere -os vulgus appellat ... cient. Hier. in Dan. 2, 2 consuetudo ... et sermo communis magos pro -is accipit. Avg. civ. 10, 9 p. 415, 13 D. Cod. Theod. 9, 16, 4 Chaldaei et magi et ceteri quos -os ob facinorum magnitudinem vulgus appellat *eqs.* [Isid. orig. 8, 9, 9]. 9, 16, 6 Isid. diff. 1, 291): Vlp. dig. 37, 15, 1, 3 qui patrem et matrem ... -os appellaverit. Herm. Pal. vis. 3, 9, 7 (*v. p. 175, 77*). Comm. apol. 457 non quasi -um (maleficium *M, quod tuetur Martin, Commod. 95*) alapantur cruce levatum *Christum*? Firm. math. 6, 17, 3 cum -is et venenariis (*cf.* Physiogn. 27 p. 43, 10 guttulae sanguinolentae ... -os et venenarios indicant). *al.* Priscill. tract. 2, 47 p. 39, 9 *v. vol. VII 1, 223, 58.* Hier. epist. 45, 6, 3. in Ier. 5, 52, 3 -os, quos vel veneficos possumus appellare. Vvlg. exod. 7, 11 vocavit ... Pharao sapientes et -os. 7, 22 fecerunt ... similiter -i Aegyptiorum incantationibus suis. *al.* deut. 18, 10 *coni.* incantator. Ier. 27, 9 augures et -os. Dan. 2, 2 harioli et magi et -i et Chaldaei. Mal. 3, 5. Rvfin. hist. 8, 14, 9 *Maximinus* et manifestos -os ... promoveret (γόησιν). Orig. princ. 3, 3, 3 Avg. civ. 18, 53 p. 342, 2 D. serm. 9, 3, 3 mathematicos aut haruspices aut augures aut -os (*cf.* in psalm. 140, 18 p. 1827 in epist. Ioh. 3, 9 p. 2002). *al.* Damig. lapid. 15 Anon. de tax. rec. β p. 229 l. 15 H.-S. Cod. Theod. 11, 36, 7 observare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, -orum, adulterorum ... audiatur appellans. *al.* Coll. Mos. 15, 1, 1[tit.] 15, 3, 1[tit.] Cassian. conl. 8, 19, 3 Favst. Rei. grat. 1, 3 p. 16, 16. Cassiod. var. 3, 51, 2. 9, 18, 9. Greg. Tvr. Thom. p. 110, 9 surge -e ..., nihil enim valet magica tua. Act. Achat. 3 p. 201. *et saepe.*

2 *f.* malefica, -ae *i. q. maga*: Apvl. met. 6, 16 *v. p. 152, 6.* Schol. Hor. Vind. ars 118 unde fuit Medea -a. 340. Hor. epist. 2, 2, 108 saga: -a. Ambr. epist. 1, 12 tolle magam, tolle -am. Hier. epist. 54, 15, 4. Salv. gub. 5, 45 exemplo ... illius -ae praepotentis (*i. Circes*) *eqs.* Greg. Tvr. Franc. 6, 35 p. 275, 6. 7, 14 p. 299, 2.

structurae: dat.: p. 176, 75. abl. resp.: p. 176, 50. supra l. 13. de: *l. 5.*

adv. **maleficē**: *i. q. sceleste*: Plavt. Pseud. 1211 ego nec sycophantice quicquam ago nec -e.

malefīdus *v. s.* male *II A 2 a.*

mal(e)fīo, -fierī *a* male *et* fieri. *ubique scribitur* malf-. *i. q. animo linqui* (*cf.* male fit animo *s.* male *I A 1 a et* malefactio *p. 174, 28*): Cael. Avr. diaet. pass. 89 morsum stomachi patiuntur, -fiunt, infrigidantur. Cass. Fel. 41 p. 94, 5 subito ad digestionem ciborum laborantes gravati -fiunt. Alex. Trall. 3, 45 qui ... ex imbecillitate virtutis angustiantur -fientes. [3, 38 *v. p. 174, 53.*]

comp.: submal(e)fio. *Brink.*

malefōrmis δύσμορφος Gloss.[L] II Philox. MA 40. *a* malus *et* forma. *cf.* informis.

malehabeo (malehabitus) *v. s.* male *I A 1 a et I B 2 b α.*

maleiūro *v. s.* male *I B 4 a.*

maleloquāx (mali-), -ācis *adi. cf. c.* maleloquus *et* loquax. Ps. Pvblil. sent. 187 (p. 126 Wölffl.; *fort. genuinus*) lingua est maliloquax mentis indicium mali. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 5 p. 545[A] -es linguae. Gloss. κακολόγος, κακήγορος, vituperator, -x, maledicus, male loquens.

maleloquentia, -ae *f. cf. c.* maleloquus. *i. q. actio maledicendi, calumniandi*: Prosp. c. coll. 21, 2 ipsis, qui ... Augustini scripta reprehendunt, -ae (malae eloquentiae *l. var.*) est adempta libertas.

*****maleloquium** (mali-), -ī *n. cf. c.* maleloquus. *in libris* male- *et* mali- *ubique variant. plur.: p. 178, 4. 7. 8 al.* [*dub.*: Schol. Hor. sat. 1, 6, 46 *l. var. pro* malo eloquio.]

i. q. actio male loquendi: Tert. apol. 45, 3 quid eruditius, de maleficio an de -o interdicere? spect. 2 p. 3, 23 neque . sumpsimus ... linguam ad -um et aures ad exceptaculum -ii. Schol. Hor. carm. 4, 3, 16 -a et invidiam superasse. Schol. Stat. Theb. 1, 171 -ii veneno. Fvlg. myth. 3, 2 p. 62, 12 serram quasi -um dicitur repperisse. Ambrosiast. in Rom. 7, 5. Rvfin. Orig. in Ios. 8, 6 p. 341, 16 B. fugite detractiones et -a (Caes. Arel. Ps. Aug. serm. 261, 3). 10, 3 p. 360, 16 -a et stultiloquia et scurrilitates. Severin. doctr. p. 128[b] *inter alia vitia* (*item* Greg. M. epist. 11, 9 p. 268, 23). Svlp. Sev. epist. app. 2, 17 linguam a -o cohibe. Ps. Ignat. ad Tars. 8 -um (καταλαλιάν) et calumniam et turpiloquium. Evcher. hom. 8 p. 852[A] obtrectationibus ac -is. Favst. Rei. serm. 23 p. 316, 28 -orum impulsu. Verec. in cant. 8, 8 -orum aculeis. Mvtian. Chrysost. hom. 21, 4 p. 372[in.] parati ... ad -a (κατηγορίας). Orig. in Matth. 18, 27 p. 1635[B].

maleloquor *v. s.* male *I B 2 b et I B 4.*

maleloquus (mali-), -a, -um *a* male *et* loqui. *in libris ubique fere* mali- *scribitur.* Gloss. κακολόγος (*cf.* Rvfin. Orig. in num. 7, 1 p. 38, 1 adn. [*gloss. Ec*]). [*confunduntur* -us *et* magniloquus: Psalt. Cas. 11, 4 (*v. adn. crit.*). Arnob. in psalm. 11 p. 339[B] *in comment.*: linguam -am, *in textu*: magnil-.]

Qverol. p. 44, 9 male imprecamur ... illis sycofantis et -is. Hier. epist. 148, 16, 5 -i (-a *dett.*) lingua. Rvfin. Orig. in num. 7, 1 p. 38, 24 obtrectatores et -i. Val. Cem. hom. 5, 6 homo aut magniloquus aut -us. Evcher. hom. 8 p. 853[C]. 9 p. 856[A] suam linguam -us maculat. Max. Tavr. hom. 37 p. 308[B] inter -os taciti. *Hey.*

malemerēns, malemetuo, malemōrātus *v. s.* male.

malemōrius, -a, -um *a* male *et* mos, *cf.* benemorius *et v. Heraeus, Spr. des Petron. 29.* Gloss. -us ἀνέντροπος. -um κακότροπον. [*dub.*: Doctr. apost. 2, 6 non eris ... -i⟨u⟩s (*? an* mali moris*?* [*cf. s.* malus]; *gr.* κακοήθης).]

māleōs *indecl. v. s.* malis. [**males** *v. s.* meles.]

bubo avis **malesāga,** mali [h]ominis Gloss. IV 432, 14. 594, 35. *cf. c.* male *et* sagio, sagus.

malesānus, malesēcūrus, malesuādeo *v. s.* male.

malesuādus, -a, -um *cf. c.* male *et* suadeo. *de formatione*: Serv. Aen. 4, 8 composita unum plerumque corrumpant necesse est ut -a. Gloss. II 336, 63 κακοσύμβουλος. Gloss.[L] I Ansil. MA 426 -am male suadentem. 427 -a quae ad malum compellet (*pro* -it*?*), melius 'male suasa'.

i. q. male vel mala suadens, captiosus: **1** *de personis rebusve personatis* (*l. 43. 48*): Plavt. Most. 213 illa hanc corrumpit mulierem -a. Verg. Aen. 6, 276 -a Fames (*cf.* Clavd. Don. ad l. p. 545, 31 Macr. Sat. 5, 14, 8 *et Norden, Komm.*[2] *372; imitatur* Cypr. Gall. gen. 813). Cypr. Gall. iud. 112 populis. Rvfin. Orig. in Rom. 3, 3 -i fraude serpentis (Pavl. Nol. epist. 20, 5 p. 147, 7 [male suadentis *LM*]. Avg. c. Iul. op. imperf. 1, 71 p. 1095[med.] Pomer. 2, 19, 1 p. 464[C]). Prvd. cath. 3, 113. psych. 404 Luxuries. Pavl. Nol. epist. 8, 3 vs. 5 Roma (*cf.* Arator act. 2, 961 *Iudaea*). 23, 11 p. 169, 1 coniugi. Leo M. serm. 30, 6 p. 233[C] peccati auctor. Sidon. epist. 7, 5, 5 interpres. **2** *de rebus, praesertim affectibus* (*de re corporea: l. 54. 56*): Sil. 14, 501 -a ... gloria pugnae. Stat. Theb. 11, 656 sceptri -us amor. Avien. Arat. 342 lucri rabies. Rvfin. Orig. in Rom. 2, 13 libidinis. Prvd. ditt. 2 fraude. Pavl. Nol. carm. 6, 69 -i pocula suci (*i. vini*). 6, 242 voluptas. 11, 24 *fama*. 21, 520 cupido. 24, 553 *lex* (Ennod. carm. 1, 4, 72). epist. 24, 16 p. 216, 17 *osculis* mihi ... caro -a blanditur. Avg. civ. 14, 11 p. 29, 21 D. versutia. Evcher. epist. ad Val. p. 718[A] solacia. Evstath. Bas. hex. 3, 3 p. 892[C] -am (*i. falsa proferentem*) professionem (τὸ ἀπίθανον). Favst. Rei. grat. 1, 1 p. 9, 15 inliciti gustus -a (male suasa *edd. vett.*) praesumptio (Ennod. opusc. 3, 80 p. 351, 10). Pavl. Pell. 190 otia. Ennod. epist. 1, 16, 4 p. 28, 5 delenifica ... et -a ... colloquia.

adv. **malesuādē**: Avson. 417, 7 compositis -e (*VP*, malesuadae *cett., edd.*) credula causis ... suspicio.

malesucla *v. s.* masucla. **malesūtus** *v. s.* male *I B 3.*

maletractātio, -ōnis *f. a* male tractare. Itala Is. 53, 7 (Clem. ad Cor. 16 p. 16, 18) *ovis* propter -em (διὰ τὸ κεκακῶσθαι, *Vulg. aliter*) non aperuit os. Arnob. nat. 4, 28 p. 159, 25 tolerari forsitan -o haec posset, si *eqs.* 4, 32 p. 167, 15 immunes ... ab deorum -e. Lemma Mart. 5, 57. 7, 41. 9, 77. 11, 11 (*v. Landgraf, ALL 12, 1902, 456*).

maletracto *v. s.* male *I B 2 b α.*

mālētum, -ī *n. a* mālus. Diff. Suet. p. 286, 10 pometa sicut oliveta et ficeta, -a (Isid. diff. app. 65). *R.*

malevolēns, -entis *a* male velle. *superl.: l. 80. 82 sqq.*

i. q. malignus, invidus sim.: *de hominibus* (*praed. vel pro subst.*): Enn. scaen. 9 -es famam tollunt, benevolentes gloriam. Plavt. Capt. 583 est miserorum, ut -es sint atque invideant bonis. Stich. 394 meo malost quod -es gaudeant. Pseud. 1006 (*interpol.*) *v. vol. II 1893, 23.* Cic. epist. 1, 9, 17 quemquam -issimum. *de animo, actionibus*: Plavt. Bacch. 615 -e ingenio natus. Cic. epist. 1, 7, 7 -issimis obtrectationibus. Avg. catech. rud. 25, 48 p. 108, 3 ad solacium -issimum damnationis suae (*cf. p. 180, 17*). bon. viduit. 22, 27 p. 340, 17 suspiciones -issimas.

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

malevolentia (mali-), -ae *f. a* malevolens. *scripturam* mali- *praecipit* GLOSS.[L] IV Plac. B 3 (*v. vol. II 1893, 50*), *sed libri ubique variant; e. g. quantum ex edd. cognosci potest,* mali- *in* CIC. oratt. *praevalet,* male- *in* epist. (*cf. etiam Pohlenz ad Tusc. 4, 16*). NOT. Tir. 33, 78 (*post* benevolentia). *de notione*: CIC. Tusc. 4, 20 voluptatis ... partes hoc modo discribunt, ut -a sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo (*O. Liscu, Ét. sur la langue de la phil. mor. chez Cic. Paris 1930 p. 201 confert Diog. Laert. 7, 114* ἐπιχαιρεκακία δὲ ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς). *cf.* 4, 16. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 429, 8 B. invidia (*cf. infra l. 21*). livor (*cf. infra l. 25*). obtrectatio (*cf. infra l. 43*). detrectatio. -a. aemulatio. GLOSS.[L] II Philox. MA 45 -a κακοθέλεια. V Aa M 82 -a mala voluntas. GLOSS. -a κακοήθεια. malignitas. livor.

i. q. *malignitas, malitia, livor, odium sim.* (*add.* in *aliquem: l. 24. 42*): *animantium*: PLAVT. Merc. 28 (*in parte spuria*) amori accedunt ... petulantia et cupiditas, -a *eqs.* CIC. Balb. 18 quiddam ... deprecandae -ae causa ... commemorandum. Planc. 22 vicinitas ... non infuscata -a. Rab. Post. 45 omnium vel suspicioni vel -ae vel crudelitati. Att. 1, 20, 4 multi partim religionis -a, partim opinione aequitatis delectantur. epist. 1, 1, 1 senatus religionis calumniam ... -a et ... invidia comprobat (SALL. Catil. 3, 2 AMBROSIAST. in Rom. 10, 3 p. 142[D]. AVG. bapt. 3, 13, 19 i. et -a et dissensione. 6, 26, 50). 3, 12, 1 absconditam -am. 11, 27, 7 -a ... hominum (ad Q. fr. 3, 2, 2. BRVT. Cic. epist. 11, 11, 2 -ae hominum in me occurres). BRVT. Cic. epist. 11, 10, 1 summa -a et livore impediuntur. Q. CIC. pet. 54 multorum -a ..., multorum odium ac molestia perferenda est. SALL. Catil. 12, 1 innocentia pro -a duci coepit. SEN. dial. 7, 17, 3. FRONTO p. 59, 2 N. benignitate -am commutarent. APVL. Plat. 2, 13 inimicitiarum ... vitia gignuntur ex -a. LVCIF. Athan. 1, 34 p. 126, 13. 1, 42 p. 142, 6. 2, 12 p. 169, 15. AVSON. 419, 41 audaciam quam -am malo reprehendi. AMM. 17, 11, 3 aemulorum -a. SCHOL. Hor. serm. 2, 1, 70 non -a ..., sed amore virtutis. SCHOL. Cic. Bob. p. 154, 20 St. AMBR. in psalm. 118 serm. 9, 19, 2 *opp.* amicitiae. AVG. c. Petil. 2, 61, 138 *Pharisaeis* nos non per prudentiam, sed per -am comparatis. gen. ad litt. 11, 27 p. 360, 1 et de ipsius (*sc. diaboli*) -a consulitur ecclesiae dei. in psalm. 96, 11 p. 1245[in.] est ... insita -a quaedam et pernicies nocendi istis malis spiritibus (*sc. daemonibus*). civ. 1, 18 p. 30, 15 D. CONC.[S] I 3 Rustic. p. 105, 18 ad reprehensionem -ae (*vers. Tur.* inconsiderationis; *I 1, 3 p. 21, 29* δυσβουλίας) suae excitantes civitatem. II 2, 1 p. 18, 4 perversitati et scaevae suae -ae (*II 1, 1 p. 144, 7* κακονοίᾳ). *animi sim.*: CIC. epist. 1, 9, 22 animum ... nulla in ceteros -a suffusum (2, 17, 7 animi ... -a ieiuni). ad Q. fr. 1, 1, 43 *hominum* iudicium obtrectatione et -a liberatum. HIL. in Matth. 12, 15 dicti ... -am. 12, 18 per -am mentis et sensus. *gen. pendet a subst.*: CYPR. zel. 7 p. 423, 24 tortores, ... qui cordis secreta -ae ungulis pulsent. CAPITOL. Pert. 3, 7 -ae notam. SCHOL. Cic. Bob. p. 112, 24 St. studium -ae (CLAVD. DON. Aen. 1, 280 p. 63, 2 NOVELL. Iust. 18, 8). p. 153, 27 -ae negatione. AMBR. Abr. 2, 8, 48 oportet nos ... proicere sordes -ae. AVG. c. Petil. 2, 90, 199 oculum -ae in zizaniis ... figitis. *metonymice*: SEN. dial. 7, 2, 3 telis me opposui et -ae quod morderet ostendi. 7, 18, 3 expectabo ..., ut quicquam -ae inviolatum sit, cui sacer nec Rutilius fuit nec Cato?

malevolo *v. s.* male *I B 2 a et b.*

×malevolus (mali-), -a, -um *a* malevolo; *ad formam* malivolus *cf.* benivolus *et s.* malificus. EVTYCH. gramm. V 454, 33 a volo vis benivolus -us. *cf.* QVINT. inst. 1, 5, 68 ex integris an composita sint quaeritur, aut ex integro et corrupto, ut -us. *ad scriptura* (*cf. Ritschl opusc. II 561 sq. 567; Brambach, Orthogr. p. 179 sq.*): PROB. inst. gramm. IV 119, 3 sunt nomina, quae i litteram et in e litteram convertant ut puta malivolus et malevolus. ISID. orig. 10, 26 *solam formam* -li- *probat. in lapide scrib.* mali-: CE 769, 2 (*s. VI*). *libri ubique variant cf. e. g. Studemund, Plauti fab. rell. Ambr. p. 513*; TER. Haut. 16 (-li- *A*, -le- *dett.*) *et* 22 (-le- *A cum rell.*); *de* CIC. *idem fere valet, quod supra l. 3 sq. notavi* (*neque tamen idem codd. sibi constant; cf.* Tusc. 3, 60. 4, 28 [-li-] *et* 4, 65 [-le-]). *pro superl. substituitur* malevolentissimus (*cf. Stolz-Leumann*[5] *p. 298*) *v. p. 178, 75.* *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 412, 29 B. -us. insidiosus. malitiosus. GLOSS. κακόβουλος, κακοθελής, κακόνους, κακοήθης. *legitur inde a* PLAVTO TER. RHET. Her. CIC. PVBLIL.; *postea in versibus non occurrit nisi in v. rudi* CE 769, 2 (*v. p. 180, 52*). NOT. Tir. 33, 74 (*post* benivolus). [*loc. corr.*: CIC. epist. 2, 17, 7 POMPON. dig. 24, 1, 31, 7.]

is qui alieno malo gaudet (*cf. p. 180, 2. 6*) *aliisque detrimentum afferre studet* (*cf. p. 180, 24*): *i. q.* *invidus, malignus, malitiosus sim.* (*cf. de moribus* -i ANTH. 416): **A** *attr. vel praed.* (*add. abl. resp.*: *l. 79. 81.* in *aliquem*: *l. 83*): **1** *de animantibus*: **a** *de hominibus*: PLAVT. Stich. 208 curiosus nemo est quin sit -us. TER. Andr. 6 -i veteris poetae maledictis (Haut. 22. *cf.* SCHOL. Ter. p. 127, 11). RHET. Her. 2, 8, 12 homines natura -os et maledicos (CIC. epist. 3, 6, 4. FIRM. math. 2, 2, 4 -i cuiusdam h. livor. PHYSIOGN. 64). CIC. Q. Rosc. 34 naturā (*cf. l. 79*) tam -us es. Planc. 19. fin. 1, 61 alii ... -i, invidi (*cf.* Tusc. 4, 28 *et p. 180, 1 al.*) ..., maledici (*cf. l. 79*), morosi. Att. 7, 2, 7 in me turpiter fuit -us. RVT. LVP. 1, 4 non probas te ... pro -o severum. PLIN. nat. 11, 275 (*ex Pomp. Trog.*) supercilia ... quibus in totum demissa, -os et invidos *significant* (*cf.* PHYSIOGN. 59. 78 -i, invidi, gaudentes malis aliorum sunt). GELL. 2, 12, 6 advocatis -is. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 78. FIRM. math. 1, 2, 6 sit iniquus, sit perfidus, sit -us *eqs.* AMM. 14, 5, 7 perquisitor -us. 29, 5, 23 obtrectatores -i (31, 5, 7). VVLG. Sirach 33, 28 servo -o (κακούργῳ). AVG. in euang. Ioh. 11, 9 p. 1480[med.] numquid -us erat et de alieno malo gaudebat? civ. 10, 10 p. 417, 15 D. beneficus purgator animae ..., -us inpeditor. *al.* *de animo*: PVBLIL. M 33 -us animus abditos dentes habet (SVET. Aug. 66, 2 CYPR. zel. 5 p. 422, 9 *al.*). VVLG. sap. 1, 4 in -am (κακότεχνον) animam non introibit sapientia (AVG. serm. 354, 2, 3). **b** *de deo*: PAVL. FEST. p. 156 M. -i Mercurii signum erat proxime Ianum; ... -i autem, quod in nullius tabernam spectabat (*cf. Kroll, RE XV 977, 3 sqq.*). **c** *de animali*: PLIN. nat. 10, 44 ab auctoribus ... animal hoc (*sc. pavo*) traditur ... -um. **2** *de rebus*: **a** *incorporeis*: TER. Haut. 16 rumores. CIC. epist. 3, 10, 10 -is de me sermonibus (*cf. infra l. 36*). PVBLIL. F 21 *v. p. 168, 82.* SEN. dial. 6, 12, 5 -um (*Gertz*, -i *codd.*) solacii (*dett.*, solacium *A*) genus est turba miserorum (*cf. p. 178, 83*). VLP. dig. 26, 10, 6 satisdatio propositum tutoris -um non mutat. CYPR. zel. 4 p. 421, 11 livore. epist. 73, 14 p. 788, 15 -am dissensionem (*opp.* benivolam caritatem). HIL. c. Aux. 11 p. 615[C] significationes. PRISCILL. tract. 1, 40 p. 33, 9 obtrectationis (*cf. p. 178, 82*). AMM. 15, 5, 19 cum insectatione -a. CLAVD. DON. Aen. 9, 205 p. 215, 13 ex -o studio. AVG. serm. 359, 4 ista lis ... non est -a, quia non tendit in detrimentum adversarii. EPIST. pontif. 1054 (*a. 586*) CONC.[S] IV 2 p. 105, 5. POMER. 2, 5, 2 laetitias. *al.* **b** *corporeis*: FIRM. math. 2, 13, 6 -arum stellarum malitiosa vel perniciosa potestas (2, 14, 2 *opp.* benivolarum [*cf.* 6, 32, 22 *al.*]. 6, 40, 1 -am temporalem *stellam*. 7, 8, 2 *saepe*). *per enallagen*: COLL. Mos. 15, 3, 4 universum orbem nostrum veluti venenis de (*del. Pith.*) suis -is inficere. HIER. in Ion. 4, 10 p. 1151[A] aure -a. POMER. 2 praef. 1 -o dente (*cf. l. 8*).

B *pro subst.*: **1** *masc.*: **a** *generatim*: PLAVT. Curc. 477 confidentes garrulique et -i. Stich. 385 -i, perquisitores auctionum, perierint. TER. Ad. 15 quod isti dicunt -i (maledici *A*). NOVIVS Atell. 53 *tit.* -i. CIC. Balb. 56 ut omnium -orum, iniquorum, invidiosorum animos frangeremus (Tusc. 3, 60). Rab. Post. 18 sermone -orum (epist. 2, 17, 3. Deiot. 33 ex urbanis -orum sermunculis. *cf. supra l. 16*). 40 subinvisum apud -os Postumi nomen. Tusc. 3, 60 ad -os consolandos. 4, 65 ut ... alia .. ratione -us, alia amator *sit* corrigendus. Att. 1, 19, 8 propter infirmitatem bonorum, iniquitatem -orum. epist. 2, 16, 2 ad Q. fr. 2, 3, 3. VATIN. Cic. epist. 5, 9, 1 -orum obtrectationes et invidias (*cf. supra l. 22*). PVBLIL. M 29 -us semper sua natura vescitur (sua venena pascitur *Friedrich coll. Sen. epist. 81, 22*). APVL. apol. 11 Catullum ... respondentem -is. met. 11, 30 -orum disseminationes. MIN. FEL. 39 DON. vita Verg. l. 193 Br. PSALT. Cas. 14, 4 abominatus est ... -us (πονηρευόμενος, *Vulg.* malignus). 93, 16 quis stetit mihi cum -is ...? (ἐπὶ πονηρευομένους, *Vulg.* malignantes). PANEG. 11 (3), 15, 4. TREB. trig. tyr. 33, 7 qui cum -is quidem sed bono animo causabaris. *al.* FIRM. math. 3, 2, 7 *al.* AMM. 19, 12, 14 -orum ... iudiciis. 21, 1, 7. RVFIN. Orig. princ. praef. 3 p. 5, 4 ab haereticis et -is. PS. APVL. herb. 85 l. 13 H.-S. si quis -us devotaverit hominem. *al.* CE 769, 2 cunctis karus, exosus non nisi -is. **b** *speciatim de diabolo* (*cf. Koffmane, Entstehung u. Entwicklung d. Kirchenlateins 1879 p. 14*): OPTAT. app. 1, 190, 15 per -i intercessum, qui vult animos iustorum a via veritatis avertere. **2** *fem.* **malevola, -ae**: PLAVT. Poen. 393 huius amica mammeata, mea inimica et -a.

adv. **malevolē.** *i. q.* *maligne, mala mente*: AVG. bapt. 4, 8, 11 p. 235, 11 cum collegis ... non -e de baptismo diversa sentientibus. in psalm. 68 serm. 2, 7 p. 859[ex.] -e imprecari. HESYCH. in lev. 13, 31 p. 944[C] utrum per subreptionem ... an -e de deo ... sit locutus. PRIMAS. in apoc. p. 838[A]. GREG. M. moral. 33, 28 p. 690[C] iustos ... -e tentare. *Tietze.*

1. māleus, -ī *v. s.* malis. **2. maleus,** -a, -um *v. Onom.*

?māliāsis GLOSS. *v. vol. IV 1112, 68* (*s. v.* crauceum).

maliātor *v. s.* malleator.

malibarbis, -barbius *v. s.* malebarbis.

malicordis *v. s.* malus, -a, -um.

mālicorium, -ī *n. a* mālum *et* corium. *de origine et usu* (*cf. Jacobsohn, Χάριτες f. F. Leo 1911 p. 416; Steier, RE XIV 938*): PLIN. nat. 23, 107 vulgus coria maxume perfici illo (*sc. cortice mali granati*) novit; ob id -um appellant medici. NOT. Tir. 99, 54 malocorium (*cf. l. 77. 82*).

i. q. *cortex mali Punici*: *in usu medicinali*: CELS. 2, 33, 4 reprimunt cocta mala cotonea, -um. 4, 23, 2 quidquid -o mixtum est (*cf.* 7, 27, 3 lenticula cum -o mixta). 4, 26, 8 lenticula cum -o cocta (*cf.* 6, 18, 10). 5, 21, 5 -um (*Palavicinus*; maloc- *trad.*) ex aqua terendum (5, 22, 3. *cf. l. 79*). 5, 26, 35[A] -um ex vino coquere (5, 28, 6[B] coctum, deinde contritum. 5, 28, 11[E]. 6, 6, 9[A]. 6, 18, 8[A]. 7, 19, 10. *cf.* 7, 12, 1[E] decoctum [8, 10, 7[M] MARCELL. med. 31, 35. 32, 26]). 6, 7, 2[C] -i ... p. *tot.* 6, 9, 3 -i pars interior (6, 18, 8[A]). 6, 18, 9[B] imponere ... -um. 6, 19, 2. PETRON. 47, 2 profuit mihi ... -um (maleicorum *cod.*). PLIN. nat. 28, 173 taurinum *fel* ... tepefactum in -o (*cf.* 28, 174 excalfactum). 29, 43 dantur *lutea ovorum* ... cum uvae ... pari

[*Richter*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pondere et -i. *in alio usu*: PLIN. nat. 24, 91 *fruticis* foliis ut (et *codd.*) -o coria perficiuntur (*cf. p. 180, 71*).

malidus *v. p. 36, 33* (*s. v.* madidus). *Richter.*

malifātius, -a, -um. *a* malus *et* fatum; *cf.* bonifatius *et gr.* ἀτυχής. INSCR. Fabretti p. 735 n. 465 Urbic(a)e orfan(a)e et malifati(a)e (*cf. Hülsen, RhM. 81, 1932, 188*). *Brink.*

māliferae ... Abellae VERG. Aen. 7, 740. *a* mālum *et* ferre.

maleficium, maleficus *v.* malef-.

malīgnātio, -ōnis *f. a* maligno(r). *i. q. actus malignandi vel maligni*: IREN. 1, 25, 3 artes ... magicas operantur ... et incantationes ... et reliquas -es.

malīgnē *v. s.* malignus.

*****malīgnitās,** -ātis *f. a* malignus. *plur.*: PS. QVINT. decl. 11, 6. TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 368, 19 (*opp.* malitiae *plur.*). 2, 28 PSALT. Cas. 36, 7 *al.* GLOSS. πονηρία, κακία, κακοήθεια. PELAG. in Rom. 1, 29 p. 17, 11 S. malitiae votum vel opus -s appellatur (*inde* ISID. diff. 1, 358 *v. p. 187, 49*). *cf.* SYNON. Cic. Char. gramm. p. 435, 9 B. -s. livor. invidia. aemulatio. obtrectatio. rivalitas. [*ex coni.*: SEN. contr. 2, 4, 13 TAC. dial. 15 *v. p. 183, 21.*]

I *sensu originali de animo (actu) illiberali, sordido, avaro eius, qui nihil boni concedit alteri, i. q. tenacitas, illiberalitas, parcitas plena invidiae*: *hominum*: PLAVT. Capt. 465 (*loq. parasitus*) *hic dies* -e operavit omnis mortalis mihi (*sc. quia nemo me ad cenam invitat*). LIV. 2, 42, 1 -e patrum, qui ... militem praeda fraudavere. 5, 20, 2 militum iram ex -e praedae partitae (*opp.* ex prodiga largitione). 5, 22, 1. 10, 46, 15 -e collegae (*Papirii, cf. 10, 46, 5*). 34, 7, 4 *syn.* tenacitatis. 34, 34, 8 -em conferendi ex privato. 38, 50, 3 *in denegando triumpho.* VAL. MAX. 3, 7, 1d. PS. QVINT. decl. 13, 4 p. 249, 23 scabrae -i (*ibid.* livor. *seq.* invidit pauperi dives). *al.* PLIN. paneg. 70, 7 -s principum, cum ... recte factis nullum praemium pollicere-tur. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 520, 20 aut -e aut infirmitate non praestitit *necessaria.* *bestiarum* (*aliter l. 67*): PLIN. nat. 8, 112 cervis ... est sua -s (*cf. 8, 115*). 25, 91 *canum.*

II *latiore sensu de malevolo in alios animo, studio nocendi, detrectandi i. q. malevolentia, malitia*: *hominum*: VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 inimicitias serentis -s. 4, 7 ext. 2 -is dentes. SEN. benef. 6, 13, 2 summae -is est non vocare beneficium, nisi quod dantem aliquo incommodo adfecit. dial. 5, 5, 5 *ira* vincit -em et invidiam: illae enim infelicem fieri volunt, haec facere *eqs.* 5, 8, 4 offendet te ... lividus -e (epist. 83, 20). 7, 18, 2 -s ... veneno tincta (*cf. l. 56*). epist. 79, 17 saeculi. 106, 6 *v. p. 188, 11.* CVRT. 8, 1, 23 ademptam -e et invidia patris ... gloriam *Alexandri.* PETRON. 137, 8 *opp.* amor. QVINT. inst. 5, 3 'famam' ... vocat altera *pars* sermonem ..., cui -s initium dederit. decl. 267 p. 89, 23 *aliquid* obliqua -e obicere. PS. QVINT. decl. 11, 6 capax -um sermonumque ... bellum. TAC. dial. 18 vitio ... -is humanae vetera ... in laude, praesentia in fastidio esse. 23 si nostra iudicia -s et invidia tardaverit (25 non -e nec invidia, sed simpliciter et ingenue ... detexisse. *cf. l. 38. 62*). 25 mutua -s. Agr. 41 -e et livore. hist. 1, 1 -i falsa species libertatis inest. PLIN. epist. 5, 7, 6 *al.* paneg. 58, 4 livor et -s (SVET. Cal. 34, 1. *cf. etiam l. 49*). SVET. Nero 23, 3 taciturnitatem pudoremque ... pro tristitia et -e arguens. APVL. Plat. 2, 16. apol. 70 infestam -em. TERT. spect. 2 p. 4, 3 si omnem -em et si ... malitiam excogitatam deus ... odit (*cf. l. 59*). anim. 6 p. 306, 11 qualitates ... incorporalium ..., ut benignitatis, ut -is. 21 p. 334, 27 venena -is (*cf. l. 40*). patient. 2 p. 3, 3. adv. Marc 1, 22 p. 319, 29 voluntas suppressae bonitatis finis invenietur -is. 1, 24 p. 323, 11 *al.* ARNOB. nat. 5, 41 p. 210, 17 *opp.* studium. FIRM. math. 3, 14, 3 *Luna* malitiam -emque decernit. AMM. 16, 8, 9. FVLG. myth. 2, 3 p. 42, 21 omnis -s est virtuti contraria. PHYSIOGN. 21 -em (κακομηχανίαν). 27 obscuriori -i magis studentes. 48 p. 66, 10 humilitas ... -is arguit (*gr. p. 373, 7* παλιμβουλίας σημεῖον). 48 p. 68, 2 -is et invidiae ... nota (*cf. gr. p. 375, 1* φθονερῶν καὶ κακοήθων). *talia saepius in Physiogn.* COD. Theod. 9, 42, 8, 1 (*a. 380*). Inst. 7, 4, 15 pr. (*a. 293*) *opp.* errore. 4, 27, 1, 1 servorum. 5, 14, 11, 4 *mariti* -e vel desidia. NOVELL. Iust. 1, 2, 1 factae ab herede -is (κακούργημα). app. 7, 21. *et al.* *bestiae* (*aliter l. 32*): CLAVD. DON. Aen. 7, 350 p. 57, 8 *serpentis.* *translate de rebus (saepius personatis) mala adferentibus*: VAL. MAX. 7, 1 pr. *Fortunae* (*v. q. praecedunt.* PLIN. epist. 10, 94, 2). 8, 7 ext. 1 *rerum naturae* (SEN. benef. 7, 1, 6 dial. 10, 1, 1 epist. 52, 6. COLVM. 3, 10, 18 naturali quadam -e desciscere ... probata semina). PS. APVL. Ascl. 15 materiae qualitas ... -is ... fecunda. CASS. FEL. 76 p. 184, 3 purgatorio ... sine aliqua -e, quod Graeci acaciston vocant. *de vi iniqua morborum sim.*: MARCELL. med. 27, 23 -s vitii. CASS. FEL. 42 p. 100, 8 humoris -em, quam cacochymiam vocant. *cf.* PS. APVL. Ascl. 12 invidens immortalitati -s *vitae corporalis.* *sensu latiore i. q. malum, miseria, pernicies*: ITALA Ion. 3, 10 (Lucif. Athan. 2, 33 p. 206, 17) paenituit deum de -e (*cf. p. 189, 24*). *sim.* 4, 2 (*ibid.* p. 206, 22). LVCIF. moriend. 8 p. 302, 2 non ... morte in perpetuam -em inlata deleri nos posse novimus. *metonymice de personis malignis*: PHAEDR. 4 prol. 15 hunc *librum* obtrectare si volet -s. SEN. benef. 2, 28, 4 quod (*sc. beneficium*) non vellicare -s possit. PS. APVL. Ascl. 26 deus ... -em omnem ... inluvione diluens. AMM. 17, 11, 2 crimina ... finxisse -em (21, 16, 6). PRVD. perist. 2, 260 -um (*sc. persecutorum*) vulnera.

III *colore Christiano de natura vel actione eorum qui legibus dei adversantur i. q. impietas, improbitas, peccatum sim.*: *de diabolo et daemonibus*: TERT. apol. 27, 6 *daemonum desperatio* solacium reputat fruendae ... -is de poenae mora. PS. TERT. haer. 4 p. 221, 3 spiritus nequitiae et -is. AVG. pecc. orig. 40, 46 p. 203, 24 diaboli (*opp.* bonitas dei). civ. 2, 26 p. 92, 7 D. daemonum. 14, 27 p. 56, 8 invidi angeli -e. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 188, 7 diabolicae -is (δυστροπίας. *cf.* FVLG. RVSP. epist. 17, 4, 8 p. 456[B]). PRAEDEST. 1, 22 *v. infra l. 66.* CASSIOD. Didym. in Iud. 9 p. 92, 14. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 253[C] Satanae (*p. 18, 11 B.* κακία). *de hominibus impiis*: ITALA iud. 11, 27 (Lugd.) facis -em mecum (πονηρίαν. *Vulg.* contra me male agis. *cf.* PSALT. Cas. 36, 7 in viro facienti -es [παρανομίας. *Vulg.* iniustitias]). prov. 1, 33 (Aug. c. Parm. 3, 5, 27) sine timore ab omni -e (ἀπὸ παντὸς κακοῦ. *Vulg.* malorum). Sirach 19, 21 (Epiphan. in cant. ed. Foggini p. 92) abundans -e (*LXX et Vulg. aliter*). I Cor. 5, 8 (Aug. c. Parm. 3, 2, 5) neque in fermento malitiae et -is (κακίας καὶ πονηρίας. *Vulg.* malitiae et nequitiae), sed in azymis sinceritatis et veritatis. HERM. vulg. mand. 8, 3 *bis* (*Pal.* nequitiae *et* malitiae. *gr.* πονηρίαι). IREN. 1, 27, 3 CYPR. epist. 43, 1 p. 591, 5 CONSVLT. Zacch. 2, 16 p. 82, 25 Mor. o saeva impiorum -s. AMBROSIAST. in Rom. 1, 29 p. 62[A] -e, quae gignit susurrationes atque detractiones. HIER. in Eph. 4, 31 p. 517[C] -s et nequitia, quae in tergiversatione et calliditate sentitur. VVLG. psalm. 34, 17. sap. 5, 13 in -e (κακίᾳ) ... nostra. 5, 24 -s (κακοπραγία) evertet sedes potentium. Bar. 2, 33 avertent se ... a -bus suis. Rom. 1, 29 plenos ... dolo, -e (κακοηθείας). AVG. civ. 15, 7 p. 69, 16 D. *de Cain* (*opp.* bonitas). 20, 7 p. 421, 22 D. *impiorum* in -e adversus ecclesiam dei. *al.* PS. AVG. quaest. test. I 85 continuata -s in deum est. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 36, 14 -s (*I 1, 5 p. 121, 28* κακοδοξία) haeretica. CONC.[S] I 5 p. 337, 26 recte dicta ... -bus mentis suae (*I 2 p. 106, 42* sua malitia. *I 1, 4 p. 20, 7* κακονοίαις) corrumpentes. EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 917[B] caligine -is offusus (ἐν κακίᾳ διάγων). 6, 7 p. 928[C] -is auctor (τοῦ κακοῦ. *ibid.* improbitas). CASSIOD. in psalm. 111, 10. GREG. TVR. Franc. 10, 13[in.] Sadduceae -is ... veneno. PALLAD. hist. mon. I 20 p. 299[A] (*p. 97, 9 B.* πονηρίας). *al.*

structurae: *c. gen. subi. inde a* LIV. *passim.* *c. gen. obi. subst.*: *p. 181, 25, ger.*: *p. 181, 27.* *c. praepp.*: *l. 27. 28.*

syn. malitia, nequitia. *opp.* benignitas, bonitas.

malīgniter *v. s.* malignus.

*****malīgnor,** -ātus sum, -ārī *et* **malīgno,** -āvī, -āre *a* malignus. *e formis act. praeter part.* -ans (*v. l. 70*) *nullae extant nisi* -averunt (*v. l. 58*) *et* -etis (*v. l. 55*). GLOSS. κακοηθεύομαι. CASSIOD. in psalm. 21, 17 -antium ... maligna cogitantium. *in gr. plerumque voc.* πονηρεύεσθαι *respondet, quod notare supersedi.* [*corr.*: AMM. 22, 15, 26 *angues* venena -antes (maligna ⟨gigne⟩ntes *Clark*, maligna ⟨mana⟩ntes *Her.*).]

maligne (male) agere, maligna cogitare (abs. vel c. praepp.; c. dat.: *l. 61; transitive*: *l. 53. 58. 59. 64*): ITALA deut. 15, 9 (Aug. quaest. hept. 5, 21 p. 388, 8) *ne* -etur oculus tuus in fratrem tuum (*Vulg. aliter. cf. etiam p. 186, 63*). I reg. 26, 21 (Lucif. Athan. 1, 15) non -bor in te iam (κακοποιήσω. *Vulg.* tibi malefaciam). III reg. 16, 25 (Leg. in mg.) -tus est super omnes (*Vulg.* operatus est nequiter). Ier. 2, 33 (Lucif. Athan. 2, 1 p. 146, 15) -tus es, ut coinquinares vias tuas (*Vulg.* malitias tuas docuisti v. t.). psalm. 73, 3 (Veron.) *et* VVLG. quanta -tus est inimicus in sancto. PSALT. Cas. 104, 15 in prophetis meis ne -etis (VVLG. nolite -ari). HERM. vulg. vis. 2, 2 in qua *lingua* -atur *femina* (*Pal.* nequiter agit). IREN. 4, 18, 3 qui -tus est, ex his, quae egit, adindicatus expellatur. VVLG. psalm. 36, 8 noli aemulari, ut -eris. 36, 9. 82, 4 super populum ... -verunt consilium (κατεπανουργεύσαντο). DIDASC. apost. 2, 5 qui agrum desiderat, non id -atur, ut ... invadens cog[it]at eum ... distrahere? ROMVL. fab. 20, 8 (recc. gall. *et* vet.) quibus auxiliator fui, ipsi -antur mihi. AVELL. p. 190, 23 sponte. VITAE patr. 5, 1, 22 cogitatione. GREG. TVR. Franc. 3, 5 p. 112, 4 *uxor* contra filium ... -ari et scandalizare coepit. NOVELL. Iust. 1, 2 pr. quae forte subripiunt aut -antur (κακουργήσαιεν). *ibid.* nihil. 17, 8 pr. LIB. iubil. 23, 9 *al.* ORIG. in Matth. 17, 15 adversus prophetas. LAVRENT. Chan. p. 117[C] manibus ... mente. PRAEDEST. 1, 22 p. 594[B] abiectum ... hoc principium, quod -batur contra boni principii voluntatem, in sua malignitate mundum fecit (*ibid.* cum malignum esset inventum).

part. praes. pro adi. et subi. *****malīgnāns,** -antis. *superl. v. l. 75. i. q. malignus*: **1** *adi.*: HIL. in Matth. 10, 13 prudentiam eius (*sc. serpentis*) -is consilii ordine docuit. AMBROSIAST. in Rom. 15, 20 haereses ... subtilitate -es. CASSIAN. conl. 18, 16, 4 laedi ab homine quamvis -e non potero (ISID. sent. 3, 57, 4 -ium hominum). OP. imperf. in Matth. 42 p. 872[C] -issimus insidiator. GREG. TVR. Franc. 10, 30 p. 444, 1 Turonici iterum -es. **2** *subst.*: ITALA? (Tert. pudic. 18, 5 *ex coni.*) *et* VVLG. psalm. 25, 5 odivi ecclesiam -ium (hoc de ecclesia male agentium *Tert. ed. pr.*). ITALA psalm. 21, 17 (Lucif. non. parc. 34 p. 281, 14 *al.*) *et* VVLG. concilium -ium (πονηρευομένων). IREN. 4, 3 -es dicunt *eqs.* HIL. ad Const. 1, 8 p. 187, 3 -ium synagoga. in Matth. 12, 8 *consilia.* HIER. in Ier. 5, 11, 1 *al.* VVLG. psalm. 36, 1 aemulari in -bus. 63, 3. 91, 12 insurgentibus in me -bus. 93, 16. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 177, 24 CASSIOD. var. 9, 15, 11 PASS. Saturnin. 4 *al.*

deriv.: malignatio.

[*Hey*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

malignōsus, -a, -um *a* malignus. *i. q. malignitatis plenus*: GLOSS.^L II Philox. MA 44 -s κακεντρεχής.

***malĭgnus**, -a, -um. [*cf. c.* malus *et* gignere, *cf.* benignus. *J. B. H.*] *de* i *longa v.* PRISC. gramm. II 82, 8. *de forma* malegnus: *vol. II 1893, 52.* *comp.* -ior: PETRON. 114, 10 MART. 2, 54, 5 *al.* PLIN. epist. 2, 17, 15. *saepius. cf.* TER. Hec. 159 *infra l. 32. superl.* -issimus: SEN. dial. 7, 18, 1 PS. QVINT. decl. 17, 14 p. 313, 26 PS. ORIG. in Iob 1 p. 404^D AVG. civ. 4, 1 p. 146, 10 D. *al.* *de notione* (*cf. etiam l. 74. p. 184, 3. 186, 17*): NON. p. 345, 27 -um significat consuetudine malevolum. ISID. orig. 10, 176 -us, quia malitiae votum vel opus peragit. GLOSS.^L I Ansil. MA 433 -a modica. II Philox. MA 43 πονηρός, κακοήθης. GLOSS. κακοποιός, κακόβουλος, κακοθελής, δόλιος. stultus -us μωροπονηρός. III 112, 20 κάκιστε -e. *in gr. plerumque respondet voc.* πονηρός (*quod infra per litt.* π. *notatur*); *cf.* AVG. quaest. hept. 5, 39 hoc (*sc.* πονηρόν) ... potius -um solet interpretari quam malum. *legitur apud poetas inde a* PLAVTO, TER., CATVLLO *passim, in prosa oratione apud* CIC.? (*v. l. 24*), NEP.? (*v. p. 177, 2*), LIV. (*v. infra l. 38*), SEN. rhet. (*bis*), *inde a* VAL. MAX. *saepius.* NOT. Tir. 33, 76 *inter* benignus *et* benevolentia. [*lectio non certa*: PLAVT. Epid. 709 *argentum* neque malo homini neque -o (*Scal., Leo,* benigno *P, Linds.*) ... dedi. TAC. dial. 15 -i nimis opinionem (*Walter,* -is iis *o. vel sim. codd.,* malignitatis *o. post Rhenan. vg.*). *loco obscurae sententiae*: CATVLL. 67, 5 *ianuam Balbo* (?) voto (*trad.,* nato *Fröhlich, Kroll*) servisse -o (*V,* -e *O, Kroll*). *ex coni.*: CIC. Balb. 57 *v. s.* malus. NEP. Ages. 8, 1 *v. p. 177, 2.* *loco corr.*: VAL. FL. 7, 230 -us ... mensis (-us ... Pontus *Thilo*).]

I ***angustiore significatu ad dandum,*** *largiendum, impendendum spectat, i. q.* ***parcus, tenax*** *(vel opum vel aliorum bonorum ut laudis sim.), sordidus, invidiosus, non liberalis, angustus*: **A** *proprie de animantibus sim.*: **1** *de ipsis personis*: PLAVT. Bacch. 401 sisne necne, ut esse oportet: malus bonus ..., iustus iniustus, -us largus *eqs.* TER. Hec. 159 *Bacchis* postquam hunc alienum ab sese videt, -a multo et magis procax facta ... est (DON. -a difficilis, ⟨nam⟩ -us est qui difficultatem sui ostendit). HOR. sat. 1, 5, 4 cauponibus ... -is. carm. 1, 28, 23 nauta, ... ne parce -us harenae ... particulam dare. 2, 16, 35 -um (*i. parcum in plaudendo*) spernere volgus (SCHOL. invidum). OV. am. 1, 4, 66 blanditiae taceant sitque -a Venus. LIV. 45, 35, 9 imperiosum ducem et -um (*Paulum, qui 'pecuniam dare non potuisset'*). SEN. suas. 2, 19 auditores (*adp.* diligentes). VAL. MAX. 2, 3, 1 a -o virtutum interprete (MART. 1 pr. 8 *al.*). SEN. benef. 2, 17, 5 -is lusoribus (cursoribus *N*). clem. 1, 1, 5 ingratos aut -os aestimatores. dial. 7, 18, 1 -issima capita. epist. 7, 7 -us comes ... simplici rubiginem suam adfricuit. SIL. 8, 235 (*loquitur Hannibal*) Fabio. MART. 1, 92, 13. 2, 54, 5. 5, 28, 8 hominem -um (*sc. 'cui placet nemo', opp.* miserum). QVINT. inst. 2, 5, 6 *praeceptor* in laudandis ... dictionibus nec -us nec effusus. AMM. 22, 12, 3 obtrectatores. *de vulpe*: PHAEDR. app. 1, 3.

2 *de rebus ad animantia pertinentibus (quasi per enallagen)*: *de animo, partibus corporis*: CATVLL. 68, 37 mente -a ... aut animo non satis ingenuo. OV. Pont. 4, 6, 7 perstat ... Fortuna tenax votisque -um opponit nostris ... pedem. *de actibus, institutis animantium iusta negantium*: OV. epist. 15, 144 fama ... paene -a tua est (trist. 4, 10, 126 *v. p. 186, 10.* AMM. 16, 10, 17. 31, 5, 8. *cf.* VAL. MAX. 3, 8, 6 relatione. SEN. dial. 5, 11, 1 sermones [7, 17, 1 *al.*]. QVINT. decl. 347 p. 368, 21 mendacio. CLAVD. carm. min. 22, 5 strepitus [*i. rumores*]). met. 6, 365 *ranae* limum saltu movere -o (*Latonae invidentes aquae haustum*). 10, 329 humana -as cura dedit leges et quod natura remittit, invida iura negant (SEN. contr. 1 pr. 7 *fati* -a ... lex). PHAEDR. 3, 10, 36 suspicio (QVINT. decl. 388 p. 434, 28 VLP. dig. 29, 2, 71, 8. *cf.* SEN. clem. 1, 15, 5 opiniones. dial. 5, 34, 1 interpretationes [AMM. 20, 2, 5]). SEN. benef. 1, 1, 6 *beneficium* promisit, sed difficulter, ... sed -is et vix exeuntibus verbis. MART. 12, 55, 9 basia. PLIN. epist. 1, 16, 9 pravum -umque est non admirari hominem admiratione dignissimum. TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 1 quid ... tam -um quam nolle prodesse, cui possis ...? FIRM. math. 4 pr. 1 -us livor invidiae (CE 1206, 1 *al.*). *de statu*: CVRT. 6, 10, 9 -a est calamitas (*res fere pro persona*). MART. 8, 55 (56), 9 paupertatem. *adde de donis Naturae*: SEN. nat. 1, 16, 8 quod *natura* humanae libidini ministeria tam -a dedit, quod aliorum animalium concubitus melius instruxit. PLIN. nat. 7, 167 hoc munus naturae (*sc. vita*) ... -um ... et breve etiam in iis, quibus largissime contigit.

B *metaphorice de rebus i. q. non largus, non amplus; brevis, angustus, parcus, sterilis sim.*: VERG. georg. 2, 179 difficiles ... terrae collesque -i (SERV. infecundi. auct. quia -um veteres exiguum dicebant, ut ipse [*p. 184, 3*]. NON. p. 346, 2 *ad l.* -um: gracile, minus ferax). Aen. 11, 525 angustae ... fauces aditusque -i (SERV. proprie 'obscuri', ut *p. 184, 3.* CLAVD. DON. p. 494, 10 difficiles atque contrarii gradientibus. *cf.* STAT. Theb. 2, 498). MANIL. 3, 339 cum sidera flexo ordine conficiant cursus obliqua -os (*cf. Housm. et Wagen.*). VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 haustum ... largum -umve. SEN. Phaedr. 16 *Ilisos* amne -o radit harenas. nat. 3, 27, 10 -o ostio. 4, 2, 5 *Nilus* per -os transitus prosilit. LVCAN. 9, 501 parva -ā unda ... venā (ADNOT. exigua). SIL. 8, 280 mensis asper populus victuque -o. MART. 10, 96, 7 igne -o (*opp.* ingenti lumine). PLIN. epist. 2, 17, 15 arborum ... ferax terra ..., -ior ceteris. paneg. 31, 6 nec -a (*i. sterilis*) tellus (*aliter v. l. 48*). *nota de luce*: VERG. Aen. 6, 270 quale per incertam lunam sub luce -a est iter in silvis (SERV. obscura: nam -um est proprie angustum, ut *p. 183, 76.* NON. p. 345, 27 *ad l.* obscurum). NEPOTIAN. 8, 6 (*at Val. Max. 1, 7 ext. 1*) caliginosa). LVCAN. 9, 73 (ADNOT. exigua). PLIN. nat. 2, 172 PS. QVINT. decl. 10, 7 p. 195, 9 *al.* SEN. epist. 65, 17 -um ... et precarium (praeclarium *codd.*) lumen *officinae*.

II ***laxiore notione*** *de eo, qui quoquomodo* ***malum facit*** *i. q.* ***malevolus, iniquus, adversus, noxius,*** *nocendi cupidus, periculosus, latiore sensu i. q.* ***malus*** (*cf. e. g. l. 53. 56. 59. 63*): **A** *de animantibus rebusque ad animos eorum pertinentibus*: *de ipsis animantibus eorumque animis*: IVV. 10, 111 magna ... numinibus vota exaudita -is. FIRM. math. 3, 4, 27 daemonum (*cf. p. 185, 38*). 6, 31, 66 accusatores. AMM. 30, 8, 13 *iudices.* PHYSIOGN. 124 p. 139 simia ... animal -um. EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 p. 939^C *polypus* (πανοῦργος). VLP. dig. 29, 2, 71, 8 non callido animo nec -o (*cf.* CLAVD. 15, 282). *adde*: CHALC. comm. 297 duas mundi animas ... unam beneficientissimam, -am alteram, scilicet silvam (*cf.* 135 *et infra l. 55*). *quasi per enallagen*: VERG. Aen. 5, 654 matres ... ancipites oculisque -is (SERV. pro 'ipsae -ae') ambiguae (*cf.* GRATT. 406, *ubi v. Enk*). SEN. Phaedr. 458 arbor ..., quam non -a caedit ... manus (STAT. Theb. 11, 650 sceptrum ... -a transtulerat Fortuna m.). *de actionibus vel studiis animantium*: MANIL. 4, 575 garrulitas odiosa datur linguaeque venenum, verba -a. GRATT. 187 -um (*i. intempestivum*) officium *canis praepropero latratu feras fugantis.* SEN. Tro. 1013 dolor est -us: gaudet in multos sua fata mitti. SCRIB. LARG. 199 nulla ... est *ars*, quae non habeat adversantem sibi sub specie similitudinis -am professionem. SIL. 7, 266 arte -a *Hannibalis parcentis Fabii agris.* STAT. Theb. 1, 139 iure -o. TAC. hist. 1, 85 cura. PAVL. dig. 50, 16, 53, 2 consilium. FRG. Vat. 35, 7 casum -ae captionis. APVL. met. 6, 29 risu. *al.* CYPR. epist. 76, 2 p. 829, 23 invida crudelitas vel -a. *al.* AVSON. 362, 16 senectus ... votis ... optata -is (*i. ineptis*). AMM. 29, 1, 18 insectatione. CLAVD. 21, 112 more. AVELL. p. 158, 19 blandimentis. *et al.* *tropice de iniquitate fortunae*: VAL. MAX. 6, 1, 1 -o errore fortunae. CLAVD. 3, 176 *Rufinus* ductus ... -o stamine fatorum. INSCR. christ. Diehl 4211 o -a fortuna. CE 467, 3 iniqua sorte -a rapta *Nice.* 1950, 5 casus.

B *translate de rebus*: **1** *generatim (imprimis de rebus naturalibus)*: MANIL. 2, 573 manent inimica tertia quaeque *sidera* lege in transversum vultu defixa -o. 5, 80 in obliquum currus agitare -os (*'quippe qui ceteris spatium vehendi intercludant'. Wag.*). SEN. epist. 23, 1 quam humane nobiscum hiems egerit ..., quam -um ver sit. LVCAN. 5, 652 oraeque -os Ambraciae portus. *cf.* 8, 565 litus (*sc. nautis infestum*). PETRON. 114, 10 ne ... cohaerentes -ior fluctus distraheret. CALP. ecl. 4, 115 lolium. STAT. Theb. 1, 373 saxa -is ... submersa vadis. silv. 2, 2, 77 -um aëra respirat *insula* (PRVD. c. Symm. 2, 976). 3, 1, 110 umbo -i montis. 4, 3, 29 sorbebatque rotas -a (*sc. luto instabilis*) tellus (*aliter supra l. 1*). *cf.* 4, 3, 45 sedes. 5, 1, 146 -o adflantur vineta noto. 5, 2, 43 aperire -as torrentum nemorumque moras. 5, 3, 288 -um ... ebur (*in altera somniorum porta*). Ach. 1, 265 nubem ... exire -am (*i. mortem praematuram vitare*). COMM. apol. 8 herbas ... -as (*i. magicas; aliter* MAR. VICTOR aleth. 2, 31 -is [*i. malis*] herbarum ... radicibus escas explorare). FIRM. math. 1, 2, 11 -is stellarum ... fomitibus (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 6, 7 -iores stellae [κακοποιοί. *opp.* bonae]). CHALC. comm. 297 *silvam informem censet* Pythagoras -am ..., Stoici nec bonam nec malam (*cf. l. 17*). VVLG. psalm. 143, 10 redemisti David ... de gladio -o (*cf. interpretationem allegoricam apud* PROSP. *ad l.*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 5 p. 712 stratores ... qui aggeris -a corrigerent (*Ios. 3, 118* τὰ ... σκολιὰ τῆς λεωφόρου). PRVD. ham. 217 lolium ... ferre -us ager glebis male pinguibus ausus. CHROMAT. in Matth. 4, 3 aquae -ae, quae steriles faciebant (*cf.* ORIBAS. syn. 4, 14 p. 14^med.). HIPPOCR. aer. 8 p. 17, 19 odorem -um (π.) *aquae.* RVT. NAM. 1, 619 sub tempestate -a. CAEL. AVR. acut. 1, 16, 156 suci *pomorum.* **2** *speciatim de vi iniqua morborum sim.*: VAL. MAX. 1, 8 ext. 2 dirum -umque vulnus (*cf.* FIRM. math. 4, 19, 35 leprae -a vulnera. 6, 9, 7 [*trop.*] -um infamiae v.). CELS. 4, 27, 1^D si -a purgatio est. HIPPOCR. progn. 14 omnia ... sputamina -a (π.) sunt, quae *eqs.* CASS. FEL. 17 p. 24, 6 in aegritudinibus -is, quas Graeci cacoethes appellant. CAEL. AVR. acut. 2, 33, 175 -as passiones (*syn.* periculosae p.). 3, 14, 114 pulsum. VEN. FORT. carm. 1, 9, 17 de peste -a. *de partibus aegrotantibus*: FIRM. math. 4, 8, 1 impugnabuntur -is humoribus (4, 13, 6 *saepe.* CHIRON 175. 543. ORIBAS. eup. 3, 7 p. 521^med. [*cf. gr. 3, 7, 17* τῶν μοχθηρῶν χυμῶν]). ORIBAS. syn. 6, 25 p. 111 vissicas.

subst. m. **malĭgnus**, -ī (*ad I et II*): *sing.* (*de diabolo v. s. III*): SEN. benef. 3, 17, 1. dial. 4, 29, 2 est aliquis -us et qui amicitias ... diducere velit. nat. 4 pr. 9 ut qui parce adulatur, pro -o sit. epist. 81, 1 *al.* MART. 7, 72, 12 quisquam -us. APVL. flor. p. 28. COMM. instr. 1, 24, 17 ut tu putas esse, -e. FIRM. math. 4, 19, 37 *opp.* benivolus. 8, 27, 6 malivolus, -us. ANTH. 412, 7 non est iocus, esse -um. FVLG. myth. 2, 4 p. 42, 19. PHYSIOGN. 31 p. 48, 8 impudentem -um ... declarant. *al.* *plur.*: PVBLIL. M 1 -os fieri ... ingrati docent. SEN. benef. 4, 26, 2 *al.* CVRT. 9, 7, 16 invidi -ique. MART. 4, 85, 7 rhonchos ... -iorum. 7, 26, 9 *al.* QVINT. inst. 11, 1, 24 *al.* TAC. dial. 3 PLIN.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 7, 24, 3. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 90 nigris, id est -is, infestus. FIRM. math. 3, 7, 12 -os, malitiosos. 6, 11, 9 malos, -os, malitiosos. *al.* AMM. 20, 8, 11. PHYSIOGN. 23 p. 39, 2 sunt ... -i (*cf. gr.* ἄδικοι ... κακοῦργοι). *al.* *n. plur.* **malīgna,** -ōrum (*cf. etiam p. 184, 59*): CYPR. epist. 55, 10 p. 631, 8 quaedam ... inhonesta et -a. AVG. civ. 8, 13 p. 340, 19 D. -a gesserunt. *de morbis* (*cf. p. 184, 65*): CAEL. AVR. acut. 1, 17, 177 his -is aegrotanti atque tantis affecto. *n. sing.* malīgnum *pro adv.*: PRVD. perist. 5, 417 ibat -um murmurans *lupus.*

III *colore christiano i. q. a voluntate vel lege dei abhorrens, impius, malus, iniustus, nequam sim.* (*adi. et pro subst.*): **A** *de personis sim.*: ITALA gen. 38, 7 (Lugd.) factus est ... -us (π., *Vulg.* nequam) ante dominum. num. 14, 35 (Aug. loc. hept. 4, 38 p. 588, 10) ita fecero ... synagogae -ae (π., *Vulg.* multitudini ... pessimae). deut. 17, 7 (Lucif. Athan. 1, 6 p. 75, 8) tolles -um (τὸν π., *Vulg.* malum) ex vobis. iud. 9, 23 (Lugd.) spiritum -um (π., *Vulg.* pessimum). VVLG. Luc. 8, 2 a spiritibus -is. ORIG. in I reg. 10 p. 18, 11 B. *opp.* sanctus. *passim. cf. etiam infra l. 35*). psalm. 77, 49 (Aug. quaest. hept. 6, 2) angelos -os (π., *Vulg.* malos). Is. 1, 4 (Lucif. Athan. 1, 39 p. 135, 7) vae ... semen -um (π., *Vulg.* nequam). 53, 9 (Aug. civ. 18, 29 p. 295, 20 D.) -os (τοὺς π., *Vulg.* impios). Dan. 13, 43 (Lucif. Athan. 2, 9 p. 164, 13) hi -i (*Vulg. aliter*). Hebr. 3, 12 (Lucif. non conv. 10 p. 20, 32 *al.*) cor (π., *Vulg.* malum). I Petr. 2, 12 (Cypr. epist. 13, 3 *al.*) de vobis quasi de -is (ὑμῶν ... κακοποιῶν. *Vulg.* malefactoribus). *al.* CYPR. epist. 55, 7 p. 628, 21 -i atque apostatae (*cf.* 55, 8 p. 629, 5). LVCIF. non conv. 12 p. 25, 13 in tuo concilio -o. FILASTR. 98, 6 *anima* (*cf. l. 29*). VVLG. Iob 5, 12 cogitationes -orum. 8, 20 nec porriget manum -is. psalm. 5, 6 *al.* HIER. psalt. sec. Hebr. 10, 36 brachium impii et -i (VVLG. psalm. 9^{a}, 15 peccatoris et -i). RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 1 p. 68, 22 officiis tam sanctarum quam ... -arum virtutum. PRVD. psych. 33 animam -am (*sc. Idololatriae personatae*). ham. 613 -i ... ingenii. AVG. civ. 17, 4 p. 210, 15 D. -a mente atque impia cogitatione. 18, 18 p. 278, 21 angelica creatura ... proprio vitio ... -a. FVLG. praedest. 2, 2 *deus* faciens ... ex -o benevolum. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 1 omnes ... -os nefariosque constabat (μοχθηροὶ ... καὶ μιαροί). 34, 1 p. 450 praepositus -us (π.). *speciatim de diabolo, daemonibus* (*cf. etiam l. 15. 17*): DIDASC. apost. 31, 10 ab adversario -o. FVLG. Theb. p. 185, 2 idolatra a -o hoste ... enecatur (*cf.* PRVD. ham. 553). AVG. civ. 4, 1 p. 146, 10 D. -issimos ... daemones. BENED. reg. prol. -um diabolum (*nisi subst. delend., sed cf.* PASS. Paul. 2. 3). *hinc subst.* **malīgnus,** -ī *i. q. diabolus* (*cf.* RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 Orig. princ. 1, 5, 2 p. 70, 10 Adamant. 3, 2. *de ambiguitate casuum obliquorum masc. et neutr.* [*cf. l. 47 et p. 186, 1*] *v.* AVG. quaest. hept. 5, 39): TERT. fug. 2 p. 465, 23 Oe. erue nos a -o, id est, ne nos induxeris in temptationem permittendo nos -o (*sequ.*: eruimur diaboli manibus). ITALA Matth. 13, 38 (Iren. 4, 41, 1) zizania sunt filii -i (υἱοὶ τοῦ π., *Vulg.* filii nequam). EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 2 -i decreta. COMM. apol. 321 DIDASC. apost. 32, 28. VVLG. I Ioh. 2, 13. 14 (*neutr.? cf.* COMM. instr. 2, 18, 23). 3, 12 Cain, qui ex -o erat (ἐκ τοῦ π.). 5, 18 RVFIN. Adamant. 2, 19 p. 107, 9 *al.* CYPR. Gall. exod. 405 vetat introitum temptantis sancta -i. PRVD. perist. 5, 186 AVG. in epist. Ioh. 2, 6 *al.* VITAE patr. 3, 61 quo vadis, -e? GREG. TVR. Andr. 20 *al.* malīgnī, -ōrum *i. q. daemones*: COMM. apol. 681.

B *de variis rebus*: ITALA gen 47, 9 (Mutian. Chrysost. hom. 29, 3 p. $424^{in.}$) modici et -i facti sunt dies mei (μικραὶ καὶ π., *Vulg.* parvi et mali. *cf.* AVG. serm. 25, 4, 4). deut. 13, 11 (Lugd.) verbum ([π., *Vulg.* malum]. Ier. 9, 8 [Lucif. Athan. 2, 1] verba [δόλια ... ῥήματα. *Vulg.* dolum locuta *lingua*]. VVLG. III Ioh. 10 [π.]). 22, 14 (Aug. quaest. hept. 5, 33) nomen (π., *Vulg.* pessimum). Is. 58, 6 (Barnab. 3, 3) cautionem (ἄδικον συγγραφήν. *Vulg. aliter*). Mich. 2, 3 (Fuld.) tempus (π., *Vulg.* pessimum). Ion. 3, 8 (Weing.) via (π., *Vulg.* mala). Gal. 1, 4 (Aug. c. Faust. 21, 9) *saeculum* (π., *Vulg.* nequam). COMM. instr. 1, 24, 19 duceris in loco -o (*opp.* benigno). apol. 182 opera (*cf.* VVLG. III Esdr. 8, 87 [*adp.* peccata]. I Ioh. 3, 12 [π.] *al.*). OPTAT. 1, 15 p. 17, 17 rivulus iste -i liquoris (*de scismate*). LVCIF. non parc. 23 p. 259, 9 conatus. *al.* VVLG. Iac. 4, 16 exultatio (π.). PRVD. psych. 269 foveae ... furta -ae. AVG. pecc. mer. 2, 21, 35 diaboli persuasionem. nat. et grat. 64, 76 peccatum ... esse ... actum -um. COD. Theod. 16, 1, 3 astutiae. 16, 5, 7, 3 fraude. EVSTATH. Bas. hex. 2, 4 p. 883^{A} virtutem ... -am vel potius ipsam malitiam (δύναμιν κακὴν ... αὐτὸ τὸ κακόν). 5, 5 p. 914^{B} -o magisterio (π.). PRAEDEST. 1, 22 p. 594^{B} *v. p. 182, 68.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 19 mundi amatores -o ortui sunt subiecti. BENED. reg. 65 -o spiritu superbiae inflati. INSCR. christ. Diehl 1911 arma (*sc. diaboli*). 4727 abstinens se ab omni -a re. *al.*
subst. n. **malīgnum,** -ī *i. q. impie factum, peccatum, culpa, malum*: *sing.*: ITALA gen. 38, 10 (Lugd.) -um ... visum est ante dominum, quod ... fecisset (π., *cf. Vulg.* rem detestabilem). PS. AVG. quaest. test. I 35 ut -um illorum nullum intervallum haberet. COD. Iust. 1, 1, 8, 5 'non adversabitur sibi quicquam -um' (*cf. Vulg. prov. 20, 8, ubi* malum). *iuncturae notabiliores*: ITALA deut. 31, 29 (Lugd.) facietis -um (πονηρά. *Vulg.* malum). *al.* II reg. 24, 17 (Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 22, 2) -um feci (ἐκακοποίησα [*A*]. *Vulg.* inique egi). Matth. 5, 11 (cod. d) omne -um (π., *Vulg.* malum). VICTORIN. leg. dom. 90 (*v. adn. crit.*). LIB. iubil. 30, 21. *cf. etiam p. 186, 6.* NICET. psalm. 9 p. 66, 18 sunt ... et ex -o vigiliae. *dub., utrum masc. an neutr.* (*cf. p. 185, 42*): VVLG. I Ioh. 5, 19 mundus totus in -o positus est (ἐν τῷ π.). HIER. epist. 55, 1, 4 mundus in -o, hoc est in malo, positus. *al.* *plur.*: ITALA gen. 6, 5 (Aug. civ. 15, 24 p. 113, 20 D.) cogitat ... super -a (ἐπὶ τὰ π., *Vulg.* ad malum). 8, 21 (Aug. quaest. hept. 1, 15) apposita est mens hominis ad -a (π., *Vulg.* in malum). num. 32, 13 (Aug. loc. hept. 4, 113 p. 599, 8) facientes -a (π., *Vulg.* malum. Ier. 2, 13 [Cypr. testim. 3, 59 p. 161, 20] π., *Vulg.* mala. AMBROSIAST. in Rom. 2, 1 *al.*). HIL. c. Const. 1, 3 -a loquatur. PASS. Petr. 14 *opp.* benigna. *et al.*

structurae: *c. dat.*: OV. trist. 4, 10, 126 ingenio fama -a meo. SEN. Ag. 270 PLIN. epist. 2, 17, 15 (*an abl.?*). ITALA Sirach 14, 5 (Aug. civ. 21, 2 p. 546, 20 D.). *in c. gerund.*: QVINT. inst. 2, 5, 6 (*v. p. 183, 45*). MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 1 p. 450. *in alqm.*: QVINT. inst. 4, 1, 10. *c. abl. resp.* (*cf. l. 11*): CORIPP. Ioh. 1, 252. *instrum.*: *p. 185, 32.*

syn.: impius: HIER. psalt. sec. Hebr. 10, 36 *al.* iniquus: AVG. civ. 20, 19 p. 452, 15 D. invidus: OV. met. 10, 329 *al.* nefarius: MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 1. *cf.* SYNON. Cic. Char. gramm. p. 437, 1 B. obtrectator. aemulator. invidus. putidus. avidus. pertinax. difficilis. durus. *al.* p. 447, 5 sordidus. difficilis. durus. tenax. inliberalis. angusti animi. spurcus. *al.* *opp.*: aequus: SEN. Ag. 270. beneficus: CHALC. comm. 297. benevolus: FVLG. praedest. 2, 2 *al.* benignus: *saepius.* bonus: ITALA Sirach 14, 5 (Aug. civ. 21, 27 p. 546, 20 D.) *al.* largus: PLAVT. Bacch. 401 *al.* sanctus: RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 1 *al.*

deriv.: malignitas. maligno(r). malignosus.

adv. ✕**malīgnē.** *comp. v. l. 45. 47. 52 bis; superl. v. l. 64.* -e admodum *v. l. 48.*

A *strictiore sensu*: **1** *ad angustum hominum animum pertinens i. q. parce, sordide, illiberaliter*: PLAVT. Stich. 590 (*interpol.? cf. Steinthal, de interpol. Plaut. 55 sqq.*) hau -e vos invitassem domum ad me, sed mihi ... domi meae nihil est. HOR. epist. 2, 1, 209 laudare. OV. met. 13, 270 benefacta ... detractare. LIV. 3, 63, 5 gemina victoria ... parta -e senatus in unum diem supplicationes ... decrevit. 8, 12, 12 ager ... -e plebei divisus. 39, 9, 6 -e omnia praebentibus suis meretriculae munificentia sustinebatur. SEN. benef. 6, 16, 7 nec, quae sciebat, -e dispensavit. 6, 34, 3 per fores -e apertas (*sc. amicis, quorum 'disponitur salutatio'*). dial. 10, 15, 3 bona ... non sordide nec -e custodienda. epist. 18, 9 quibus *diebus* -e famem extingueret *Epicurus.* PETRON. 42, 6 -e illum ploravit uxor. IVST. 5, 2, 14 commeatus -e praebere. *i. q. fastidiose*: CHIRON 414 *iumentum* -e manducabit (341 -e et prave). **2** *de penuria, infirmitate, sterilitate rerum i. q. anguste, non ample*: CATVLL. 10, 18 non ... mihi tam fuit -e, ut ... non possem ... parare. SEN. dial. 1, 4, 14 *Germanos* -e solum sterile sustentat. 4, 19, 5 *senibus* corpus ... -e ... alitur (*sc. cibis*). 6, 16, 1 naturam -e cum muliebribus ingeniis egisse et virtutes illarum in artum retraxisse (epist. 44, 1 -ius). nat. 6, 14, 3 spiritus ... per aliquam rimam -e fugit (*ibid.* angustius). 7, 23, 2 *ignis* minor ... esset ac maior, prout plenius aleretur aut -ius (*cf.* 6, 23, 4). MELA 2, 16 regio ... infecunda ... eorumque quae seruntur -e admodum patiens. PLIN. nat. 34, 112 *aerugo* -e virens. **B** *latiore sensu i. q. invidiose, malitiose, prave sim.*: LIV. 45, 39, 16 loqui maledice ac -e. SEN. contr. 2, 5, 20 -e et accusatorie. suas. 6, 24. CVRT. 7, 1, 21 alia -ius dicta. 8, 1, 29 -ius habitum ... sermonem. PERS. 3, 21 -e respondet ... fidelia limo. QVINT. inst. 12, 1, 20 non -e crediderim (*sc. aliquid mali de Cicerone*). decl. 309 p. 216, 4 callide ac -e. *al.* TAC. dial. 2 PLIN. epist. 1, 5, 12. 9, 38 -e legunt. FRONTO p. 40, 16 N. *opp.* benigne. GRAN. LIC. p. 28, 9? GAIVS dig. 5, 2, 4 SCAEV. dig. 4, 8, 43 MARCIAN. dig. 48, 3, 6, 1 PAVL. dig. 45, 1, 126, 2. GELL. 4, 15, 1 inscite aut -e. APVL. met. 11, 6 ANTH. 412, 1. PALLAD. 15, 1 *librarii* tarditatem nunquam -e aestimo. AMM. 19, 12, 5. 22, 11, 6. CE 442, 3 Fortuna, fidem ... mutasti -e. COD. Iust. 6, 1, 4, 5 (*a. 319*) -e factum. **C** *ap. christianos i. q. impie, improbe, male*: ITALA gen. 43, 6 (Lugd.) -e fecistis in me (ἐκακοποιήσατέ με. *Vulg.* in meam hoc fecistis miseriam). deut. 15, 9 (Lugd.) ne ... -e agat oculus tuus (*cf. p. 182, 48.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 202, 13 -issime [φιλοκακούργως]). *al.* VVLG. Sirach 1, 40 accessisti -e ad dominum (οὐ ... φόβῳ κυρίου). AVG. gest. Pelag. 32 -e et imperite. DRAC. laud. dei 2, 426 peccando sponte -e.

adv. **malīgniter.** EPIST. Arr. ad Euseb. (RevBén. 26) p. 93, 9 quia -r nos expugnat et persequitur (vehementer nos vastat *versio alt. Cassiod. hist. 1, 15*).

maliloquāx, maliloquium, maliloquus *v.* male-.

malimōris *v.* malemorius.

malina, -ae *f.* [*vox fort. Gallica. J. B. H.*] GLOSS. V 572, 23 -as: aestus maiores. GLOSS.^{L} Corp. Interpr. 216 -a: fylled flood (*anglosax.*).
MARCELL. med. 36, 49 *malagma* conficitur XII kal. Iul., non interest quo die vel luna vel -a. ISID. ord. creat. 9, 4 ledonis et -ae vicissitudines (*cf.* 9, 6 XXIV -ae et totidem ledones). 9, 5 *v. vol. II 898, 36.* 9, 6 a ... tenebrosa. 9, 7 aequinoctiales -ae.

mālinus, -a, -um *a* mālum (mālus). *i. q. ab arbore vel pomo mali veniens*: PLIN. nat. 15, 42 in Baetica -a appellari coeperunt malis insita *pruna.* CHIRON 861 olei -i (*cf. Ahlquist, Eranos 12, 1912, 165*) p. IV (865 MARCELL. med. 20, 30. 27, 29 ex oleo myrtino vel -o, id est habente corticem mali Punici). CAEL. AVR. chron. 3, 2,

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

34 vina ... ut murtinum, -um vel ex malo Punico confectum. *i. q. colore mali similis*: PLIN. nat. 22, 53 foliis ... candidis aut -is aut purpureis. CHIRON 426 tumores (hum- *cod.*) ... pallidi et mali⟨ni⟩ (*add. Hoppe coll. Hipp. I 287, 18* φλέβες ... μήλινοι). [*corrupt., ut vid.*: COLVM. 7, 8, 7 -is (*vel* mallinis *codd.*, maligno *Gesner, Schneider*) li[g]ni[s] vel culmi fumo coloratus. MARCELL. med. 14, 47 *v. s.* Maleus.] *cf.* 1. melinus. *Hey.*

mālis, (*gen.* -eōs *v. l. 14*), *acc.* -im *f.*, μᾶλις. *i. q. morbus quidam iumentorum praecipue mulorum*: PELAGON. 204 periculosissimum vitium est, -im (*Hippiatr. II 31, 19* μᾶλιν) id multi vocant, cuius genera ... Latini articularem, umidam, siccam, albam, nigram appellant. [*sensu transl.?*: COLL. Mos. 15, 3, 8 ut ... stirpitus amputari -is (*B*, mali *VM*, lues *Momms.*) haec nequitiae ... possit.] *ex gen. (omisso voc.* morbus) *deductae sunt formae vulgares* *māleōs *indecl. m. (f. l. 17) et* *māleus, -ī *m.* *de originatione cf. l. 21. 27. 30. declinatur apud* VEG.; CHIRON *in omnibus casibus solam formam* -os (-us) *adhibet. fem.*: CHIRON 350. 352. 613.

CHIRON 114 de -os. 125 -os quod dicitur subcutem. 164 de morbo, qui appellatur -os, quem quidam profluvium Atticum vocaverunt (*cf.* 344 *et Hippiatr. II 13, 21* πάθος, ὃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ μᾶλιν). 165 oritur ... ex malo catastemate aëris, unde et -os dicitur. 168 sunt ... genera huius morbi -os numero VII ([VEG. mulom. 1, 2, 2]. 350 sunt ... g. -os IV. *cf. etiam l. 10*). 172 separavimus scabiem a -os (*cf.* VEG. mulom. 1, 5, 2 a ... -i societate discretus est). 186 morbum -os intelligere (190. 199 *al. cf. l. 22. 26. 33*). 312 est morbus alienatus -os (VEG. mulom. 2, 87, 2 alienatus quod animalibus eripit sensus, -us quod ... internecivum contagium facit). 352 arida -os (*Hippiatr. II 17, 11* τῆς ... ξηρᾶς μάλεως). 358 cum factus est -os. 613 similis -us succutaneae. *al.* VEG. mulom. 1, 2, 1 vocabulo ..., quod antiqui -us nominaverunt, ipsa appellatione vim cladis periculumque testantes. 1, 17, 1 ad curam morbi -i execrabilis. 1, 19, 1 adversus morbum -um. 1, 31 a morbo ... -o teneri. 4, 2, 1 equinum genus morbus, qui appellatur -os, ... boves quoque ... interficit ..., quem plerumque vulgus achanum appellat. *al.* *R.*

?**malitās,** -ātis *f.* a malus. GLOSS. I p. 248, 5 -s κακία. VLP. dig. 4, 2, 5 metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed maioris -tis (*FL^a?*, vanitatis *P^a*, mali *P^{b}L^{b}U*. ἀπὸ μεγάλης κακοθελείας *Bas.* '*Ulpianus scripsisse videtur* maioris mali talis ⟨quod et constantissimum hominem moveat⟩ *similiterve, eaque male in epitomen redegisse compilatores'. Mommsen*). *v. etiam Kalb, Roms Juristen p. 43 et Schulz, Prinzip. d. röm. Rechts p. 89.*

***malitia,** -ae *f.* [*a* malus. *J. B. H.*] *plur.*: *v. infra l. 72. 73. 82. p. 188, l. 15. 33. 61. 79 al.* *dedi omnes locos usque ad* TAC. *nonnullis* CIC. *et* SEN. phil. *exceptis.* *de notione*: CIC. nat. deor. 3, 75 est ... -a versuta et fallax ratio nocendi. AVG. serm. 353, 1, 1 quid est -a nisi nocendi amor? ... -a malo delectatur alieno. *cf.* RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 definiunt quidam πονηρίαν, id est nequitiam, spontaneam vel voluntariam esse -am. PELAG. in Col. 3, 8 p. 465, 9 S. ISID. diff. 1, 358 cogitatio ... prava mentis -a dicitur, -ae votum vel opus malignitas appellatur. *cf. etiam l. 84 p. 188, 11.* *vox media dicitur*: NON. p. 454, 26. GLOSS. δεινότης (*v. p. 188, 30*). πονηρία. GLOSS.^{L} II Philox. MA 46 -a κακία (*cf.* HIER. in Zach. 8, 16 p. 1474^B *al.*). *cf. etiam s.* pernicitas, pernicies. [*dub.*: TAC. ann. 13, 30 (*v. adn. crit.*). VLP. dig. 29, 1, 1, 1 (*v. sub* miles).] [*hisp.* maleza. *M.-L.*]

I *generaliter*: **A** *de indole noxia, voluntate nocendi hominum* (*plur. i. q. acta malitiae*): **1** *cum notione vituperationis*: ENN. scaen. 223 quis homo te exsuperavit ... impudentia? :: quis autem -a te? PLAVT. Amph. 269 me malum esse oportet, ... atque hunc telo suo ..., -a, a foribus pellere. Aul. 215 civem sine mala omni -a (Bacch. 1131 Trin. 338). Bacch. 54 ne tibi lectus -am apud me suadeat. Epid. 732 *Epidicus* libertatem -a invenit sua. Mil. 189 habet ... perfidiam -am ... audaciam *eqs.* 942 *v. p. 188, 32.* Persa 238. Poen. 300 invidia in me numquam innata est neque -a (*opp.* ingenium bonum). Pseud. 582 -a fraudulenta. 705^a per -am et per dolum et fallaciam. Rud. 36. 693. Truc. 471 matris opera mala sum et meapte -a. 473. 810 CAECIL. com. 87. 229. TER. Andr. 723 opus *est* ... exprompta -a (EVGRAPH. calliditate. *cf. l. 79*) atque astutia. Hec. 203. Haut. 796 ius summum saepe summast -a. Phorm. 273. 359. 659 (*opp.* stultitia. *item* RHET. Her. 4, 29, 40 CIC. inv. 2, 61 PHYSIOGN. 105). SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 11, 9 flagitia ... in duabus rebus sunt, -a atque nequitia (*ibid. saepius.* RHET. Her. 3, 6, 11). ACC. trag. 46 animus ... atroci vinctus -a. TVRPIL. com. 157 expars -is. TRAG. inc. 114 versutiloquas -as. RHET. Her. 2, 26, 40. 3, 6, 12. 4, 34, 45 *opp.* virtus (CIC. leg. 1, 49 SALL. Iug. 22, 2 SEN. dial. 7, 16, 1 *al.* QVINT. inst. 12, 1, 35 FRONTO p. 143, 9 N. GELL. 18, 1, 4 APVL. apol. 24 *al.* CHALC. comm. 157 *al.* HIER. in Eph. 4, 31$^{extr.}$). CIC. inv. 1, 3 *eloquentia* ingenio freta -a pervertere urbes ... assuevit. 2, 55. 108 *adp.* crudelitas. 2, 138 *adp.* culpa. Quinct. 56 *adp.* fraus (Q. Rosc. 20 fin. 2, 46. 4, 52 *al.*). Q. Rosc. 20 olere -am et clamitare calliditatem. 23 *adp.* perfidia (46 RVT. LVP. 2, 3). Verr. I 55. II 2, 66 *adp.* calumnia. 3, 155 *syn.* improbitas (fin. 4, 52. *cf.* Caecin. 2). Cluent. 72 artificio quodam -ae. fin. 3, 39 quas ... Graeci κακίας appellant, vitia malo quam -as nominare (3, 40). Tusc. 4, 34 vitiositas — sic ... malo quam -am appellare ... κακίαν ..., nam -a certi cuiusdam vitii nomen est, vitiositas omnium. nat. deor. 3, 74 everriculum -arum omnium, iudicium de dolo malo. div. 1, 132. 2, 27 *testes* aut casu veri aut -a falsi. Lael. 47 *opp.* bonitas (top. 47 PVBLIL. B 18 CHALC. comm. 201 MART. CAP. 4, 366. *saepe ap. Christianos*). off. 1, 62 *adp.* insidiae. 2, 10 versutos ... admirantes ... -am sapientiam iudicant (*cf.* 3, 71 ea ... -a, quae volt ... videri se esse prudentiam [3, 96 part. 81 HIER. epist. 57, 3, 1]). 3, 72 Att. 3, 23, 4 PVBLIL. M 55. 60. PS. SALL. rep. 2, 6, 4 *adp.* dolus. 2, 8, 3. LIV. 3, 41, 8 in -a (*opp.* in bono). RVT. LVP. 2, 9. PAVL. FEST. p. 370 M. *v. s.* versutus. SEN. dial. 6, 12, 6 *Sullae.* epist. 50, 7 *opp.* bona mens. 75, 10. 81, 22 -a ipsa maximam partem veneni sui bibit. 106, 6 -a et species eius omnes, malignitas, invidia, superbia. 115, 7. PLIN. nat. 11, 276 (*ex Pomp. Trog.*) qui carnosos a naribus angulos habent, -ae notam praebent. QVINT. inst. 3, 8, 45 non -a, sed indignatione. 12, 1, 1 decl. 252 p. 31, 15 TAC. ann. 15, 21 PLIN. epist. 2, 3, 5 CELS. dig. 6, 1, 38 (*plur.*). IVLIAN. dig. 25, 4, 2, 1 *opp.* imperitia. SCAEV. dig. 27, 1, 37, 1 *opp.* error. VLP. dig. 4, 3, 1 pr. *opp.* simplicitas. APVL. Plat. 2, 4 -am de ... abundantia inopiaque constare. 2, 16 non sponte grassari -am. PS. APVL. Ascl. 7 *imago intellegentiae* in mentibus -am parit. 16 -ae fraudes dolos vitiaque. 22 PORPH. Hor. carm. 3, 15, 11 EXPOS. mundi 53 VOPISC. Aurelian. 35, 5 FIRM. math. 4, 14, 7 *al.* AMM. 29, 2, 17. HIER. in Eph. 4, 31$^{extr.}$ *syn.* malignitas ... nequitia. PHYSIOGN. 35. 37. 44 *al.* COD. Theod. 3, 11, 1, 1 (*a. 380*). *al.* COD. Iust. 9, 23, 5 (*a. 225*) *al.* LEX Visig. 2, 3, 5. *et saepe.* *nota de singulis malitiosorum actibus* (*cf. p. 187, 56*): VLP. dig. 44, 4, 4, 13 Labeo ... ait ... iniquum esse communem -am petitori ... praemio esse ..., alteri poenae (*syn.* perfide gestum). *i. q. 'rixa', 'inimicitiae'?*: MART. BRAC. sent. patr. 22 quid volo ego cum homine aliquam habere -am? (*an referendum ad II A?*). INSCR. christ. Diehl 4330 A a (*s. IV*) queius familia -a⟨m?⟩ non meminit unquam. **2** *pertinet ad calliditatem in re mala perpetranda, paene laudative* (*cf.* GLOSS. δεινότης): PLAVT. Epid. 546 muliebris adhibenda mihi -a (*cf.* PVBLIL. M 35 m. lacrima condimentum est -ae). Mil. 189. 942 ubi facta erit conlatio nostrarum -arum (mil- *codd.*). CIC. Att. 15, 26, 4 nisi tua -a affuisset. epist. 9, 7, 1 indicabo -am meam. 9, 19, 1 a -a non discedis.

B *de indole, voluntate noxia bestiarum*: PHAEDR. 2, 4, 5 feles contubernium fraude et scelesta ... evertit -a. PLIN. nat. 17, 255 *centrinae* (*culices*) fucis apium similes ignavia -aque. ITALA Ier. 11, 19 (Cypr. testim. 2, 15 *al.*) sicut agnus sine -a (ἄκακον. *Vulg.* a. mansuetus). ROMVL. fab. 55 pr. (rec. gall.). *al.*

C *de vi nocendi, iniquitate, pravitate rerum*: **1** *de stellis noxiis*: FIRM. math. 2, 8, 2 naturalem ... -am *Mars* ... amittit (5, 5, 2). 2, 19, 7 loci ipsius ... -a sublevatur. 2, 13, 5 -a Saturni fortius crescit. 3, 6, 27 ab incursu praecedentis -ae. 6, 15, 11 malivolarum stellarum -a ... bebetatur. *talia saepius.* *cf.* 6, 22, 14 -a ... coniunctionis. **2** *de aliis rebus pestiferis, damnosis*: EXPOS. mundi 5 p. 105, 19 neque -am corporis nostri habent. PALLAD. 1, 6, 7 viae -a. 1, 6, 16 -a eius (*salsae terrae*) ... imbribus eluatur. 11, 2 *lini seminis.* 11, 8, 3 *arborum sterilium.* ORIBAS. syn. 4, 42 p. 44$^{med.}$ magis virtutis est aqua ⟨quam⟩ -ae (*4, 41, 8* κακίας. *rec. La*: malitiosa). RVF. podagr. 20 bulbus narcissi, in quo non est aliqua -a. CHALC. comm. 296 mundum ex speciei bonitate silvaeque -a temperatum. *latissimo, ut vid., sensu i. q. mali quodvis genus* (*cf. etiam p. 189, 18*): PS. APVL. herb. 131 l. 49 H.-S. si qua generis cuiusque -a in domo visa fuerit (*cf. infra*: omnia mala expellit). PLAC. med. rec. β 23, 6 nocere tibi poterit nec serpens nec latro nec ulla -a. *de iniquitate morborum sim.* (*cf. Svennung, Unters. zu Pall. p. 596*): PHILAGR. med. 3 p. 160, 4 M. non redit facile -a eius. ORIBAS. syn. 2 add. p. 843$^{med.}$ reliquias -ae. 7, 11$^{in.}$ (*rec. Aa*) vulneris (gr. τῆς τοῦ ἕλκους κακίας). *al.*

II *colore christiano*: **A** *active i. q. peccatum gravius, peccandi studium* (*alqm.* adversum *l. 81*): ITALA deut. 31, 18 (Lugd.) propter omnes -as (κακίας. *Vulg.* mala) quas fecerunt. Zach. 7, 10 (Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 469, 4) -am ... proximi sui ... ne recogitet (κακίαν. *Vulg.* malum. *item* Zach. 8, 17 [Tert. *ibid.*]). lev. 19, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 35 p. 539, 15) fratris -ae memor ne sis (οὐ μηνιεῖς τοῖς υἱοῖς. *Vulg.* iniuriae). iud. 9, 56 (Lugd.) -am Abimelec (πονηρίαν. *Vulg.* malum). *sim. saepius.* III reg. 13, 33 (Lucif. reg. apost. 5) non est reversus Hieroboas a -a sua (ἀπὸ τῆς κακίας. *Vulg.* de via sua pessima). Matth. 23, 28 (Iren. 4, 18, 3 p. 615) pleni estis -a et hypocrisi (ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας. *Vulg.* iniquitate). Eph. 6, 12 (Tert. ieiun. 17) spiritalia -ae (πνευματικὰ τῆς πονηρίας. *Vulg.* spiritualia nequitiae. *cf.* CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 10 p. 23, 2). TERT. spect. 2 p. 4, 3 *adp.* malignitas. patient. 10 p. 15, 11 -a numquam non domino odiosa. adv. Marc. 2, 10 -a mendacii et fallaciae. 2, 14 p. 354, 12 *opp.* iustitia. 3, 21 p. 414, 3 omnis -ae atque blasphemiae ingenia convertent in studia modestiae et pacis. paenit. 2, 14 -ae officium (*sc. paenitentia*). DOCTR. apost. 3, 2 appetens ... -ae. 5, 1 (*gr.* κακία). EPIST. Paul. et Cor. II rec. B 2 *opp.* disciplina. HIL. op. hist. frg. 2, 2 -am suam exercere (VVLG. gen. 50, 17). 2, 5 -a ... et falsitas. PS. HIL. libell. 12 *opp.* innocentia. PSALT. Rom. 139, 3 cogitaverunt -as (*Vulg.* iniquitates). VVLG. gen. 50, 17 peccati atque -ae. I reg. 20, 9 completa est -a eius. 25, 17 -a adversum virum. 25, 39 -am *reddere.* psalm. 51, 5 *opp.* benignitas. Sirach 9, 1 -am doctrinae nequam (παιδείαν πονηράν). 37, 3 *adp.* dolositas. 46, 9 murmur -ae (πονηρίας). Ier. 2, 19 aversio. I Cor. 5, 8 *adp.* nequitia. 14, 20 -ā parvuli estote. RVFIN.

[*Hey*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Orig. in num. 12, 4 p. 105, 1 B. *adp.* iniquitas. Orig. princ. 1, 5, 5 p. 78, 4 profectus ... -ae. 1, 6, 3 p. 82, 21 in tantam indignitatem ac -am se dedisse. AVG. civ. 11, 17 p. 484, 22 D. vitium -ae. 15, 13 p. 82, 21 *adp.* perversitas. conf. 2, 4, 9 -ae meae causa ... *erat* -a. SVLP. SEV. chron. 1, 35, 8 *opp.* pietas. CONC.[S] I 2 p. 106, 42 *v. p. 182, 30.* EVSTATH. Bas. hex. 2, 4 p. 883[A] *al.* (*gr.* κακόν *et* κακία). PS. BOETH. fid. cath. 121 -a propriae contumaciae. CASSIOD. Didym. in Iudam 12/13 p. 95, 25 *adp.* impietas. GREG. M. moral. 2, 54 -a persecutionis. *et al.* -a *maxime refertur ad diabolum et daemonia*: TERT. apol. 22, 4 -a spiritalis. idol. 2 p. 32, 5 diaboli ingenium de -a ..., dei dominium de disciplina. test. anim. 3 p. 137, 24 *inter maculas, 'quas nos daemoniis deputamus'. ibid.* p. 138, 3 *Satanas*, quem nos dicimus -ae angelum. orat. 8 p. 186, 16 paenit. 7, 7 anim. 46 p. 377, 24 adv. Val. 22 p. 200, 4. CYPR. epist. 59, 13 p. 680, 15 diaboli -a. PRISCILL. tract. 5, 83. GENNAD. dogm. 57 *diabolus* -ae inventor. AVG. civ. 2, 10 p. 64, 12 D. daemonum. 2, 25 p. 89, 35 *opp.* miseria. 2, 26 p. 92, 2 *al.* *singulariter de deo Marcionis*: TERT. adv. Marc. 1, 17 p. 312, 25 -a creatoris.

B *passive i. q. malum, miseria* (AVG. serm. 306, 1, 1 lingua *Hebraica* -a [*hebr.* רָעָה] dicitur etiam malum, quod patiuntur homines. *cf. l. 36*): ITALA exod. 32, 14 (Aug. quaest. hept. 2, 143) propitiatus est dominus de -a, quam dixit facere populo suo ([*Vulg.* placatus est ..., ne faceret malum *eqs.*] AVG. *ad l.* -am hic poenam intellegi voluit, sicuti est [*sap. 3, 2*]: est -a exitus eorum [*Vulg.* afflictio]). Ion. 3, 10 (Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 24) paenituit dominum de -a, quam dixerat facturum se illis ([κακία. VVLG. misertus est super -am, quam locutus fuerat, ut faceret eis]. TERT. *ad l.* p. 368, 9 dicimus ... -am nunc significari non quae ad naturam redigatur creatoris, quasi mali, sed quae ad potestatem quasi iudicis. p. 368, 18. 26 poenam ipsam -am nominavit). Ion. 4, 2 (Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 28) *deum* paenitentem -arum (VVLG. ignoscens super -a). VVLG. Ioel 2, 13 *deus* patiens *est* et multae misericordiae et praestabilis super -a (HIER. *ad l.* -am ... non contrariam virtuti debemus accipere, sed afflictionem). Sirach 12, 9 in -a illius *viri* amicus agnitus est (ἐν τοῖς κακοῖς). 30, 14 dives imbecillis et flagellatus -a. Matth. 6, 34 sufficit diei -a sua (ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. HIER. epist. 55, 1, 3 *ad l.* κακία ..., quam Latinus vertit in '-am', apud Graecos duo significat, et -am et afflictionem, quam κάκωσιν Graeci dicunt et hic magis pro -a transferri debuit). *cf.* HIL. in Matth. 5, 13 vitae nostrae -a. EVGIPP. Sev. 12, 2 -am ... praesentis temporis. *nota*: ITALA deut. 16, 3 (Lugd.) azyma panem -ae (ἄρτον κακώσεως. *Vulg.* afflictionis p. [לֶחֶם עֹנִי]).

epitheta: apparens: SEN. epist. 92, 29. arguta: LACT. inst. 1, 1, 8. atrox: ACC. trag. 46. callida: LIV. 38, 44, 1. clara: SIDON. epist. 8, 1, 2. communis: *v. p. 188, 25.* deterrima: APVL. Plat. 2, 4. detestabilis: APVL. met. 7, 19. exquisita: HIL. op. hist. frg. 2, 6. extrema: GELL. 2, 6, 10. fallaciloqua: ACC. trag. 694. fraudulenta: PLAVT. Pseud. 582. gratuita: HIER. epist. 57, 2, 3. humana: PS. AVG. serm. ed. Mai 154, 1. improvida: APVL. met. 11, 15. inoffensa: TAC. ann. 13, 30. levis: SEN. epist. 47, 21 *al.* lucrosa: VLP. dig. 4, 3, 1 pr. magna: PVBLIL. B 18 AVG. civ. 9, 13 p. 385, 27 D. mala: PLAVT. Aul. 215. *cf.* PVBLIL. M 60. minor, mitior: AVG. civ. 11, 23 p. 493, 19 D. muliebris: *v. p. 188, 31.* multiformis: PHYSIOGN. 44 p. 62, 3. naturalis: CLAVD. DON. Aen. 8, 440 VVLG. sap. 12, 10 *al.* novercalis: APVL. met. 10, 5. perfecta: APVL. Plat. 2, 16 TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 323, 11. perversa: HIL. ad Const. 18. plurima: VVLG. Iob 22, 5. praecox: APVL. apol. 85. profunda: APRING. in apoc. 2, 24. scelesta: *v. p. 188, 36.* summa: TER. Haut. 796. vana: AVG. civ. 17, 18 p. 243, 26 D. versutiloqua: *v. p. 187, 72.*

deriv.: malitiosus.

malitiēs, *abl.* -ē *f. a* malus. GLOSS. II 337, 1 κακότης. singulariter tantum declinabitur. *cf.* CHAR. gramm. p. 33, 8 B. *i. q. peccatum*: APRING. in apoc. 3, 20 p. 25 resipiscens a peccatis suis pravis vel a -e. *i. q. malum*: ITALA Am. 3, 6 (Filastr. 79, 2) si est ... -es (κακία. *Vulg.* malum) in civitate, quam deus non fecit.

malitiōsitās, -ātis *f. a* malitiosus. *i. q. natura vel studium malitiosi*: TERT. adv. Marc. 3, 15 p. 402, 1 -is consilium. 3, 23 p. 419, 2 per -em.

×malitiōsus, -a, -um *a* malitia. *comp.* -ior. AVG. *v. p. 190, 10.* FACVND. defens. 7, 6 p. 698[A]. -a magis: ORIBAS. syn. 2 add. p. 844[in.] *superl.*: FRONTO *v. p. 190, 1.* AVG. civ. 2, 29 p. 96, 24 D. ISID. orig. 10, 176 -us, deterior malo, quia frequenter malus. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 412, 29 B. versutus, callidus, vafer, veterator, malevolus, insidiosus, -us. GLOSS. πονηρός, κακοήθης, κακοθελής. NOT. Tir. 6, 84 (maledictiosus *l. var.*). [*loco corr.*: FRONTO p. 12, 16 N.]

generatim de hominibus et rebus i. q. insidiosus, dolosus, noxius: AFRAN. com. 125 istaec -a non tam calleo. TRAG. inc. 59 istius (*sc. Ulixis*) ... -am audaciam. CIC. inv. 2, 37 non -ae animi affectioni. Quinct. 56 *v. vol. VI 1265, 59.* leg. agr. 2, 28 hoc ... perversum ... aut ... -um. Tusc. 3, 50 nullum genus est minus -um *quam Epicurei.* off. 1, 33 nimis callida, sed -a iuris interpretatione. 3, 57 viri ... versuti ... fallacis, -i, callidi, veteratoris, vafri. 3, 60 omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, -i. 3, 74 -is blanditiis. LIV. 1, 30, 9 *v. Onom.* FRONTO p. 24, 9 N. malus ac -us (GELL. 9, 2, 8 [*cf. p. 190, 34 et Wölfflin, Ausgew. Schr. 266*]). p. 62, 6 eos ... provenire -issimos, qui *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 41 p. 561, 18 CAPITOL. Alb. 10, 1. LAMPR. Alex. 66, 2 amicos. ARNOB. nat. 2, 55 p. 91, 16 -us et noxius. 6, 25 p. 236, 3 voluntates. FIRM. math. 1, 2, 4 -a commenta. 1, 3, 8 -o ... instinctu. 2, 13, 6 malivolarum stellarum -a ... potestas (*cf. infra l. 23*). 5 pr. 2 taciturnitas. *al.* err. 10 p. 27, 4 *al.* NON. p. 329, 13 argutum: audax -um. PRISCILL. can. 89 p. 146, 6 mundi felicitas ... nociva et -a. SCHOL. Cic. Bob. p. 100, 31 St. criminationem. p. 160, 37 accusatoris. p. 163, 5 fraudibus. VVLG. I reg 25, 3 vir ... pessimus et -us. AVG. mor. Manich. 2, 19, 67 quid vobis fallacius ... insidiosius ... -ius dici ... potest? epist. 167, 6 'astutiam', quae usitatius in -is ... vocari solet. serm. 353, 3 nocendi cupiditates. CONST. Sirmond. 1 (*a. 333*) -a litium semina. NOVELL. Valent. 35 (34), 13 (*a. 452*) ne a -is ingeniis ... aliud tricennium vindicetur. AVDAX gramm. VII 320, 16 *oratoria* -a ars est. VAL. CEM. hom. 5, 1 lingua. CASSIOD. in psalm. 78, 5 calliditas (*opp.* simplicitas ingeniosa). FERRAND. epist. 3, 13. *notanda*: *in medicina*: FIRM. math. 3, 5, 30 caput -is humoribus onerant (*cf.* 4, 7, 3. 6, 9, 15). PHILVM. med. 2 p. 116, 3. 117, 2 M. passio. ORIBAS. syn. 1, 16 p. 816[extr.] purgativa ... medicamina -a et odibiles sunt stomacho (*gr. 1, 16, 5* φαρμάκων κακούντων). 1, 19 p. 823 in synocis febribus vel -is (*rec. Aa*, vel causis -is *La. gr. 1, 19, 1* κακοήθεσι. *cf.* 4, 15 p. 16[med.] [febris pessima *La*]). 2 add. p. 844[in.] aegritudo. 7, 11[in.] (*rec. La*) -a (mala *rec. Aa*) vulnera (*gr.* κακοήθη). *al.* RVF. podagr. 19 -us (*sic*) medicamen. *de stellis* (*cf. supra l. 4*): RVFIN. Clement. 10, 9 *opp.* benignus. *de aquis*: ORIBAS. syn. 4, 42 (*La*: malae. *syn.* corruptae. *opp.* bonae).

structurae: RHET. Her. 4, 53, 66 dolis -a Karthago. CIC. rep. 3, 26 in disputando vafri ... veteratores ... -i (TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 10 in isto consilio -us). EPIST. pontif. 1056 (*c. a. 585*) Conc.[S] IV 2 p. 124, 29 *Theodorus* -us ... loquendi.

adv. **×malitiōsē.** *comp.* -ius: CIC. S. Rosc. 111 RVFIN. apol. 2, 29 AVG. epist. 62, 1. [*deletur ab editoribus*: CIC. Verr. I 33. *loco mutilo*: CATO inc. libr. frg. 10.]

i. q. insidiose, dolose, maligne: PLAVT. Cas. 394 a me ... -e de hac re factum (Mil. 563 *al.* 887 male atque -e [*cf. p. 189, 83*]. RHET. Her. 1, 5, 8 CIC. inv. 1, 22. Verr. II 2, 132 *adp.* vafre. *al.* NEP. Alc. 7, 2 GAIVS dig. 30, 67 pr. VLP. dig. 29, 4, 1, 12. ARNOB. nat. 7, 51 p. 285, 1 *adp.* iniuste. *al.*). CIC. Caecin. 20 litis genus tam -e (maleficiose *v. l.*) *intendere.* off. 3, 61 agi dolose aut -e. VLP. dig. 2, 13, 8 pr. qui -e edidit *rationes.* 13, 7, 9 pr. -e in pignore versatus. ITALA Mich. 3, 4 (Gild. Brit. 86 chron. III p. 73, 28) -e gesserunt (ἐπονηρεύσαντο, *Vulg.* nequiter egerunt). SVLP. VICT. rhet. 40 p. 337, 24 -e et voluntate laedendi ... vitam hominis ... prosecutus. PS. ASCON. Verr. p. 218, 10 St. contra me -e exis. AMBR. spir. 1, 3, 32 interpretari (HIER. in Zach. 3, 11 p. 1506[A] *al.*). VVLG. Dan. 13, 43 quae ... -e composuerunt (πονηρεύονται). CONC.[S] I 5 p. 139, 30 quod -e posuerit carne passum (κακούργως). EPIST. pontif. 937 (*a. 554*) Conc.[S] IV 2 p. 164, 23. CASSIOD. in psalm. 27, 4 INST. Iust. 4, 17, 6 *al.* *verbo omisso*: CIC. Att. 15, 13, 3 Clodium nihil arbitror -e. *de bestia*: EVSTATH. Bas. hex. 8, 3 p. 949[A] venantibus hominibus ad aliorum captum -e (κακούργως) consentiens *perdix.*

deriv.: malitiositas. *Hey.*

χαμαίμηλον· ... Ῥωμαῖοι μάλιουμ PS. DIOSC. Vind. 3, 137 p. 146, 19 (*obscurum*).

malivolēns, malivolentia, malivolus *v.* male-.

malivola *v.* mandibula. **mālius**, -a, -um *v. Onom.*

malleātor (mal(l)iātor), -ōris *m. a* malleus. GLOSS. σφυροκόπος, κοπεύς. GLOSS.[L] V Abba MA 23 faber ferrarius. HIER. nom. hebr. p. 8, 6 Latusim -es. 70, 18 Pilatus os -is (*cf.* 78, 24 EVCHER. instr. 2 p. 144, 11 ISID. orig. 7, 10, 9).

1 *proprie is qui malleo operatur*: MART. 12, 57, 9 balucis -r Hispanae tritum nitenti fuste verberat saxum. ITALA gen. 4, 22 (Aug. civ. 15, 17 p. 95, 22 D.) erat -r aerarius (χαλκεὺς σφυροκόπος, VVLG. -r et faber). VVLG. Iob 41, 15 stringetur quasi -is incus. *speciatim de fabris nummariis* (*cf. Blümner, Technol. IV 260; Regling, RE Suppl. V 649*): CIL VI 44 (*bis*) signatores, suppostores, malliatores monetae Caesaris. *nota*: CIL XIII 6619 Herculi maliator(i) (*Zangemeister interpretationem -es reiciens ad deum Germanorum Thunar insignem malleo pertinere arbitratur*). **2** *tropice et translate*: EPIST. ed. Morin (RevBén. 40 [1928]) p. 299, 24 nullus ad te ex his -bus prorsus introeat, qui verbis gravibus detrahendo sicut immobilem incudem sic ferire proximorum patientiam solent. HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 1 p. 306, 2 B. ut diabolus malleus dicitur, ita qui ei ministrat, -r est *eqs.*

malleātus, -a, -um *a* malleus. *i. q. malleo tractatus, pulsatus*: COLVM. 12, 19, 4 crudo id est non -o sparto (*cf. Blümner, Technol. I² p. 299*[4]). VLP. dig. 32, 52, 5 perscripti libri nondum -i vel ornati (*cf. Birt, Kritik u. Hermen. p. 271. 302*). DIOSC. 5, 98 minutias aeraminis, quas cum -us fuerit, dimittit longius *aes ustum.* *cf.* commalleo.

malleolāris, -e *a* malleolus. *i. q. ad malleolum (sc. palmitem) pertinens*: COLVM. arb. 3, 4 virgam -em non amplius quam sex gemmarum esse convenit.

×malleolus, -ī *m.* (-um *n. v. p. 191, 1*) *a* malleus *demin.* GRAMM. suppl. 70, 21 malleus, -us. *gen. pl.* -um: COLVM. 3, 3, 12. 3, 21, 1

[Bachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*at* -orum: CIC. Mil. 64 COLVM. 3, 5, 2 *al.*). *n.* -um: PASS. Polycarp. 13, 1 -a. *de notionibus* (*cf. etiam l. 16. 37*): PAVL. FEST. p. 135 M. -i vocantur non solum parvi mallei, sed etiam hi, qui ad incendium faciendum aptantur, videlicet ad similitudinem priorum dicti. GLOSS.^{L} II Philox. MA 47 -s νάρθηξ ἰατρικός. 49 -os σφύρας, πυρέκβολα. Corp. M 2 genus fomenti apud Persas. 5 sarmenta. GLOSS. σφῦρα. πυρεμβόλιν, πυρίβολα. palmes. *legitur inde a* SISENNA, CIC. [*it.* magliuolo, *francog.* maillole, *hisp.* majuele. *M.-L.*]
[*falso trad.*: CATO agr. 45, 2 *v. p. 192, 2.* ISID. orig. 19, 2, 8 (*ex* SERV. Aen. 5, 487) -is (maleol- *K*) *depravatum e* malis (*sc. pomis*), *quod trad. codd. Serv.* GLOSS.^{L} III Abol. MO 37 *var. l. pro* molleolus, *q. v.*]

A *i. q. (parvus) malleus*: CELS. 8, 3, 4 scalper ab altero foramine ad alterum -o adactus. 8, 3, 9 scalprum -o ... ferit. MACR. somn. 2, 1, 10 iubet *Pythagoras*, ut inter se *fabri* -os mutent *eqs.*

B *de variis rebus in speciem mallei formatis*: **1** *i. q. telum incendiarium* (NON. p. 556, 9 -i manipuli spartei pice contecti, qui incensi aut in muros aut in testudines iaciuntur. AMM. 23, 4, 14 *fusius describitur.* VEG. mil. 4, 18 p. 140, 15 -i velut sagittae sunt, et, ubi adhaeserint, quia ardentes veniunt, universa conflagrant. *cf. Lammert, RE XIV s. v.*): SISENNA hist. 83 partim -os, partim fasces sarmentorum incensos. CIC. Catil. 1, 32 desinant ... -os et faces ad inflammandam urbem comparare (*cf.* AMM. 20, 6, 6 faces ... cum taedis ardentibus et -is. 20, 7, 10. 21, 9, 6. 24, 4, 16. 27, 3, 8). Mil. 64 plena omnia -orum ad urbis incendia comparatorum. BELL. Alex. 14, 4 numerum ... scapharum producunt cum -is ignibusque. LIV. 38, 6, 2 stuppam picemque et -os ferentes. 42, 64, 3 -os stuppae illitos pice parari iubet (*cf.* OROS. hist. 4, 2, 5). VITR. 10, 16, 9 *naves* -is confixae incendio sunt conflagratae. 10, 16, 12 totam machinam -is candentibus ... dissipaverunt. AMM. 20, 11, 13 -os atque incendiaria tela torquentes. 21, 12, 10 -is madentibus pice. 31, 7, 7 incensi -i. VEG. mil. 4 18 p. 140, 13 -os vel falaricas. *latiore sensu i. q. fomes, materia ad ignem accendendum apta*: VVLG. Dan. 3, 46 succendere fornacem naptha et stuppa et pice et -is. VEN. FORT. carm. 7, 14, 34 folles -is famulos quos faber ustus habet. PASS. Polycarp. 13, 1 populus ad balneum et ergasteria convolavit, ligna et -a (*gr.* φρύγανα) perquirentes.

2 *i. q. palmes arboris, potissimum vitis* (COLVM. 3, 6, 3 -us ... novellus est palmes, innatus prioris anni flagello cognominatusque ad similitudinem, quod ... mallei speciem praebet. *inde* ISID. orig. 17, 5, 5): CIC. Cato 52 -i, plantae, sarmenta, viviradices, propagines. COLVM. 3, 3, 12 vicena milia -um per vineae iugerum inter ordines pangimus (*cf.* 3, 5, 3. 3, 16, 2. 3, 18, 6 *al.*). 3, 5, 4 inquisitio et electio -orum (*cf.* 3, 9, 4 -os feracissimos eligat. 3, 9, 9. 3, 10, 6. 7 *al.*). 3, 10, 13 ut -o ... fecunditatis vis adsit. 3, 10, 22 sagittam, id est superiorem partem -i. 3, 14, 2 sationis ... duo genera, -i vel viviradicis, ... in provinciis magis -i (3, 18, 2 vitiosa est ... Iulii Attici satio, quae contortis capitibus -os recipit). 3, 16, 1 -us ordinariis vitibus interserendus. 3, 18, 5 ut -us ... coalescat. 3, 19, 1 longitudo, quae debeat esse -i. 4, 6, 3 in -o, quem et ipsum pampinare censemus (4, 7, 3). 4, 11, 1 anniculos -os. 4, 11, 4 ut neque solo tenus -um recidamus nec in longiorem materiam provocemus (*cf.* PLIN. nat. 17, 160). 4, 14, 1 -orum ... cura. 4, 15, 1 praesidiarii -i propagandi sunt. 4, 16, 1 in transferendo -o. 5, 5, 17 bipedaneis scrobibus -us deponitur (arb. 3, 4 *al.*). arb. 9, 2 -um findito ita ne gemmae laedantur (PLIN. nat. 17, 162). *saepe.* PLIN. nat. 12, 112 -is seri didicit nuper *balsami arbor.* 15, 62 uvas cum -o sarmenti duro. 17, 156 solebat capitulatus ... e duro surculus seri, eoque argumento -us vocatur etiamnunc. *al.* HIER. in Ezech. 15, 1 sqq. p. 123^C cum ... -os excideris. AVG. gen. ad litt. 8, 8 p. 243, 16 insitis -is. SORAN. p. 33, 12 -us, quamdiu in matrice arboris est, ... exortas sustinet tempestates.

3 *singulari usu i. q. uncus in calceamento* (*cf. Marquardt, Privatleben d. Römer p. 590*): ISID. orig. 19, 34, 10 mullei ... cum osseis vel aeneis -is, ad quos lora deligabantur.

deriv.: malleolaris. *cf.* commalliolo. *v. Onom.*

malleus, -ī *m.* [*conferunt slavon.* mlatъ '*malleus*'; *v. Niedermann, IF 15, 116. J. B. H.*] *de originatione*: ISID. orig. 19, 7, 2 -us vocatur, quia dum quid calet et molle est, caedit et producit. *de genere*: CAPER gramm. VII 110, 12 -us hic, non hoc -um (*cf. supra l. 1*). *de notione*: GLOSS. -us σφῦρα σιδηρᾶ. GLOSS.^{L} II Philox. MA 48 σφυροκόπανον. [*val.* maiu, *it.* maglio, *francog.* mail, *hisp.* majo. *M.-L.*] [*dub.*: PLIN. nat. 13, 78 *v. p. 20, 84.*]

A *proprie i. q. instrumentum, quo tunditur vel feritur* (*cf. Blümner, Technol. II 194 sqq., Daremberg-Saglio s. v., Kroll, RE XIV 909*): **1** *generatim*: PAVL. FEST. p. 353 M. caput -o simile (PHYSIOGN. 16. *cf.* 106). SEN. epist. 90, 13 quaestio ..., utrum -us in usu esse prius an forcipes coeperint. COLVM. 3, 6, 3 malleolus ... -i speciem praebet. PLIN. nat. 16, 230 terebris vaginas ex oleastro, buxo ... utilissimas fieri, ex iisdem -os, maioresque e pinu et ilice (*cf. Blümner l. c. 197*^{1}). 34, 144 ad densandas incudes -orumque rostra (*cf.* PAVL. dig. 14, 2, 2, 1 *et p. 192, 8. 14. 16. 23. 24*). SYMPH. 273 tit. MACR. somn. 2, 1, 9 -orum soni certo sibi respondentes ordine *a Pythagora in instituenda musica animadversi* (*cf.* 2, 1, 12 BOETH. mus. 1, 10 sqq. CASSIOD. art. 5 p. 1208^C). *proverbialiter*: PLAVT. Epid. 524 -um sapientiorem vidi excusso manubrio. **2** *in usu*: PLAVT. Men. 403 *navem* excussam -o. CATO agr. 46, 2 *taleam* -o aut mateola adigito (*cf.* 45, 2 *ubi* malleolo *trad.*). OV. met. 2, 625 tempora *hostiae* discussit claro cava -us ictu (*cf.* SVET. Cal. 32, 3 elato alte -o cultrarium mactavit). LIV. 27, 49, 1 *rectores elephantorum* fabrile scalprum cum -o habebant *ad necandas beluas saevientes.* PAVL. FEST. p. 85 M. *scintillas* quae ex ferro candenti -is excutiuntur (*sim.*: NON. p. 523, 30 CLAVD. DON. Aen. 8, 452 p. 182, 10. *cf.* HIER. in Ezech. 22, 17 p. 211^C ferrum ... inter incudem et -um mollescit). p. 234 *de portisculo.* CELS. 6, 7, 9^B -o caput tabulae .. feritur. PLIN. nat. 13, 81. 82 *in tractanda charta papyri* (*cf. Blümner. Technol. I*^{2} *318. 326*^{2}). 16, 248 *acini visci* -o tusi (*cf.* 19, 17 stuppario -o). 33, 72 cuneis eam (*sc. gangadiam*) ferreis adgrediuntur et isdem -is (*sc. fractariis*). 34, 94 caldarium *aes* ... -is fragile. 37, 59 *adamas* incudes -osque ferreos frangens (*cf.* HIER. in Am. 7, 7 sqq. p. 1073^B RVFIN. Adamant. 5, 8). MIN. FEL. 23, 12 deus aereus vel argenteus ... tunditur -is et incudibus figuratur (*cf.* ARNOB. nat. 1, 39 p. 26, 11. 6, 14 p. 226, 15 VVLG. Is. 44, 12. PRVD. perist. 10, 269 forceps Myronis, -us Polycliti [*cf.* SIDON. epist. 7, 3, 1] natura vestrum est atque origo caelitum). TERT. apol. 15, 5 vidimus Iovis fratrem gladiatorum cadavera cum -o deducentem (nat. 1, 10, 47). AMM. 23, 4, 6. FVLG. Virg. cont. p. 90, 8 *aurum* ad perfectionem -o proficit excudentis (*cf.* RVFIN. Orig. in num. 27, 12 p. 277, 5 B. PS. AVG. serm. 10, 4). HIER. vita Pauli 5 incudes et -i, quibus pecunia signatur (*cf.* OP. imperf. in Matth. 42 p. 868^A -i vel incudis ictu). VVLG. iud. 4, 21 clavum percussum ... -o. 5, 26 fabrorum -os. III reg. 6, 7 -us et securis ... non sunt audita in domo, cum aedificaretur (*allegorice interpretantur* AMBR. Iob 4, 7, 28 PAVL. NOL. epist. 32, 24 p. 299, 8 EPIST. ed. Morin, RevBén. 40 [1928] p. 299, 23). Iob 41, 20 prov. 19, 29. Sirach 38, 30 vox -i (σφύρης) innovat aurem *fabri.* Is. 41, 7. Ier. 10, 4 clavis et -is compegit. 23, 29. SIDON. carm. 22, 225 non comet -us ictu saxa. PALLAD. hist. mon. I 30 p. 316^B signo -i (*p. 130, 14 B.* σφυρίῳ), quo fratres ceteros excitabat, percutiens fores omnium cellularum.

B *tropice et translate*: **1** *imago sumitur a cudendo et perficiendo*: FRONTO p. 65, 8 N. verba prorsus alii vecte et -o, ut silices, moliuntur, alii autem caelo et marculo, ut gemmulas, exsculpunt. RVFIN. Orig. in Ios. 26, 2 p. 460, 1 B. sermo ... dei ... non ... doctorum -is edomitus aut studiorum cotibus elimatus. **2** *imago sumitur a destruendo, confringendo*: MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 7, 1 *Augustinus* plumbeos pugiones *Iuliani* -o catholicae veritatis obtudit, immo confregit (IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 14, 29 sententias ... -o v. conterere. HYD. chron. II p. 19, 59 VIGIL. THAPS. c. Eutych. 5, 7). VINCENT. LER. 21, 26, 4 *haeretici*, qui ... tantis -is *eloquiorum caelestium* non conquassentur. *de personis, civitate*: VVLG. Ier. 50, 23 fractus est et contritus -us universae terrae (*de Babylone; scriptt. eccl. interpretantur de diabolo, fusius* HIER. hom. Orig. in Ier. 3, 1 *ex. gr.* p. 306, 5 B. scito -um diabolum esse. *cf.* in Nah. 3, 18 p. 1272^C epist. 21, 11, 1. 121, 5, 2 AVG. in psalm. 97, 6). AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 59 p. 1493^A firmissimus -us ad conterendas regulas vestras. PS. AVG. serm. 17, 2 *coni.* flagella. APON. 8 p. 161 *Christi* fortitudinem ipse -us principis mundi miratur interfector Pilatus.

deriv.: malleator, malleatus, malleolus. *Bachmann.*

malliātor *v.* malleator.

1. mallo, -ōnis *m. orig. inc.* *i. q. nexus rerum in glomus coacervatarum?*: PELAGON. 168 -em caepe id est fascem unde caepe ipsum dependet (*v. quae Ihm ad l. adn. et cf.* VEG. mulom. 1, 63. 2, 60, 1 -em ceparum i. calamos siccos unde fasces dependent. *Hippiatr. I 139, 16* τὸν ἀπόδεσμον τῶν κρομμύων ἐξ οὗ ταῦτα ἠρτημένα ἐτύγχανεν, τουτέστι τὰ ξηρανθέντα φύλλα).

2. mallo (-on *l. 61. 63*), -ōnis *m. orig. inc.* *i. q. genus tuberis* (VEG. mulom. 2, 48, 1 -o [-on *P*] inflatum tuber est sine dolore [= GLOSS. V 507, 5, *ubi leg.* -on]): CHIRON 56 de -bus in genibus. 111 si -e in genibus fecerit (VEG. mulom. 2, 48, 1 flegmon ... aut marmora aut -es. 2, 48, 10 si ... -on in genibus vel articulis excreverit).

3. mallo, -āvī, -ātum, -āre. [*a* 1. mallus; *cf. Th. v. Grienberger, IF Anz. 26, 1910, 31 sq. J. B. H.*] *saepe confunditur c.* admallare, *q. v.* NOT. Tir. 128, 49 -are (*inter alias notas voc. iuris Germ.*).
i. q. in ius vocare, accusare: LEX Sal. 16, 1 quanti ingenui intus fuerint -are debent. 41, 9 (*in add. nonnullorum codd.*) si ... ipse causam suam possit -are (*cf.* capit. 1, 12 [3, 4 G.]. 5, 9 [8, 9 G.]). 50, 2 *creditor debitorem* nexti canthichius -are debet (*cf. Geffcken ad l.*). 51, 1 (*in parte codd.*) antequam -tus fuerit. 56 add. ille qui eum -vit. capit. 2, 8, 1 (5, 8, 1 G.) qui -atur, si ibidem venerit. 5, 7 (8, 7 G.) quicumque ingenuus de actione ... -verit (*cf. Geffcken ad l.*).

mallobergus (malli-), -ī *m.* [*vox Germanica i. q. 'mons iudicii', cf.* 1. mallus *et theod.* berg '*mons*'. *J. B. H.*] *i. q. locus iudicii*: LEX Sal. [46 aut ante regem aut in mallo publico legitimo h. e. in -o ante theoda aut thunginum (*secl. Geffcken; v. adn.*)]. 54, 4 sacibaronis ... in singulis -iis. 56. 57, 1 rachineburgii in -o sedentes.

[? **mallos** *v.* mados *p. 25, 75, ubi addas*: PLIN. nat. 1, 25, 37 nymphaea ... sive -os.]

×**1. mallus,** -ī *m.* [*vox Germanica, cf. theod.* mahal '*locus iudicii*'; *v. Sievers, IF 4, 1894, 336 sq. J. B. H.*] *i. q. iudicium, dies iudicii*: LEX Sal. 1, 1 si quis ad -um ... mannitus fuerit et non

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

venerit (*v. Geffcken ad l., cf.* 45, 2. 50, 2. 56 rubr. capit. 7, 5 [9, 5 G.]). 14, 4 in -um publico (39 add. 1. 46 in -o p. legitimo). 39 add. 2 in alterum -um (56 add.) ... ad tercium vero -um. 44, 1 thunginus aut centenarius -o indicat et in ipso -o scutum habere debet (46). 58 per quattuor -os (*cf.* capit. 5, 7 [8, 7 G.]). capit. 1, 9 (3, 1 G.) in -o proximo. *al.*

deriv.: 3. mallo. *comp.*: mallobergus. gamallus.

[**2. mallus**, -ī, μαλλός. PLAVT. Truc. 539 -i (*i. 'flocci' Schöll*, mali *P*) pendit purpuram (*alii alia cε.*). VEL. gramm. VII 80, 5 (*v. adn. crit.*).]

malluviae, -ārum *f. et* **malluvium**, -ī *n.* [*a* manus *et* lavo, *cf.* pelluviae. *J. B. H.*] FEST. p. 161 -um (*i. vas*) lacum (latum *cod.*) in commentario sacrorum significat, manus qui lavet, a quo -ae (*'intellige aquas lavando sordidas' Müller*) dicuntur, quibus manus sunt lautae, perinde ut quibus pedes pelluviae. PAVL. FEST. p. 160. *R.*

1. man *indecl.* VIRG. gramm. epit. 14 p. 86, 13 a -n ... hoc est virtute manus appellatae sunt.

2. man, *hebr.* מָן. EVCHER. instr. 2 p. 164, 4 -n: quid? *cf.* manhu (*s. v.* manna).

3. man *v. s.* manna.

manaa *ab hebr.* מִנְחָה (*gr.* μαναά). *acc.* -a (*neutr.?*): *l. 44. 47, at* -am: *l. 46.* HIER. in Ier. 3, 81, 9 'sacrificium' pro quo LXX (*Ier. 17, 26*) ipsum verbum posuere Hebraicum '-a', quod pessima consuetudine, immo scriptorum neglegentia manna in nostris libris legitur. in Ezech. 46, 1 p. 457[A] ubi nos diximus sacrificium, illi (*LXX*) ... posuere verbum -a, quod Aquila donum vel sacrificium, Theodotio sacrificium transtulit (*cf.* nom. hebr. p. 46, 13 -a ... munus aut sacrificium. EVCHER. instr. 2 p. 149, 20). ITALA Ier. 17, 26 (Hier. in Ier. 3, 81, 3 [*cf. l. 37*]). Ezech. 46, 5 (Wirz.) offeret ... manna (μαναά. *Vulg.* sacrificium) cocturam arietis (*cf.* 46, 7). *sim.* 46, 11 (Weing.) erit -a coctura vitulo. 46, 15 facietis ... -am. 46, 20 ibi cocent -a semper. VVLG. Bar. 1, 10 facietis manna (μάννα [*sic; cf. l. 39*]) et offerte pro peccato ad aram domini. *R.*

mānābilis, -e. *a* manare. *i. q. facile, large manans*: LVCR. 1, 534 -e (*i. penetrabile*) frigus. CASSIOD. var. 8, 21, 2 natura perennis fontis est gloriae vena -is (*i. inexhausta*). in psalm. 135, 17 quando ... salutares rivulos fecerit proferre lacrimarum, ut qui sunt propria siccitate steriles, reddantur divina largitate -es.

manacius, -a, -um *v. s.* Hammon, Hammoniacus.

manacus, -a, -um *v. s.* manicus.

?**manae**, -ārum *f.* PROB. app. gramm. IV 195, 29 numeri semper pluralis: scalae ..., -ae (*cf. Heraeus, ALL 11, 1900, 69*). GLOSS.[L] IV Ps. Plac. M 12 -as (*'exciditne interpret.* bonas*?' Heraeus*) malas maxillas.

mānālis, -e. [*cf. c.* manare (*v. Leumann, Adj. auf* -lis *39*); *alii a* manes *derivant (v. Stolz-Leumann[5] 235). J. B. H.*] *de derivatione v. l. 74 sq.* **A** *de lapide, qui dicitur* -is: VARRO frg. Non. p. 547, 7 urceolum aquaemanale (*v. vol. II 365, 33 et cf. quae exposui Glotta 26, 1937, 1 sqq.*) vocamus ..., unde -is l. appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur, cum pluviae exoptantur; ita apud antiquissimos -e sacrum vocari quis non noverit? unde nomen illius. PAVL. FEST. p. 2 aquaelicium (*v. vol. II 365, 28*) dicitur cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam, si creditur, -i l. in urbem ducto. p. 128 -em l. putabant esse ostium Orci, per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur manes. -em vocabant l. etiam petram quandam, quae erat extra portam Capenam iuxta aedem Martis, quam cum propter nimiam siccitatem in urbem pertraherent, insequebatur pluvia statim, eumque, quod aquas manaret, -em l. dixere. SERV. auct. Aen. 3, 175 manabat: fluebat; hinc et l. -is, quem trahebant pontifices quotiens siccitas erat. FVLG. serm. ant. 4 Labeo qui disciplinas Etruscas ... explanavit, ita ait: 'fibrae iecoris sandaracei coloris dum fuerint, -es tunc verrere opus est petras', id est quas solebant antiqui in modum cilindrorum per limites trahere pro pluviae commutandam inopiam. *cf. Samter, RE XII 782. Kroll, RE XIV 969. Bömer, ARW 33, 1936, 270 sqq.* **B** *de fonte quodam*: FEST. p. 157 -is fons appellatur ab auguribus puteus perennis *eqs.* PAVL. FEST. p. 128 -em fontem dici pro eo, quod aqua ex eo semper -et.

comp. (?): aquaemanale, aquamanile. *cf.* manile.

[*Bömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?**mānāmen**, -inis *n.* *a* manare. AVSON. Mos. 32 bivio (*sc. aestuum accessu et recessu*) refluus -ine (*Gronovius*; molimine *Heinsius*; munimine *codd.*) pontus.

[**mānāsco** *v. s.* vanesco.]

mānātio, -ōnis *f.* *a* manare. *i. q. aqua vel umor manans, id quod manat; interdum (l. 11 sq.) i. q. defluvium, effusio*: 1 *proprie*: FRONTIN. aq. 65 intercidit ... aliquantum e *aquae* ductus vitio, qui quom sit depressior, non facile -es ostendit. 110 aquae quae caducae vocantur, id est quae aut ex castellis aut ex -bus fistularum ⟨effluunt *add. Jocundus*⟩. 122 tectoria corrumpuntur, unde fiunt -es. ITALA psalm. 77, 44 (Aug. in psalm. 77, 25) 'flumina eorum et imbres eorum ...' vel potius '-es aquarum', sicut nonnulli melius intellegunt, quod graece scriptum est, τὰ ὀμβρήματα, quas latine scaturigines dicimus. MARCELL. med. 1, 32 ulcera quae in capite ecfervescunt cum umoris -e. 11, 35 ad tumores aurium et puris inde -em. *v. etiam vol. VI 2492, 4.* 2 *in imag.*: ITALA sap. 7, 25 (Aug. trin. 4, 20, 27) -o (ἀπόρροια. *Vulg.* emanatio) quaedam claritatis omnipotentis dei sincera (*cf.* AMBR. parad. 1, 6 RVFIN. Orig. in Rom. 1, 5$^{med.}$). SEV. Aug. epist. 109, 1 p. 635, 20 horum (*sc. viscerum veritatem refulgentium*) me -i et resultationi subicio, quo nox mea in lumine tuo deficiat. *Bömer.*

mancus: **mancaster** GLOSS.^{L} II Abav. MA 46. *ad formationem cf. Seck, ALL 1, 1884, 390 sqq.*

***manceps**, -cupis *et* -cipis *m.* [*ex* *man-cap-s (*a* manus *et* capere; *cf.* deinceps). *J. B. H.*] *de originatione et significatione* (*cf. l. 77 sqq. p. 252, 61. 71*): PAVL. FEST. p. 128 -s dictus, quod manu capiatur (GLOSS. manu contractus). p. 151 -s dicitur, qui quid a populo emit conducitve, quia manu sublata (*cf. p. 252, 44*) significat se auctorem emptionis esse. *de formis: in titulis vetustioris aetatis (v. l. 59. p. 252, 40) solae formae in* -cup- *traduntur, praeterea exhibetur* -cup- *in tit. serioris aetatis p. 252, 8. 9 allatis; formae in* -cip- (*cf.* PRISC. gramm. II 326, 5) *leguntur in titulis l. 56. 62. p. 252, 6. 10. 25. 42 al. allatis et passim in codd. nom. sing.* -ips (*cf. et l. 35*): CIL VI 8455. maniceps: *p. 252, 67. gen. plur.* -ium: *p. 252, 34. graece extant formae* μαγκιψ, μανκιπος *sim., v. Wessely, WSt. 24, 1902, 138; Döttling, Flexionsformen 73; Meinersmann, Lat. W. i. gr. Pap. 35. notatur* manc (*cf.* CIL X 8044, 9): *l. 63.* mancup (mancip): *p. 252, 8. 9. 10. 25.* NOT. Tir. 44, 15 *inter* anceps *et* deinceps. *de re cf. Steinwenter, RE XIV 987. legitur singulis locis apud* PLAVT. (*infra l. 48*), VARRONEM (*p. 252, 54*), *saepius inde a* CIC., *in titulis inde a* LEGE agr. (*l. 58*); *apud poetas non invenitur nisi locis infra l. 48. 52. p. 252, 14. 81 allatis.* [*dub.*: CIL XIII 1811 (*a. 226*) ma⟨ncipes⟩ (*dubitanter Hirschfeld,* ma⟨gistri⟩ *Mommsen*) splendidissimi vectigalis massae ferrariarum. VLP. dig. 17, 2, 33 (*cf. Mitteis, Röm. Privatrecht 406*[60]).]

I *strictiore sensu de eo, qui in negotiis gerendis* **intercedit**:

A *in emptionibus, locationibus, exactionibus, i. q. intercessor, locator, negotiator*: 1 *hominum*: PLAVT. Curc. 515 ego -upem (*edd.*, -ipem *P*) te nil moror nec lenonem alium quemquam (*cf. Hägerström, l. p. 254, 37 c. p. 378*). PLIN. epist. 2, 14, 4 sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti: -s convenitur. SVET. Vesp. 1, 4 -em operarum. CYPR. GALL. lev. 187 filia ... ne sit te -e moechis ... transcripta. CIL XIV 2299 (= Dessau 5206) manc⟨ipes⟩ gregum dom⟨inorum⟩ Augg. (*cf. Dessau ad l., Hirschfeld, Verw.-Beamte^2 137; aliter Rostowzew, Staatspacht 411*). INSCR. christ. Diehl 767 tene me, fugio, reboca me in graecostadio Eusebio -e (*pro dat.*).

2 *rerum*: **a** *proprie praecipue in actibus vitae publicae*: α *agrorum*: LEX agr. (CIL I^2 585) 46 ⟨neive magis m⟩anceps praevides praediaque soluti sunto; eaque nomina -up⟨um ... quaestor⟩ ... in tableis ⟨publiceis scripta habeto⟩. 48 ⟨qui ob eu⟩m agrum locum -s praesve factus est. LEX VRSON. (CIL I^2 594) 93, 23 IIvir ... pro loco publico neve ab redemptore -e praed(e)ve donum munus ... neve accipito neve facito. TAB. censualis frg? (Bruns fontes^7 142) 1 manc(eps) C. Naevius Rusticus in perpet(uum), eius rei fideiussor C. Vesidius (*cf. Schulten, Herm. 41, 1906, 10*). HYG. grom. p. 79, 13 Th. agri vectigalibus subiecti sunt -bus ementibus id est conducentibus in annos centenos. p. 80, 12 solent ... hi agri accipere per singula lustra -em (*cf.* SIC. FLACC. p. 127, 12 Th.). PAPIN. dig. 19, 2, 53 qui fideiussor extitit apud -em pro colono publicorum praediorum, quae -s ei colono locavit. *nota de sectore rei familiaris proscriptorum*: CIC. S. Rosc. 21 -s fit Chrysogonus. dom. 48 ne in praedae quidem societate -em aut praedem ... in ista tua proscriptione ... reperire potuisti. Att. 12, 3, 2 emptionem ab hasta ... aut delegationem a -e. β *vectigalium, tributorum, stipendiorum, prius de eo, qui suo nomine aut sociorum vicarius vectigalia exigenda curat, inferiore aetate de eo, cui munere publico vectigalia exigenda mandantur* (PS. ASCON. div. in Caec. p. 196, 18 St. *v. vol. V 1, 169, 76* [*opp.* decumani, portitores, pecuarii]. SCHOL. Cic. Gron. D p. 305, 22 St. -es appellantur secundum quosdam qui aliquod vectigal redimebant. Gron. B p. 326, 30): CIC. div. in Caec. 33 -es a civitatibus pro frumento pecuniam exegerunt (*cf.* PS. ASCON. in l. p. 196, 23 St.). Verr. II 3, 172 cum ... frumentum ex decumis *Siciliae* Romam -es advexissent. 3, 175. 176 dom. 25. Planc. 64 negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, -bus (*TE*; municipibus *cett.*) liberalis. epist. 5, 20, 3. HYG. grom. p. 79, 22 Th. -es ..., qui emerunt ... ius vectigalis *eqs.* SCHOL. Cic. Bob. p. 106, 8 St. pro -e vectigalium. SYMM. epist. 5, 65 (63) cupiditati -um (*cf. 5, 62 [60]* publicanorum). COD. Theod. 13, 1, 17 sciant *negotiatores* ... de corpore suo ... -es eligere *ad distribuendam portionem dependendi auri lustralis. in titulis*: CIL XIII 8830 (*s. I ex.*) deae Hludenae conductores piscatus -e Q. Valerio Secundo. VI 31227 (*s. II ex.*) propter controversias, quae inter mercatores et -es (*sc. vectigalis foricularii*) ortae erant. 31713 -up(es) stipend(iorum) ex Africa (*v. adn. et cf.* INSCR. Dessau 901 -up(i) s. ex A.). VIII 11813, 4 inter -ip(es) XL Galliarum et negotiantis. 12377, 4 -s et ... socii nit⟨r⟩iones. X 8044, 1 -u⟨m⟩ sulforis *Agrigentini* (*cf. et l. 50*). γ *tabernarum, quae conducuntur mercium vendendarum causa* (*pertinet quodammodo etiam ad* δ): PLIN. nat. 10, 122 -s proximae sutrinae. CIL IX 4796, 10 (= CE 437, 6) solvi semper fiscalia -s (*praecedit*: notus ... vendenda pelle caprina exhibui merces). *speciatim de conductoribus salinarum, qui et* -es *thermarum vocantur* (*cf. Blümner, RE IA 2099*): SYMM. rel. 44, 1 -es salinarum (*cf.* epist. 9, 103. 105). COD. Theod. 11, 20, 3. 14, 5$^{tit.}$ de -bus thermarum (*cf.* 14, 5, 1 -es qui thermarum exhibitionem Romae curant). COD. Iust. 4, 61, 11 si quis sine persona -um, ⌞id est salinarum conductorum⌟ (⌞ ⌟ *interpol.?*), sales emerit. δ *quarumlibet rerum* (*praecipue de negotiatore magnario*): CIC. Att. 6, 1, 15 Turpionem sutorium et Vettium -em (*an pertinet ad B?*). PLIN. nat. 33, 164 prout ... aliquis praevalens -s annonam flagellet. CIL IV 1742, 10 corpus omnium -um (*cf.* IX 690 colleg(ium) -ip(um). *cogitari potest de mercatoribus, qui frumentum populo distribuendum comparant; cf. p. 253, 13.* [*an pertinet ad II A 2?*]). INSCR. graec. Sic. et Ital. XIV 2491 Μοκίμου μάνκιπος Ῥώμης.

b *metaphorice de eo, qui res praecipue incorporeas quasi conduxit, sui iuris fecit*: TERT. apol. 11, 2 esse ... -em quendam divinitatis qui ex hominibus deos fecerit (*cf.* nat. 2, 13, 4). spect. 10 p. 13, 1 quae ... voce et modis et organis et litteris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios -es habent. nat. 1, 9, 1 sub eodem -e erroris. 2, 2, 1 philosophorum ut -ium sapientiae. pudic. 14, 4 epistulam ... per singulas causas in quosdam quasi -es earum figuratam. *cf.* idol. 1 p. 31, 15 quod ad idolorum -es (*sc. qui idolis patrocinantur*) pertinet. PS. ORIG. tract. 8 p. 94, 22 -e malitiae, id est diabolo, sublato.

B *i. q. redemptor, de eo, qui opera perficienda vel restituenda quaestus causa suscipit*: CIL I^2 808 (*act. Sullae*) -upi *viae restituendae* (*quater. cf.* TAC. ann. 3, 31, 5 plurima per Italiam itinera fraude -um ... interrupta. CIL VI 8468 -i viae Appiae. 8469. 31338a [*a. 214*] -es et iunctores iumentarii viarum *eqs.* [31369. 31370 (*e suppl.*). *an pertinent ad II A 1?*]). CIC. Verr. II 1, 141 digitum tollit Iunius patruus (*sc. in locatione*); ... quid ageret, coepit cogitare *Verres.* si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo -e, quem ipse adposuisset, sibi nullam praedam esse (*cf. 3, 16* redemptore). FAST. ann. Iul. Praen. Dec. 13 (CIL I^2 p. 237) lectisternium e lec⟨tis ... faciunt quos⟩ -s praestat. FRONTIN. aq. 97 -i *aquaeductus.* CIL VI 8455 -ips officinarum aerariarum (*cf.* XIV 3642 -s (a)erariae mo⟨ne⟩tae). 8893 -s huius monimenti (*cf.* XIV 2864 -s aedis per annos XIII). *de dissignatore*: SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 6 funerum -es et ordinatores. *de* -e *thermarum v. l. 16.*

C *ad utramque notionem pertinet*: VARRO ling. 5, 40 praedia ... quod ea pignore data publice -upis fidem praestent. NEP. Att. 6, 3 ad hastam publicam numquam accessit, nullius rei neque praes neque -s factus est.

II *latiore sensu de eo, qui alicui muneri* **praepositus** *est*:

A *technice*: 1 *i. q. stationarius* (*appellatio indi coepta esse videtur a locatione iumentorum; cf. etiam supra l. 42 sq.*): **a** *proprie* (*cf. Seeck, RE IV 1857 sqq.* GLOSS. II 311, 6 -s ἐπίσταθμος ὁ τῆς καταμονῆς ἡγούμενος): COD. Theod. 6, 29, 9, 1 (*ibid. pr.* cursus publici praepositos). 8, 5, 15 -um cursus publici dispositio. 8, 5, 24 per -es locorum. 8, 5, 26 cursus -es clavularii. 8, 5, 35 pr. eorum qui praepositi vocantur aut -es. 8, 5, 38 *al.* CASSIOD. var. 4, 47, 6 -bus mutationum. **b** *in imagine*: CAES. AREL. serm. RevBén. 23 p. 352, 41 apostolus Paulus velut maniceps Christi. p. 352, 43 *coniunct.* stabularius. 2 *i. q. praepositus pistorum, cui cura frumenti mancipalis mandatur* (SOCR. hist. eccl. 5, 18 p. 611): COD. Theod. 14, 3, 18 lege super -bus data. 14, 16, 2. 3 quod -bus mutui nomine datum est. *de ipsis pistoribus publicis* (*cf.* LYD. mens. 4, 43 οἱ μάγγιπες οἱονεὶ τεχνῖται τοῦ ἀνδραποδώδους ἄρτου. mag. 3, 7 μάγκιπες οἱ τοῦ δημώδους καὶ ἀνδραποδώδους ἄρτου δημιουργοί): COD. Theod. 8, 8, 4 -um corpori (*cf. l. 25*) sociabitur. 12, 16$^{tit.}$ COD. Iust. 11, 16 (15), 1. PAP. Florent. I 93, 9 (*a. 569*) μίσθιος μάγκιψ. *al.*

B *generatim*: 1 *i. q. dux, princeps*: CYPR. epist. 66, 6 p. 730, 24 latrones -i obsequio pleno humilitatis obtemperant (*cf.* LVCIF. Athan. 2, 1 p. 147, 11 -s latronum). AVG. c. Parm. 1, 11, 18 p. 40, 5 circumcellionum -es. 2 *i. q. satelles, carnifex*: ZENO 2, 18, 2 *Arcadium* profitentem ad nefandam custodiam noxiae mentis -es rapuerunt. PRVD. perist. 5, 345 -s carceris et vinculorum ianitor. *pro convicio*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 178, 37 ⟨de⟩ ecclesia mea exiero. si ita contigerit, non solum -em nominent, sed et si quid est peius.

[*Vittinghoff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: mancipalis. mancipo. *cf.* mancipium. *gr.*: μαγκιπεῖον (SVIDAS *s. v.* ἀρτοπωλεῖον. LEONT. NEAP. vita Ioh. 22 p. 41 G.).

mancina, -ae *f.* [*a* manus *derivat Buecheler ad l., cf.* manciola *et nom. pr.* Mancinus, *v. Cichorius, RhM. 73, 1920, 124 adn. 1. J. B. H.*] CIL IV 2066 (= CE 956), 2 has ego -as stagna refusa dabo (*ad interpret. cf. Buecheler ad l.*).

manciola, -ae *f.* [*a* manus, manica, *cf.* manuciolus; *v. Walde, IF 39, 1920, 84. J. B. H.*] [*hisp. vet.* manzuela. *M.-L.*] LAEV. carm. frg. 9 -is ... tenellis (*cf.* GELL. 19, 7, 10 pro 'manibus').

mancipālis, -e. *a* manceps. *notatur* mancip: CIL II 1197 VI 8853. NOT. Tir. 44, 19. [GLOSS.[L] I Ansil. MA 547 *v. s.* municipalis.]

frumentum -e (*i. a mancipibus procuratum; cf. Steinwenter, RE XIV 993, 16 sqq.*): *v. vol. VI 1417, 39. 43.* *i. q. servituti destinatus, obnoxius*: GILD. Brit. 7 chron. III p. 30, 15 multis ... caesis, nonnullis ad servitutem ... -bus (mancipatis *P*) reservatis.

mancipārius, -ī *m.* *a* mancipare. GLOSS. mancipiarius (*sic*) σωματέμπορος. *i. q. mango*: SCHOL. Iuv. 11, 147 quales vendunt care -i.

×mancipātio, -ōnis *f.* *a* mancipare. *de originatione*: GAIVS inst. 1, 121 -o dicitur, quia manu res capitur (ISID. orig. 5, 25, 31). *de notionibus*: GAIVS inst. 1, 119 est ... -o ... imaginaria quaedam venditio ...; eaque res ita agitur *eqs.* (*citat* BOETH. in top. Cic. 3 p. 322, 4. *cf.* GAIVS inst. 1, 113). VLP. reg. 19, 3 -o propria species alienationis est rerum mancipi *eqs.* GLOSS.[L] I Ansil. MA 550 -o commendatio. V Aa M 100 contradictio (*an* contradatio? *Linds.*). GLOSS. παράδοσις. mancipiorum scriptio brevis. -i καταγραφήν. *vox iurid. in libris iuris post* COD. Theod. (*v. infra l. 50*) *substituitur vv.* traditio (*cf. Kunkel, RE XIV 1005, 25*) *vel* emancipatio (*cuius loco interdum -o falso trad.; v. vol. V 2, 441, 12*).

i. q. actus mancipandi, imaginaria quaedam alienatio rerum mancipi vel personarum, quae fit per aes et libram (*latiore sensu l. 36. cf. Kunkel, RE XIV 998 sqq.*): **A** *rerum*: FEST. p. 241 possessiones appellantur agri late patentes publici privatique qui[a] non -e sed usu tenebantur (*cf.* GROM. p. 369, 4 L.). PLIN. nat. 9, 117 *Lolia* parata -em *smaragdorum* tabulis probare. AGENN. grom. p. 23, 16 Th. nec -o eorum (*sc. agrorum stipendiariorum*) legitima potest esse. GAIVS inst. 1, 121 in eo solo praediorum -o a ceterorum -e differt *eqs.* 2, 31 praedia -em et in iure cessionem recipiunt. 2, 65 -is et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est civium Romanorum (*cf.* VLP. reg. 19, 4). 2, 102 *testamentum* per -em peragitur (*cf.* 2, 104 qui facit testamentum adhibitis, sicut in ceteris -bus, v testibus. VLP. reg. 20, 2). *al.* VLP. reg. 19, 2 rerum dominium nobis adquiritur -e, traditione *eqs.* (*cf.* PAVL. sent. 2, 17, 3. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 162 per -em proprietas adquiritur). 20, 3 familiae -o inter testatorem et familiae empt⟨orem⟩ fit (20, 9 f. -o et nuncupatio testamenti. 28, 6). PAVL. sent. 1, 7, 8 extorsisse -em videtur. frg. Vat. 50. 310 perficitur donatio in exceptis personis sola -e vel promissione. *al.* EPIST. donat. Iren. (CIL VI 10247) 10 *v. p. 255, 12.* COD. Theod. 8, 12, 5 traditionis vel -is sollemnitas (*cf.* 8, 12, 4. 7 [*a. 355*]). CIL VI 20278, 5 cui et fruendum -em (*intellege*: -e) fecerunt HS n(ummo) I. XIV 715 (*ex suppl. Momms.*). BOETH. in top. Cic. 4 p. 340, 43 -o fiduciaria. *metonymice i. q. instrumentum venditionis*: CIL VI 25192, 8 ita ut -o continet.

B *hominum*: **1** *de -e liberorum, quae fit manumissionis, adoptionis, quaestus causa aut in noxae deditione*: PAVL. FEST. p. 77 emancipati duobus modis intelleguntur ...; quorum utrumque fit -e. GAIVS inst. 1, 132 filius ... tribus -bus, ceteri ... liberi ... una -e exeunt de parentium potestate (*cf.* 1, 134 VLP. dig. 28, 3, 8, 1 reg. 10, 1): lex enim XII tabularum tantum in persona filii de tribus -bus loquitur (*cf.* 1, 134 ⟨in tertia⟩ -e est. 1, 135. 135[a]. 4, 79. GELL. 5, 19, 3 adoptantur ... cum a parente ... tertia -e in iure ceduntur). 1, 135 si ... ex -e manumissus erit (*cf.* 1, 137. 162. 2, 141 ex prima secundave -e. 3, 6 VLP. reg. 23, 3). PAVL. sent. 2, 25, 2 singulae -es vel isdem vel aliis testibus fieri possunt. PAP. Meyer, Juristische Pap. 9, 3 exemplum mancipation⟨um⟩ (*an* ⟨-is⟩?). **2** *de -e uxoris in coemptione*: GAIVS inst. 1, 113 *v. vol. III 1412, 84.*

mancipātor σωματέμπορος GLOSS. (*cf. Funck, ALL 8, 1893, 379 et* emancipator). *a* mancipare.

mancipātum τελώνιον GLOSS. *a* mancipare (*cf. p. 259, 20*).

1. mancipātus, -a, -um *v. s.* mancipo.

2. mancipātus, -ūs *m.* *a* mancipare. *interdum falso trad. pro* municipatus.

A *i. q. mancipatio, venditio*: PLIN. nat. 9, 124 hoc (*de margaritis*) ... sequitur heredem, in -um venit, ut praedium aliquod.

B *i. q. munus, functio mancipis, praecipue praepositi cursus publici vel pistoris* (*cf. Steinwenter, RE XIV 1010*): COD. Theod. 8, 4, 23 in aeternum -ui (*sc. cursus publici*) ... societur (*cf.* 8, 5, 36. 46 [*bis*]). 8, 7, 9, 5 ad necessitates ... -us. 8, 7, 16, 2 -us ... muneri. 8, 7, 19 pr. ut vilissima quaelibet officia ac -us ... administrent. 12, 16, 1 functioni -us (*i. pistoriae. cf.* 14, 3, 18). **C** *i. q. possessio, dicio*: AVG. in euang. Ioh. 8, 4 habet sponsam *dominus*, quam redemit sanguine suo ...; eruit eam de -u diaboli. *huc pertinere vid.*: FVLG. serm. ant. 16 redde huic fratri primum problematis -um.

manciptolum, -ī *n.* *a* mancipium *demin.* *i. q. servolus, mancipium minoris gradus*: PAVL. NOL. epist. 15, 4 p. 114, 7 peto, ut ei (*sc. mulieri debili*) -um praestetur. CONC. Agath. a. 506 Mansi 8, 325[B] casellas ... vel -a ecclesiae episcopi ... integro ecclesiae iure possidant (*cf.* Clippiac. a. 626—627 p. 199, 15). Tur. 20 (19) a. 567 p. 128, 1 presbyteri et diaconi ... studeant, ut -a sua ibi maneant, ubi uxores suae. p. 128, 2. *Vittinghoff.*

×mancipium (mancupium), -ī *n.* [*a* manus *et* capere, *cf.* manceps. *J. B. H.*]. *de originatione*: VARRO ling. 6, 85 -um quod manu capitur (*cf.* FLORENT. dig. 1, 5, 4, 3 DON. Ter. Ad. 181 AVG. quaest. hept. 1, 153 *et l. 32 sq.*). *de scriptura* (*cf.* VEL. gramm. VII 67, 3 *vol. II 1238, 5.* PROB. inst. gramm. IV 119, 6 sunt nomina quae i litteram et in u litteram convertant ut puta -ipium et -upium): *in titulis scribitur* -u-: LEX Tarent. (CIL I² 590) 30; -i-: *inde a* FORMVLA Baet. (CIL II 5406) *passim. in codd. scriptura per* -i- *ubique praevalet, cf. e. g. de cod. A Plaut. Studemund, Plaut. fab. rel. Ambr. 513.* *notatur*: m: NOT. laterc. gramm. IV 300, 32 s(atis) s(ecundum) m(ancipium) (*cf.* FORMVLA Baet. [CIL II 5406] 17). PROB. litt. sing. gramm. IV 276, 31 m(anu) m(ancipio) p(otestate) (*cf.* LEX Salpens. (CIL II 1963) 1, 6 in ... m(ancipi)o m(anu) potestate). man: CIL X 6194. manc: [CIL I² 1833 *Lommatzsch* Manc(inus) *sim. suppl.*]. CIL IV 1789 (mank). XI 6139. mancip: CIL VI 36245. NOT. Tir. 44, 18 (*post* anticipat). *pro masc. accipitur*: IORD. Get. 134 quemlibet -um. *cf. formam vulgarem* -us: INSCR. EphEp. IX 176 (*Baetica, s. II/III*). *alias sexus ratio non habetur* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. MA 557 -um du[u]m dicitur, non sexus significatur hoc nomine sed condicio). *gen. sing. in* -ii *metro probatur* OV. Pont. 4, 5, 40 (? *v. p. 255, 26*), *in* -ī *simplicem servatur in formulis* res -i *et* -i est (*cf. Neue-Wagener I³ 153*), *in quibus iuncturis gen. falso pro dat. subst.* manceps *interpretatur* PRISC. gramm. II 204, 20. III 224, 12 (*inde* GRAMM. suppl. 109, 30). *de notione* (*cf. p. 255, 34*): ISID. orig. 9, 4, 45 -um est quidquid manu capi subdique potest (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. MA 554 -o quod manu capit et subdit), ut homo, equus, ovis; haec enim animalia statim ut nata sunt, -um esse putantur. nam et ea quae in bestiarum numero sunt, tunc videntur -um esse, quando capi sive domari coeperint. *de re v. Steinwenter, RE XIV 1010 sq. Leifer, ZSavSt. 56, 1936, 136 sqq. Hägerström, D. röm. Obligationsbegriff, Uppsala 1927 p. 372 sqq.* *legitur inde a legibus vetustissimis (infra l. 49. 77) saepissime apud* ICTOS; *at in* DIG. *non occurrit nisi notione s. III allata; alia interpol. Iustin. remota sunt (cf. Steinwenter, l. c. 1013, 31 sqq.). apud poetas post* PLAVT. *et* TER. *admodum raro invenitur* (*p. 255, 24. 26. 58. 83. 256, 42. 52. 55. 63. 67. 71. 74*). [*prov.* mansip, *hisp.* mancebo. *M.-L.*] [*leg. e coni.*: LIV. 32, 26, 6 (*add. Madv.*). *loc. corr.*: CIC. Att. 15, 26, 4 FEST. p. 261. *in codd. confunditur saepius c. v. q. e.* municipium (*cf. l. 63*; PLIN. nat. 10, 28 -orum *proponit Detlefs.*, municipiorum *Mayh. retinet*).]

I *de actu vendendi res, quae pleno proprietatis iure possidentur, i. q.* **venditio**, *traditio iusta vel pactum venditionis, interdum (l. 51) i. q. instrumentum venditionis*: LEX XII tab. 6, 1 (Fest. p. 171) cum nexum faciet -umque. VARRO ling. 5, 163 veteribus in -is scriptum (*cf.* CIC. de orat. 1, 178 quidquid fuisset incommodi in -o. 1, 179. off. 3, 67 *aedes* serviebant, sed hoc in -o Marius non dixerat [*cf. Hägerström l. c. 377*]). 6, 74 ascribi ... in lege -orum (CIC. de orat. 1, 178 in -i l.). 7, 105 omne quod per libram et aes geritur, in quo sint -a. CIC. Caecin. 74 quae nunc tua iure -i sint (har. resp. 14 i. hereditario, i. auctoritatis, i. -i, i. nexi. de orat. 1, 173 usucapionum ... nexorum -orum ... iura). Att. 5, 1, 2 sunt aliquot satisdationes secundum -um (*sim.* FORMVLA Baet. [CIL II 5406] 16. 17. *cf. etiam l. 18 et Steinwenter, RE II A 79, 30*). *nota formulam* (res) -i nec -i (*cf. Steinwenter, RE XIV 1002, 14. 1010, 48. de condicionibus iuridicialibus fusius agunt* GAIVS inst. 1, 120. 2, 15 sqq. VLP. reg. 19, 1. *v. etiam V. i. R.*). -i esse: CIC. Mur. 3 in iis rebus ... quae -i sunt. Flacc. 79 *praedia* sint necne sint -i (municipii *P*). top. 28 abalienatio ... rei, quae -i est. PLIN. nat. 33, 43 in iis emptionibus, quae -i sunt. GAIVS inst. 1, 120 animalia ..., quae -i sunt (*cf.* 2, 15). 2, 14[a] -i sunt ... aedes in Italico solo. 2, 16 ferae bestiae nec -i sunt. 2, 17 VLP. reg. 19, 16 PAVL. frg. Vat. 45. *attr.* (*cf.* PRISC. gramm. III 224, 12 '-i nec -i' cum sint dativi [*v. supra l. 29*], omnibus tamen aliis casibus coniunguntur. *sim.* II 121, 13. 145, 14. 204, 12. 564, 3): GAIVS inst. 1, 192 ad res -i alienandas. 2, 18. 19. 22 *al.* PAPIN. frg. Vat. 259 rebus nec -i. VLP. reg. 11, 27 in rerum nec -i alienatione. 19, 1. 3 *al.* PAVL. frg. Vat. 1. 47[a]. 311. COD. Iust. 7, 31, 1, 5 res dividi -i et nec -i antiquum est. *cf. etiam p. 255, 2.*

II *de condicione ex mancipatione orta i. q.* **dominium**, *possessio, dicio, potestas aliquid (aliquem) pleno proprietatis iure habendi*: **A** *technice in iure*: **1** esse (habere) in -o *sim.*: LEX Cincia (frg. Vat. 298) sive quis in alterius potestate manu -ove (*Wenck*, matrimoniove *cod.*) erit (LEX Salpens. [CIL II 1963] 1, 6 maneant in eorundem -o m. p. 1, 10. GAIVS inst. 1, 49 aliae *personae* in p., aliae in m., aliae in -o sunt. 1, 142. 2, 86 quos in p. m. -ove habemus. 2, 96. 3, 163 VLP. reg. 19, 18. 24, 23. 24 PAVL. frg. Vat. 51. 300. *cf. etiam l. 19 sq.*). GAIVS inst. 1, 116 in -o (1, 123. 135. 141. 3, 104. 114 *al.*). 1, 132 etiamsi nondum manumissus sit sed adhuc in causa -i (1, 138. 2, 160). 2, 90 quas in manu -ove habemus (4, 80

[*Vittinghoff-R.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GELL. 4, 3, 3. 18, 6, 9 SERV. auct. Aen. 11, 476). VLP. reg. 10$^{tit.}$ in potestate -ove. SEN. benef. 5, 19, 1 *servus* mei -i res est (*cf. p. 254, 62 et* GLOSS. V 621, 47 ne⟨c⟩ -i dicitur liber). PAVL. coll. Mos. 16, 3, 7 ex primo secundove -o manumissus. 2 *dare, accipere sim.* -o (*potius pro dat. fin. quam pro abl. accipiendum est* [*cf. Bennet, Synt. of early lat. II 174. Hägerström l. c. 376*]): PLAVT. Curc. 494 *puellam* -o tibi dabo (617 *v. vol. V 2, 512, 34.* Mil. 23 Persa 525. 589 VARRO ling. 7, 105 rust. 2, 10, 5 CIC. top. 45 Att. 13, 50, 2 [*cf. Boot ad l.*]. 15, 26, 4 CIL IV 1789 FORMVLA Baet. [CIL II 5406] 15 LIV. 41, 8, 10 VITR. 1, 4, 12 PAVL. FEST. p. 70 SEN. benef. 3, 20, 2 interior ... pars *servi* -o dari non potest. GAIVS inst. 1, 140. 2, 59 fiduciae causa. 4, 79 ex noxali causa. *al.* EPIST. donat. Iren. [CIL VI 10247] 11 donationis mancipationisque causa. 18. CIL X 6194 neq(ue) ven(um) nec (-o) dari. *al.*). Most. 1091 poscere. Persa 525 suo periclo is emat qui eam mercabitur: -o neque promittet neque quisquam dabit. 532 accipio (*v. vol. I 313, 33. 46. 314, 3. 316, 30. adde*: FORMVLA Baet. [CIL II 5406] 3 fidi fiduciae causa. TAB. cer. Pomp. [Bruns fontes⁷ 134] 6 TAC. ann. 3, 67, 3 TAB. cer. Dac. 6 [CIL III p. 937] ext. 3 [*a. 139*] emit -oque accepit. *al.*). GAIVS inst. 1, 140 recipit. **B** *laxiore sensu et tropice*: CIC. top. 100 quod quasi -o dare debuimus. epist. 7, 30, 2 *Attici* proprium te esse scribis -o et nexo (*cf.* CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 1 sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri; ergo fructus est tuus, -um illius). BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16, 4 ut esset sui iuris ac -i res p. LVCR. 3, 971 vitaque -o nulli datur, omnibus usu (ARNOB. nat. 2, 27 p. 70, 20. *cf.* SEN. dial. 12, 10, 4 non -o [*B*, in -um *V*] dedit, sed commodavit. epist. 72, 7). OV. Pont. 4, 5, 40 se fore -ii (*β²*, -um *GS*, -o *Brisson.*) tempus in omne tui (tuum *β²*, *GS*, *Brisson.*). ARNOB. nat. 2, 1 p. 47, 15 numquid *Christus* ... universas opes ... possessionis suae -o vindicavit? AMBR. hex. 5, 10, 27 spatia maris sibi vindicant iure -i. ENNOD. epist. 4, 4, 3 p. 100, 18 iuri tuo ... transfundo -um iuris mei. VEREC. in cant. 1, 14 sumus -o *Aegypti* liberati.

III *de re, quae pleno proprietatis iure possidetur i. q.* ***servus, ancilla*** (GLOSS.ᴸ II Philox. MA 59 ἀνδράποδον. GLOSS. -a σώματα. ἀνδράποδα. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A μαγκιπ[ισ]ιον δοῦλον): **A** *proprie*: **1** *strictiore sensu de eis, qui in verae servitutis condicione sunt* (*de discrimine inter* -um, famulus, servus *cf.* ISID. diff. 1, 525 DIFF. ed. Beck p. 56, 6): PLAVT. Capt. 954 lepidum -um meum. Epid. 686 scelestum. Rud. 930 instruam agrum atque aedis, -a. 1395. TER. Eun. 274 (*cf.* DON. *ad l.* -um dicit puellam aut virginem). 364. VARRO rust. 1, 17, 3 -a esse oportere neque formidulosa neque animosa. 1, 18, 1 in eo modo *agri* haec -a XIII habenda: vilicum, vilicam *eqs.* (1, 18, 5. 6). 1, 19, 3 (*cf. Keil ad l.*). CIC. div. in Caec. 56 retinere. Verr. II 1, 91 -a ... abduxit (2, 46 Att. 12, 28, 3). 2, 35. 47 data esse Verri (SEN. benef. 7, 4, 2 SVET. Iul. 26, 3 IVLIAN dig. 23, 4, 21 in dotem. *al.*). 4, 9 emere (*v. vol. V 2, 61 sqq. adde*: PAVL. dig. 21, 1, 57 pr. si servus -um emit). 5, 80 -is argento veste locupletatus. 5, 126 repetunt. 5, 149 leg. agr. 2, 38 in -is, in pecore, auro *eqs.* Flacc. 49 cum ... -a vendidisset (50 off. 3, 91 *al.*). 80 -a Amyntae. Planc. 62 in -is parandis (LIV. 41, 6, 10 argento. *cf. vol. III 2011, 48*). parad. 35 *improbos* non ... ita ... esse servos ut -a, quae sunt dominorum facta nexo aut aliquo iure civili. top. 27 -um, pecudem, supellectilem. off. 3, 71 in -orum venditione. 3, 91 redhibeatur (EDICT. aed. Ulp. dig. 21, 1, 1, 1 *al.*). Att. 4, 16, 7 spem praedae ... ex -is. 5, 8, 2. 5, 20, 5 venibant (LIV. 39, 44, 3 *al.*). 11, 20, 2 reddidit (LIV. 21, 45, 7). *al.* CAES. civ. 3, 6, 1 -a atque impedimenta relinquerent *milites*. BELL. Afr. 47, 3. SALL. Iug. 44, 5 pecoris et -orum praedas ... agere. HOR. sat. 2, 7, 3 amicum -um domino et frugi (*cf. vol. VI 1457, 15*). epist. 1, 6, 39 -is locuples eget aeris Cappadocum rex. FORMVLA Baet. (CIL II 5406) 10 is fundus eaque -a fiducia⟨e⟩ essent. LIV. 3, 48, 3. 21, 60, 8 vilium -orum (39, 6, 9 coquus vilissimum antiquis -um. SEN. epist. 90, 25 PLIN. nat. 7, 54 *al.*). 24, 15, 7 *de volonibus*. 26, 34, 5 -a ... restituenda ... dominis (APVL. apol 92 GAIVS dig. 21, 1, 26 *al.*). 34, 35, 4 -um regium (36, 44, 9) publicumve aut privatum. 35, 49, 8. *al.* FEST. p. 322. SEN. contr. 2, 7 (15), 4 in plagas deterrimi -i (PS. SEN. extr. voc. 193). 10, 4, 7 integra -a. 10, 5, 19 *syn.* servum. VAL. MAX. 4, 3, 6 *al.* SEN. clem. 1, 1, 2 quos reges -a fieri ... oporteat. 1, 18, 1 *syn.* servis. dial. 2, 11, 3 -orum nostrorum urbanitas in dominos contumeliosa. 5, 19, 2 nequam -a. 5, 34, 1 pigra. 5, 37, 2 extremo -o (epist. 70, 25). 6, 10, 6 -orum ... domina (INSCR. christ. Diehl 2184). 9, 1, 8 -a et agmen servorum. 10, 13, 7 ultimo -o. epist. 15, 3 pessimae notae -a. 80, 4 condicionis extremae. *al.* PS. SEN. mon. 133 licentiosa. TAB. cer. Pomp. (Bruns fontes⁷ 134) 2. CVRT. 8, 7, 1 *opp.* ingenuis. COLVM. 1, 8, 2 socors ... genus id -orum. 1, 8, 16 ergastuli (*cf.* 11, 1, 22). PETRON. 76, 6 oneravi ... -a (*cf.* PLIN. nat. 6, 173. LABEO dig. 14, 2, 10 pr. vehenda). PLIN. nat. 9, 77. 28, 13 fugitiva. 33, 26 -orum legiones. LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 17 qui -a ... ⟨sub⟩ praeconem subiecerit. QVINT. inst. 1, 3, 14 pessima. 5, 12, 17 -orum negotiatores. 8, 3, 14 in -i redhibitione. decl. 301 p. 189, 14 numquam cupiditas tua usque ad -a descendet. 312 p. 227, 18 si res in notitia dicitur esse servulorum, torqueri -a (*cf. p. 256, 29*). 342 p. 350, 15 ut circumverteres -um. *al.* IVV. 9, 120 ut linguas -orum contemnas. 11, 173 nudum olido stans fornice -um. TAC. Agr. 31, 2 nata servituti -a (*v. totum locum*). hist. 2, 94, 2 conferre pro numero -orum ... tributum. 3, 34, 2 emptionem ... -orum. 4, 14, 2 tamquam -a haberi (*cf.* ann. 14, 31 inter -a [15, 1]). ann. 13, 31 vectigal ... venalium -orum. 14, 43 avitum. 15, 18 captiva. PLIN. paneg. 42, 3 SVET. Claud. 25, 2 Nero 11, 2. FLOR. epit. 3, 12, 5 dimicasse ... cum civibus sociis, -is gladiatoribus. TAB. aliment. Vel. [CIL XI 1147] 6, 76 pretis -orum, quae in [in]emptione eis cesserunt. ITALA gen. 36, 6 (cod. Wirc.) omnia -a (σώματα. *Vulg.* o. animam) domus suae. LAMPR. Comm. 2, 8 mulierculas ... ut prostibula -a ... contraxit. Heliog. 20, 1 ut *senatores* -a togata appellaret. FIRM. math. 5, 3, 34 -orum ac possessionum dominium (*cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 315, 4 St.). AMM. 17, 12, 19 *al.* VVLG. II Macc. 8, 11 ad coemptionem ... -orum (σωμάτων). *al.* RVFIN. hist. 4, 6, 2 (ἀνδραπόδων). AVG. civ. 19, 15 p. 381, 13 D. etiamsi non est -um alterius hominis, servus est propriae libidinis. pecc. mer. 1, 35, 66 p. 66, 16 in -orum aestimatione. *al.* PALLAD. hist. mon. I 3 p. 264ᴬ substantiam ..., quae ... erat ... in -is (*p. 37, 16 B.* ἐν οἰκέταις). *et al.* *de condicionibus iuridicialibus passim agitur in* DIG. (*v. V. i. R.*), CODD. Theod. *et* Iust. (*v. indd.*), *haud raro etiam in leg. barb., ex. gr.*: DIG. 18, 7 si ita -um venierit, ut manumittatur (*cf.* PAPIN. frg. Vat. 6 VLP. dig. 40, 9, 12, 3. *et al.*). PROC. dig. 31, 48 pr. *opp.* pecuniam numeratam (*cf.* POMPON. dig. 30, 8, 2 PS. ASCON. Verr. p. 252, 17 St.). *ibid.* partus -orum (POMPON. dig. 23, 3, 18). IAVOL. dig. 24, 3, 66, 3 aestimata (38, 2, 36. *et al.*) NERAT. dig. 25, 1, 15 dotalibus -is (*v. vol. V 1, 2054, 29. 2055, 5*). IVLIAN. dig. 30, 84, 10 -a quae in eo fundo ... mea erunt. POMPON. dig. 21, 2, 34 pr. -um ... cum prostitutum fuisset (*cf.* NOVELL. Theod. 18, 1 -a ... aut ingenua corpora). 24, 1, 31, 3 quanti -a sint. MAECIAN. dig. 36, 1, 71 (69) de evictione praediorum vel -orum. SCAEV. dig. 24, 1, 58, 1 uxoris. PAPIN. coll. Mos. 4, 11 -a quaestioni tormentorum subicerentur (*cf. p. 255, 82*). dig. 6, 1, 65, 1 -um hereditarium. 34, 4, 24, 1 hortorum. VLP. dig. 3, 2, 4, 2 quaestuaria -a. 7, 1, 15, 1 -orum ... usus fructus. VLP. dig. 21, 1, 37 novicia ... veterana (*cf.* MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 3). PAVL. dig. 20, 1, 29, 1 si -a in causam pignoris ceciderunt. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 2 -is commissis. COD. Theod. 9, 7, 4, 2 in interrogatione -orum. 10, 10, 20 vaga. 16, 9 tit. ne Christianum -um Iudaeus habeat. COD. Iust. 3, 32, 10 (*a. 290*) super vernis -is. 9, 12, 10, 1 armata -a. 11, 68 tit. de agricolis et -is dominicis vel fiscalibus. LEX Visig. 12, 2, 14 liberum vel servum -um ... habere.

2 *latiore sensu* (*plerumque cum colore quodam contemptionis*): **a** *de eis, qui in principum aliorumve superiorum ministeriis sunt*: VELL. 2, 53, 2 *Pompeius* imperio arbitrioque Aegyptii -i ... iugulatus est (*cf.* CLAVD. 18, 481 Ptolemaei ... -a). SEN. dial. 5, 14, 3 (*pertinet etiam ad B 1*) animo magis quam condicione -um (*de satellite quodam regis Persarum; cf.* CVRT. 5, 9, 9. APVL. mund. 26 p. 348 -a [*Ps. Aristot. 6 p. 398ᵃ, 30* δοῦλοι] regalia). *de angelo*: PS. AVG. serm. cod. Guelf. ed. Morin app. 1 p. 168, 67 caeleste -um. *de familia pauperum Christianorum*: ENNOD. epist. 8, 5, 1 p. 203, 16. **b** *de eis, qui in victoris potestate sunt*: TAC. ann. 2, 2, 2 -um Caesaris tot per annos servitutem perpessum. APVL. met. 4, 24 rapinae praeda et -um effecta. **c** *de libertis* (*ob priorem servitutis condicionem*): TAC. hist. 2, 57, 2. 3, 47, 1. PLIN. epist. 8, 6, 14 honores fastidiosissimi -i. LAMPR. Alex. 66, 4. CLAVD. 18, 212 iure sepultum -um. 19, 30. 20, 56.

B *in imag. et translate* (*add. dat.: l. 62*): **1** *de hominibus*: **a** *de eis, qui ad hominum obsequia parati sunt*: PVBLIL. P 22 populi est -um, quisquis patriae est utilis. LIV. 10, 37, 11 -a nobilium, tr. pl. SEN. contr. exc. 5, 2 uxoris. suas. 6, 12 et Pompeius illum (*sc. Ciceronem*) et Caesar subiecerunt: veteranum (*cf. supra l. 32*) -um videtis. 7, 6 Lepidus ... utriusque collegae -um. SEN. benef. 3, 28, 4 gulae servus et ... adulterarum commune -um. dial. 5, 14, 3 *v. supra l. 42.* epist. 47, 17 pantomimorum. CVRT. 10, 8, 3 Meleagri. APVL. met. 3, 22 *puellae amatae*. LAMPR. Alex. 23, 5 eunuchorum. HEGES. 2, 8, 2 pauperioribus ... tyrannum ..., -um ditioribus. PRVD. apoth. 408 Christi. AVG. in psalm. 70 serm. 2, 9. serm. ed. Mai 82, 1. MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 54, 6 (παιδαρύλλιον). **b** *de eis, qui rebus toti dediti sunt, serviunt*: VAL. MAX. 9, 4 ext. 1 titulo rex insulae, animo pecuniae miserabile -um. SEN. epist. 65, 21 corporis (AVG. serm. 162, 4). PETRON. 68, 7 omnis musae -um. PRVD. perist. 14, 30 ludibriorum. AVG. serm. 168, 4, 4. 177, 2$^{med.}$ avaritiae (EVGIPP. Sev. 3, 2 *syn.* ancillam). serm. ed. Mai 139, 3 criminum. FAVST. REI. epist. 5 p. 186, 3 voluptatum. ENNOD. opusc. 2, 79 p. 312, 7 -a terrena (*ibid.* servos ventris). *i. q. obnoxius, addictus*: PRVD. ham. 128 gehennae (PETR. CHRYS. serm. 123 p. 536ᶜ *syn.* inferni vernulam. *cf.* ENNOD. opusc. 2, 9 p. 290, 11 -a tartari et liquido satanae ministri). COD. Theod. 10, 10, 30 pr. poenae. ENNOD. carm. 2, 66, 2 pelagi. epist. 2, 19, 17 p. 64, 4 mortis. opusc. 2, 68 p. 308, 24 famis. **2** *de rebus* (*in prosopopoiia*): **a** *de rebus hominum usui destinatis*: PLAVT. Stich. 210 me -a miserum adfecerunt male, potationes ..., cenae *eqs.* (*cf. Ussing ad l.*). SEN. epist. 74, 17 *bona externa* -a nostra esse, non partes. AVG. in psalm. 145, 3. **b** *de rebus rerum ministris*: TERT. resurr. 63 p. 124, 8 *anima* habet -um suum, carnem (*cf. vol. VI 269, 5*). PELAG. in Rom. 6, 6 p. 50, 15 fiat iustitiae -um corpus.

deriv.: mancipiolum.

***mancipo** (mancupo), -āvi, -ātum, -āre. [*a* manceps. *J. B. H.*]
de originatione (*cf. p. 257, 11*): EVTYCH. gramm. V 487, 2 cum no-

[*Vittinghoff-R.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minibus ... composita verba ... maxime excludentia i, quam in simplici verbo ante o habuerunt, ... mutant coniugationem ut ... -o ..., licet possunt haec, quasi a nominibus manceps ... venientia, iure primae esse. GLOSS.^{L} II Abav. MA 4 -are quasi manu capere. *scribitur* -up-: CIL VI 11307/8. 27988. *depon.?*: PS. HIER. expos. in Matth. (Migne 30) p. 542^{B} se diabolo -atur. *de notione*: GAIVS epit. 1, 6, 3 -at hoc est manu tradit (GLOSS.^{L} I Ansil. MA 546. *cf.* III Abstr. MA 27). GLOSS.^{L} II Abav. MA 45 -atur vincitur, coniungitur, sociatur (*cf.* V Abba MA 98 Aa M 98. 99 coniungitur, traditur seu liber[t]atur). Philox. MA 60 -at καταγράφει. III Abol. MA 38 -tus vinctus. 41 -at manu captum adducit. V Abba MA 99 -are (-ari?) deservire. GLOSS. -are mancipium facere, in servitutem redigere. -vit subdidit. *al.* NOT. Tir. 44, 20. *legitur inde a* PLAVTO (*v. infra l. 23; exempla posteriorum poëtarum v. l. 24. 40. 84. p. 258, 25. 48. 56*); *omnes locos dedi usque ad* APVL., *unde magis magisque crebrescit (plerumque sensu tralaticio); in* DIG. *interpol. Iust. vv. aliae (praecipue* tradere) *substituuntur (v. Heumann-Seckel, Handlex. s. v.).* [*in codd. saepius variatur c.* emanc- *e. g.* TRYPH. dig. 37, 15, 10. *cf. etiam l. 61 et vol. V 2, 442, 69.*]

A ***proprie in actibus iuris***: **1** *i. q. alienando res venales, mancipia sim. ita tradere, ut alterius propria fiant, in alterius dominium transferre,* **vendere** (*plerumque technice sc. per aes et libram; latiore sensu de usu: l. 25*): PLAVT. Curc. 496 alienos -atis, *lenones*, alienos manu emittitis. HOR. epist. 2, 2, 159 si proprium est, quod quis libra mercatus et aere est, quaedam ... -at usus (SCHOL. usus possessorem facit). ASCON. tog. cand. p. 66, 2 St. quod propter aeris alieni magnitudinem praedia -arit (GAIVS inst. 1, 121 p.... absentia solent -ari. 2, 63 *marito* dotis causa). TAC. ann. 1, 73, 2 obiciebat ..., quod venditis hortis statuam Augusti simul -asset. 2, 30, 3 -ari singulos *servos* actori publico (*cf. l. 33*) iubet (VLP. reg. 1, 16 si civis Romanus ... s. emerit isque traditus ei sit neque tamen -tus ei. *al. cf. etiam l. 49*). PLIN. epist. 7, 18, 2 pro quingentis milibus nummum ... agrum ... longe pluris actori publico (*cf. l. 30*) -vi. GAIVS inst. 2, 26 si neque -ta neque in iure cessa sit res mancipi (*cf.* 2, 41. 204 *opp.* tradiderit [PAVL. frg. Vat. 311]. *et al.*). 2, 29. 33 *usus fructus* in -anda proprietate detrahi potest *eqs.* (*cf.* VLP. frg. Vat. 80). 2, 104 familiam. *al.* VLP. reg. 19, 6 res mobiles non nisi praesentes -ari possunt *eqs.* PAVL. sent. 1, 13^{A}, 4. frg. Vat. 310 donationis causa (CIL VI 10219, 10 monimentum ... vendere ... vel d. c. cui -are. XIV 368. XIV suppl. Ost. 4865, 18). *al.* CYPR. GALL. lev. 243 domum. CIL V 4489, 4. 10 agellu(m). VI 10239, 4 hortulos (*syn.* mancipio daret). 27988, 7 monumentu(m) ... donavit ... -vitque sestertio nummo uno (*cf.* 25165). *al.* **2** *i. q. liberorum personas, quae in patris (mariti) manu sunt, emancipando in manum alterius* **tradere**: FEST. p. 277 remancipatam Gallus Aelius esse ait, quae -ta sit ab eo, cui in manum convenerit (*cf.* GAIVS inst. 1, 118 *in matrimonio coemptionali*). PLIN. epist. 4, 1, 2 (*v. vol. V 2, 444, 1*) *filium* (*cf.* GAIVS inst. 1, 117 -ari ... eodem modo possunt, quo etiam servi -ari possunt. 1, 132 -at pater filium alicui ..., iterum ..., tertio [*cf.* 1, 135. 4, 79 epit. 1, 6, 3. 4 VLP. reg. 10, 1]. 1, 141 ex noxali causa. VLP. reg. 10, 1. PAP. Meyer Juristische Pap. 9, 14 *filiam*). GAIVS inst. 1, 118^{a} et a parentibus et a coemptionatoribus -antur (*cf.* 1, 166^{a} VLP. reg. 11, 5). 1, 123 -ti -taeve servorum loco constituuntur. 1, 162. **3** *in universum de formis, condicionibus sive vendendi sive emancipandi*: FEST. p. 265 in -ando ... asse tangitur libra. GAIVS inst. 1, 120. 121. PAPIN. frg. Vat. 329 sub condicione ... non recte ... -atur.

B ***translate***: **1** *de obsequio, deditione suae ipsius voluntatis i. q.* **dedere**, *devincire, obligare, mediopassive i. q. quasi mancipium alteri se subdere,* **servire**, *obnoxium, obstrictum esse*: **a** -ari, esse -tum (*saepe adi.*): **α** *alicui*: SEN. contr. exc. 9, 5 veneficae -tum (*contr. 9, 5 [28], 8* emanc-). APVL. met. 2, 10$^{extr.}$ ego tibi mutua voluntate -ta sum. 3, 19 in servilem modum addictum atque -tum. DON. Ter. Eun. 886 captum ... ac -tum virgini. LVCIF. Athan. 1, 19 p. 101, 6 deo (*cf.* AVG. c. Cresc. 3, 64, 71 Christi ... nomini. *aliter p. 258, 34*). **β** *alicui rei* (*c. ger.: l. 68*): TAC. hist. 2, 71, 1 luxu et saginae -tus emptusque. TERT. adv. Marc. 2, 23 p. 366, 15 Salomon ... idolis (PACIAN. paraen. 5 p. 108. PS. RVFIN. in Os. 4, 8 p. 985^{B} colendis i. *cf.* LVCIF. moriend. 11 p. 309, 2 idololatriae. *et al.*). CYPR. laps. 12 p. 245, 13 census sui servi nec ad pecuniam domini sed magis pecuniae -ti. *al.* ARNOB. nat. 6, 2 p. 215, 16 perturbationibus. 7, 36 p. 269, 31 numina ... animorum adfectibus -ta esse atque obnoxia. LACT. inst. 1, 9, 1 vitiis (PELAG. in Phil. 3, 20 p. 410, 6 *al.*). PS. ATHAN. ad mon. 3 p. 73^{D} his ... actibus -tus (*praecedit* deditus). AMBR. epist. 22, 17 publicis ... obsequiis. AMBROSIAST. in Rom. 3, 13 malis. TRACT. Pelag. p. 31, 31 moribus. PELAG. in I Cor. 7, 34 p. 169, 3 COD. Theod. 1, 16, 9. *et al.* *de re personata*: PETR. CHRYS. serm. 156 p. 613^{C} stellam ... *magus* iudicat esse conservam, quam cernit taliter suis obsequiis -tam. **γ** sub *aliqua re*: PETR. Fulg. Rusp. epist. 16, 6, 15 *Adam* sub peccati servitio -atur.

b se -are: *alicui* (*cf. etiam l. 6*): TERT. adv. Iud. 1 p. 702, 26 Oe. *Iudaei* Babali se -bant. ARNOB. nat. 2, 32 p. 74, 19 dedidimus et -vimus nos deo (FAVSTIN. trin. 7, 7 p. 37^{A} se eidem [*domino*] -ant proposito serviendi. RVFIN. Orig. in num. 10, 1. 11, 8. *et al. cf. l. 64. p. 258, 18*). IVVENC. 2, 346 seseque domumque -at *Christo* (AMBR. Hel. 20, 75). RVFIN. apol. Orig. praef. p. 547^{A} *Origeni* tamquam ... discipulos. *alicui rei*: PS. VARRO sent. 152 philosophiae. ARNOB. nat. 2, 39 p. 79, 25 ut *animae* ... servitutis opprimerent et -rent se iugo. LACT. inst. 6, 22, 5 *corpori* (*cf. l. 19*). LVCIF. reg. apost. 3 p. 42, 24 idolis (Athan. 2, 28 p. 199, 2. *et al.*). AMBROSIAST. in Rom. 7, 14 p. 112^{B} morti. 7, 20 peccato. HIER. hom. Orig. in Luc. 4 p. 25, 22 ministerio. RVFIN. Orig. in num. 10, 1 p. 70, 29. *et saepe.* *elliptice*: CANON. Dionys. Exig. p. 29, 17 St. si tale quid agere temptaverit et se huiusce modi -arit (*p. 676^{A} Mansi* ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι). *de re personata*: ENNOD. dict. 1, 4 p. 424, 7 meritis, quibus se -verit oratio. in (ad) *aliquid*: RVFIN. Basil. hom. 2, 4 in discipulatum. CANON. Migne 56, 888^{B} ad accendenda ... luminaria.

c *aliquid* (*partes corporis, affectus, instituta hominum*) -are (*alicui rei [c. ger.: l. 20] vel alicui.* ad *c. ger.: l. 23*): APVL. met. 9, 14$^{extr.}$ stupro corpus. Plat. 2, 7 religiositas deum honori ... -ta. TERT. idol. 12 p. 44, 3 superstitionis ... deis ... -tae (*cf.* adv. Marc. 5, 11 p. 619, 21). VITA Cypr. 7, 14 fides divinis admonitionibus -ta (*syn.* dicata). 19, 2 deo -ta devotio. LACT. inst. 2, 17, 12 spiritibus impuris animas (4, 25, 9. 6, 23, 20 a. suam corpori [ira 24, 8. *cf.* inst. 6, 1, 7 sensum ... c.]. SYMM. epist. 9, 45 [42] animum recensendae paginae. BACHIAR. fid. 4 p. 1030^{B} passionibus. *al. sim.*: RVFIN. hist. 2, 17, 19). CLAVD. DON. Aen. 7, 805 p. 108, 8 manus femineas virili studio. RVFIN. hist. 6, 27 tempus ad audiendum eum -bant (προσανέχοντες). PS. RVFIN. in Os. 11, 8—9 p. 1019^{B} vitam suam philosophiae (*cf.* PRVD. cath. 11, 39). PAVL. NOL. epist. 45, 1 p. 380, 11 diem ... operi. AVG. c. Iul. 4, 3, 16 *al.* CASSIAN. conl. 21, 33, 2. ENNOD. dict. 8, 12 p. 449, 12 ingenium doctori. *al.* FVLG. RVSP. epist. 12, 4, 11 p. 385^{B}. CASSIOD. var. 2, 3, 3 litterarum ... studiis dedicatus ... disciplinis -vit aetatem. *et al.*

2 *de commutatione condicionis personarum alienarum aut rerum i. q.* **subdere**, *tradere, addicere, destinare, dicionis facere, in potestatem redigere, pass. i. q. quasi mancipium fieri vel esse*: **a** *aliquem (corpus, animam alicuius; c. ger. praed.: infra l. 62)*: *alicui*: TERT. apol. 21, 2 deo (24, 1. LACT. inst. 5, 3, 26 subicis et -as ... deo). VOPISC. Prob. 4, 1 cum ... manu, quam nobis Artabassis Syr[i]us -vit (*i. permisit*). AVG. in euang. Ioh. 62, 1 panis ..., per quem *Iudas* -retur diabolo (*cf.* c. Iul. 4, 3, 17 *al.*). SALV. epist. 4, 11 coniugi. *alicui rei* (*bestiis; larvis: l. 56*): CYPR. mort. 14 p. 306, 3 gehennae ignibus (PS. ORIG. tract. 18 p. 192, 8 RVFIN. Orig. princ. 1 praef. 5 *animam*. FAVST. REI. grat. 2, 12 p. 96, 6 *syn.* addicendos. *et al.*). PRISCILL. tract. 6, 111 p. 81, 11 patriarcharum numeris -ti (*i. adiuncti*). SCHOL. Stat. Ach. 1, 263 custodiis (VEG. mil. 3, 6 p. 76, 1 COD. Theod. 9, 3, 4. *et al.*). PS. AMBR. act. Seb. 20, 75 corpus eius Tiberino gurgiti (*cf.* GREG. TVR. Iul. 1 p. 564, 15 sepulturae). AMBROSIAST. in Rom. 4, 19 p. 88^{A} dei dominio. 13, 13 tenebris. 15, 20 aliis dogmatibus populum. HIER. in Ioel 2 p. 965^{A} officio. *al.* PELAG. in I Cor. 10, 20 p. 184, 10 servitio. VVLG. num. 4, 27 oneri. PS. RVFIN. in Am. 9, 2—4 p. 1098^{D} dominationi barbarae. PRVD. perist. 10, 44 vinculis. 10, 475 tartaro. AVG. nupt. et concup. 1, 20, 22 iuri *diaboli* (GREG. M. dial. 2, 16 *al.*). *al.* MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 69, 44 gehennae (ENNOD. opusc. 2, 115 p. 322, 18 [gehenna *var. l.*]). COD. Theod. 6, 29, 1 carcerum tenebris. 10, 11, 1 praemio (*an est abl.?*). 16, 5, 54, 7 exilio. *saepe.* OROS. hist. 4, 16, 9 militiae. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 33 p. 717^{D} evangelio. PETR. CHRYS. serm. 79 p. 423^{A} *syn.* addicuntur. COD. Iust. LEX Visig. *et al.* *adde*: VICT. VIT. 2, 16 presbyteros ... bestiis. INSCR. christ. Diehl 1629, 7 post -atur larvis (*Büch.*, -tura arvis *cod.*) umbrisque traditur imis. *pro subi. est res (causative)*: AMBR. Iac. 1, 3, 12 quod te ... Evae culpa -verit servituti, ... redemerit te Christus. PS. AVG. quaest. test. II nov. 19 p. 458, 12. COD. Theod. 15, 7, 4 quas *mulieres* necdum ... legis reverentia suae fidei -vit (*cf. 15, 7, 9* vindicarit). NOVELL. Theod. 15, 1, 3. FVLP. RVSP. ad Thras. 3, 30 ut peccatoris mors ... animam inferno torquendam protinus ... -ret. *c. praepp.*: MARCELL. auct. chron. II p. 107, 542, 2 Gothi ... Totilam in regnum -arunt (*i. constituerunt*). CASSIOD. in psalm. 51, 5 p. 375^{A} poena ingens est ... in perpetuis ignibus (*cf. l. 39*) -ari. GREG. TVR. Franc. 3, 15 Attalus ad publicum servitium -tus est. *aliqua re i. q. obligare, devincire, afficere* (*cf. l. 51. 52. 84*): COD. Theod. 8, 7, 14, 1 militia, qua sunt ... -ti. PAVL. Faust. Rei. epist. 4 p. 182, 3 utrum anima ... custodia aliqua -etur an carcere clausa teneatur.

b *aliquid*: *alicui* (*add. dat. fin.: l. 74*): [CIC. Cato 38 *v. vol. V 2, 445, 28*]. APVL. met. 2, 29$^{extr.}$ nuptae peremptus artibus ... torum tepente⟨m⟩ adultero -vi (*i. concessi*). TERT. coron. 6 p. 429, 9 Oe. conditionem certis usibus homini (*cf.* spect. 2 p. 2, 25). idol. 1 p. 31, 3 daemoniis ... idola (HIER. epist. 14, 5, 2). spect. 4 p. 6, 11 diabolo *spectacula*. HIER. hom. Orig. in Luc. 37 p. 217, 20 locus sacerdotibus. AVG. serm. ed. Mai 82, 1 ut sibi hominis -ret obsequium *diabolus* (MART. CAP. 4, 330 Socratis sibi ... amplitudinem). ENNOD. opusc. 10, 8 p. 421, 10 facem tibi, domine, -amus. *al.* *de re personata*: CLAVD. DON. Aen. 10, 850 p. 396, 19 totum sibi (*cf. l. 77*) orbitatis duritia -vit. *alicui rei*: FIRM. math. 4, 4, 1 vita ... maximis periculis -ta. POTAM. tract. 1 p. 1413^{A} contraria contrariis -antur. PRISCILL. tract. 6, 96 p. 72, 14 novum *testamentum* animae institutioni (institutione [*cf. l. 67*] *cod.*) -atur. SYMM. or. 2, 12 quorum salus -ta est

[Vittinghoff-R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. homo (bestia) vorax, edax: POMPON. Atell. 112 magnus -o's (*L. Mueller*, manducus *codd. contra lemma Noni*) † camillus canterius. APVL. met. 6, 31 de isto asino semper pigro quidem sed -e summo.

mandūcus, -ī *m.* [*a* mandere *ut* caducus *a* cadere; *cf.* ma(n)-suc(i)us. *J. B. H.*] VARRO ling. 7, 95 mandier ..., unde manducari et a quo in Atellanis † ad obsenum (Dossenum *O. Mueller*, obesum *L. Spengel*) vocant -um. PAVL. FEST. p. 128 -i effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas formidolosasque ire solebat magnis malis ac late dehiscens et ingentem sonitum dentibus faciens. NON. p. 17, 11 (*v. p. 271, 25*). GLOSS.[L] IV Ps. Plac. M 26 (= I Ansil. MA 586) -um (-dic- *Ansil.*) ligneam hominis figuram ingentem, quae solet circensibus malas movere quasi manducando (-andum *R*, -are *P*). *de re v. Diehl, RE XIV 1044 sqq.*

PLAVT. Rud. 535 quid si aliquo ad ludos (*sc. Oscos*) me pro -o locem? :: quapropter? :: quia pol clare crepito dentibus. [POMPON. Atell. 112 *v. l. 31.*]

deriv.: 1. 2. manduco. *Cavallin.*

mandus *v.* mantus.

mandya, -ae *f.* *gr.* μανδύας, μανδύη. ITALA I reg. 18, 4 (Legion. marg.) spoliavit se Ionatha tunicam ... et dedit illam David et -iam (μανδύαν, *Vulg.* reliqua vestimenta) suam. II reg. 20, 8 Ioab indutus erat -yam (μανδύαν, *Vulg.* tunica) indutoriam suam. *cf.* madda(s).

1. mane, *hebr.* מְנֵא. VVLG. Dan. 5, 25 sq. haec est ... scriptura, quae digesta est: -e (μάνη), thecel, phares. et haec est interpretatio sermonis: -e: numeravit deus regnum tuum *eqs.* *R.*

×2. māne (*mānī l. 70*) *indecl.* (*sed cf. p. 277, 5*) *n.* (*fem. v. p. 277, 26*) *et pro adv.* [*a* mānis; *cf.* mānus *'bonus'*. *J. B. H.*] *de originatione*: VARRO ling. 6, 4 diei principium '-e', quod tum manat dies ab oriente (*cf.* PAVL. FEST. p. 159 POMP. gramm. V 250, 9), nisi potius quod 'bonum' antiqui dicebant 'manum' (*cf.* PAVL. FEST. p. 122. 159. 160 SERV. Aen. 1, 139. 2, 268. 3, 63. MACR. Sat. 1, 3, 13 -e ... dictum est ... ab omine boni nominis. nam et Lanuvini -e pro bono dicunt. ISID. orig. 5, 30, 14). PAVL. FEST. p. 125 -e a dis manibus dixerunt (*cf.* SERV. auct. Aen. 3, 63 SCHOL. Hor. carm. 1, 4, 16 MACR. Sat. 1, 3, 13 ISID. orig. 5, 30, 14. 8, 11, 100). NON. p. 66, 8 manum dicitur clarum; unde etiam -e post tenebras noctis diei pars prima (*cf.* ISID. orig. 5, 30, 14[ex.]). *de 'e' correpta*: CLEDON. gramm. V 65, 20. *de sono litterae* m: TER. MAVR. 876. n: MART. CAP. 3, 248. *de formis -e et -i et luncturis* (*cf. Usener, Kl. Schr. I 257 sq.; Pokrowskij, KZ 35, 1899, 237 sq.; Lindsay-Nohl 455*): GRAMM. -e *pro adverbio accipiunt* (*cf.* DON. Ter. Andr. 83 CHAR. gramm. p. 243, 10 B. CLEDON. gramm. V 65, 30 POMP. gramm. V 136, 22 PS. ASPER gramm. suppl. 53, 25), *coniunctum c. praepp. improbant*: CHAR. gramm. p. 149, 16 B. (*adgnoscit iuncturam 'veterum'* a -e; *item* DIOM. gramm. I 405, 36). SERV. gramm. IV 416, 18 nec 'de -e' dicere debemus, quod plerique in usu habent (440, 8). sed quoniam legimus 'dum -e novum', id est quoniam legimus hoc ipsum '-e' iam nomen effectum (*v. p. 277, 14*) ..., videmur ei adicere posse praepositionem. quare tutius loquuntur qui et solum adverbium sine praepositione ponunt, ut '-e venit', et quando volunt addere praepositionem, genus coniungunt, ut 'de primo -e venio'. *sim.*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 512, 37 si ... vis addere praepositionem, dic 'a -i' (POMP. gramm. V 255, 31). *testantur formam* -i

[*Bömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in iunctura a -i (*cf. p. 279, 31*), *unde -e declinari ut nomen statuunt* SERV. gramm. IV 428, 26 adverbium si transeat in significationem nominis, nonnumquam declinatur ...; unde est illud apud Plautum (*v. p. 279, 32*) 'a primo -i usque ad vesperum'. utique ... -e nomen est, hoc -e, huius -is, huic -i, hoc -e, ab hoc -i (Aen. 5, 19. *cf.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 512, 37 [*p. 276, 83*]. POMP. gramm. V 136, 24. 255, 32). *aliter formam -i explicant* DON. Ter. Phorm. 36 (*v. s. v.* heri [here]). CHAR. gramm. p. 264, 19 B. Sisenna: quaecumque nomina e littera ablativo singulari terminantur, i littera finita adverbia fiunt, ut -i. *codd. Plautin. ubique* a -e *trad., at* Amph. 253 a -i *exhibent libri Noni* (*cf. etiam l. 4*); LVCIL. 1228 a -i *trad. Lact. cod. V* (amant *H*; a -e *rell.*). *propter addita epitheta nomen factum explicant*: SERV. Aen. 5, 19 adverbium *transit* in nomen, ut 'dum -e novum' (*v. p. 280, 8*) accepta declinatione factum est nomen. *sim.* 4, 341 gramm. IV 416, 19. 428, 22 SCHOL. Pers. 3, 1 POMP. gramm. V 136, 3. 256, 1 PRISC. gramm. II 552, 8. *cf.* III 68, 6. 148, 20. *forma -e (vel -i) locativum expressum esse verisimile est, quem adverbii partes ita assumpsisse statuas, ut ei et praepos. et attrib. (casu abl.) accedere possent* (*similiter atque in elocutionibus* 'cum luci' *et* 'primo luci'), *quae iuncturae sermonis cottidiani magis propriae sunt; apud posteriores (imprimis in sermone vulgari) -e non solum casu abl., sed etiam tamquam nom. et acc. (v. p. 280, 8. 33) occurrit; scriptores optimi voc. non nisi adverbialiter adhibuerunt. nos, ne materia nimis divelleretur, iuncturas c. praep. et locos, quibus epitheta accedunt, s. II attulimus. in infima Latinitate adhibetur subst. fem.* (*secundum locutiones* 'luce prima', 'die facta' *sim.*) *v. p. 279, 76 sqq. 279, 82. 280, 1.* NOT. Tir. 46, 8.

de comparatione: VARRO ling. 9, 73 cur dicamus -e, ⟨non⟩ -ius, -issime (*cf.* 8, 76) ..., sed 'magis -e surgere' tamen dicitur (*v. p. 61, 62*) qui primo -e surgit quam qui non primo. SERV. gramm. IV 439, 18 EXPLAN. in Don. gramm. IV 512, 32 CLEDON. gramm. IV 65, 20. 68, 18 POMP. gramm. V 249, 36. 250, 13. *apud scriptores comparativus nusquam invenitur; superlativi vis exprimitur adv.* (bene *v. vol. II 2126, 76*; valde *l. 61*; plane *p. 278, 7*) *vel adi.* (*cf. p. 279, 69 sqq.*) *vel geminatione* (*v. l. 84. p. 278, 26*). tam -e: TER. Haut. 67 (*v. p. 278, 30*). 519 (*v. l. 58*). CIC. rep. 1, 14 (*v. l. 60*). SVLP. SEV. dial. 3, 1, 5 HIST. Apoll. rec. A 18 p. 34, 5. *de significatione* (*cf. p. 276, 59 sqq.*): SERV. Aen. 2, 268 sunt ... secundum Varronem ... *partes* diei -e ortus meridies occasus. SVET. frg. p. 151, 1 partes abusive diei tres sunt, -e meridies et suprema. CENS. 24, 3 ante lucem ... diluculum; secundum diluculum vocatur -e, cum lux videtur sole ⟨orto⟩ (*cf.* MACR. Sat. 1, 3, 13 SYNON. Cic. Char. gramm. p. 434, 9 B.). POMP. gramm. V 250, 4 -e dicitur matutinum tempus. *cf.* GREG. M. moral. 16, 72. *in interpret. alleg. v. p. 278, 27. 34. 52. 69. 279, 39. 73. 81. 280, 17. 28. 39.* GLOSS.[L] II Philox. MA 67 -e πρωί, ἕωθεν. GLOSS. πρωί -e matutinum. sub -e ἀπὸ πρωί. *legitur inde a* PLAVTO, TER.; *non habent* SALL., TIB. LVCAN., SIL., QVINT. [*val.* mîine, *it. vet.* mane, *francog. vet.* main. *M.-L.*] [*dub. vel corr.*: AFRAN. com. 210 CIRIS 350 CALP. ecl. 5, 34 PLIN. nat. 21, 73. *coni.*: PLAVT. Rud. 295 (*Leo*).]

I *pro adv. i. q. matutino tempore*: **A** *nude positum*: **1** *in universum*: *negotia (fori) agere*: PLAVT. Persa 114 -e quod tu occeperis negotium agere, id totum procedit diem. CIC. epist. 11, 6, 3 in senatum veni -e. HOR. epist. 1, 6, 20 navus -e forum et vespertinus pete tectum. 1, 6, 58. 1, 7, 64. MART. 12, 29 (26), 1 sexagena teras cum limina -e senator. SVET. Iul. 13 PRVD. perist. 3, 64. *proficisci, venire sim.*: PLAVT. Poen. 650 -e ut ad portum processimus. CAECIL. com. 258 TER. Haut. 519 sed te miror, ... tam -e. POMPON. Atell. 133 ad Veneris profectust -e vetulus. CIC. rep. 1, 14 quid tu ... tam -e, Tubero? Att. 10, 13, 1. 10, 16, 1 *al.* CATVLL. 80, 3 MART. 11, 7, 3 FRONTIN. strat. 2, 1, 1. VVLG. Marc. 16, 2 valde -e (λίαν πρωί) ... veniunt. Ioh. 20, 1. CONC.[S] I 4 p. 54, 42 (ὑπὸ τὴν ἕω). *expergisci, surgere, lavare sim.*: LVCIL. 143 e somno pueros cum -e expergitus clamo. VARRO Men. 259 Manius -e ⟨se?⟩ suscitat. CATVLL. 39, 18 -e dentem ... defricare. OV. am. 1, 13, 25 surgere -e (1, 13, 38. 3, 7, 53 CELS. 1, 2, 2. 1, 10, 2 SEN. nat. 5, 11, 1 PETRON. 85, 6 STAT. Theb. 7, 670 CE 1552 B 16. *cf.* EPICED. Drusi 346. RVFIN. hist. 5, 28, 12 consurgens. VITAE patr. 5, 6, 21 p. 892[C] exsurgens -e abiit in agrum). 1, 14, 19. ars 3, 198 oraque suscepta -e laventur aqua. CELS. 3, 23, 6 ubi -e experrectus est. *al.* *cibum, medicamenta, pabulum sumere sim.*: CATO agr. 122 id -e ieiunus sumito (123. 157, 6. 8. 12 PLIN. nat. 20, 24 PS. APVL. herb. 93 l. 27). VARRO rust. 2, 2, 16 -e antequam matres in pabulum exeant (2, 4, 6 VERG. georg. 4, 185 COLVM. 7, 3, 19. 7, 9, 9 NEMES. ecl. 2, 71). PERS. 5, 188 PLIN. nat. 20, 23. 27, 105 *al.* SVET. Vitell. 7, 3. SER. SAMM. 157 quod mansum -e vorabis (*ibid.* matutina saliva). 328 *al.* *adde de aliis praeceptis medicorum -e exsequendis*: CELS. 1, 4, 1 perfricare *caput*. 4, 31, 3. 6, 5, 2 (*del. Marx*). *al.* COLVM. 6, 16, 2. SCRIB. LARG. 139 globuli efficiunt -e deici (*cf.* MARCELL. med. 30, 8). 154. 155. *v. etiam p. 278, 42.* *sacra facere sim.*: VARRO ling. 6, 31 intercisi sunt dies per quos -e et vesperi est nefas. OV. fast. 1, 50 *dies*, qui iam fastus erit, -e nefastus erat. 3, 12 sacra lavaturas -e petebat aquas. 4, 816. 6, 684. FEST. p. 347 SVET. Galba 19, 1. ITALA lev. 6, 12 (Aug. quaest. hept. 3, 13 p. 244, 19) exuret super illud sacerdos -e -e *eqs.* CYPR. epist. 63, 16 p. 714, 20 VVLG. exod. 30, 7. psalm. 58, 17 et exultabo -e misericordiam tuam. 87, 14 *al.* *salutare*: VARRO rust. 2, 5, 1 Varronem nostrum ... -e salutavi. CIC. Catil. 1, 10 quos tu ad me salutatum -e miseras. 3, 7 Brut. 87 epist. 9, 20, 3 VERG. georg. 2, 462 HOR. epist. 1, 7, 68. 75. 2, 1, 104. 2, 3, 230 MANIL. 5, 66 SEN. epist. 101, 3 STAT. silv. 4, 9, 48 MART. 1, 108, 5. 10. 2, 18, 3. 4, 26, 1. 6, 88, 1. 8, 44, 5 *al.* PLIN. epist. 1, 5, 8 -e videas Plinium domi, sed plane -e. SVET. Galba 4, 4 Otho 6, 2 *al.* *nota*: LAMPR. Heliog. 28, 6 ut sero de somno surgeret et salutari inciperet, -e autem dormire inceptaret. *epistolam dare*: CIC. Att. 4, 9, 2 haec scripsi. 13, 2 b (3, 1) ad Q. fr. 2, 1, 1 AVR. Fronto p. 57, 12 N. *bibere*: HOR. epist. 1, 19, 5 vina fere dulces oluerunt -e Camenae. MART. 12, 10, 2. COMM. instr. 1, 19, 8 -e ebrio, crudo. PRVD. cath. 2, 29. *v. etiam p. 279. 22.* *de ortu solis*: PROP. 3, 10, 1 OV. met. 2, 63. 7, 703. 15, 193 CARM. poet. min. V 118, 54 VVLG. exod. 9, 16. *varia*: PLAVT. Epid. 314. Most. 822 -e castigabit eos. Truc. 645 TER. Andr. 83. VARRO ling. 9, 60 qui -e natus ..., ut is Manius esset (PAVL. FEST. p. 149 LIB. de praen. 5). rust. 1, 46, 1 CIC. Att. 14, 1, 1 epist. 9, 2, 1. 16, 24, 1 miseram. BELL. Afr. 66, 1. OV. am. 1, 11, 7 -e tabellas perfer. 2, 10, 28 forti corpore -e fui. fast. 3, 671 *al.* LIV. 45, 34, 4 SEN. contr. 10 praef. 10 CELS. 1, 3, 22. 23 vomuit. PERS. 2, 15 Tiberino in gurgite mergis -e caput. MART. 3, 93, 10 quantum noctuae vident -e. *al.* FRONTIN. strat. 2, 2, 7. IVV. 6, 601 heres ... numquam tibi -e videndus. ITALA num. 9, 21 (Lugd.) cum ... ascenderit nubs -e ([τὸ πρωί, *Vulg.* statim diluculo]. *cf.* psalm. 118, 48 [Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 22]). exod. 16, 21 (Aug. loc. hept. 2, 86 p. 557, 4) collegerunt illud -e -e (πρωὶ πρωί, VVLG. -e). HIER. epist. 22, 4, 3. VVLG. psalm. 5, 5 (*allegorice*: EVCHER. form. 2 p. 13, 2). eccles. 10, 16 (*interpretantur* HIER. in Is. 5, 11 sq. p. 82[B] AVG. civ. 17, 20 p. 250, 19 D. *cf. etiam* RVFIN. Orig. in gen. 10, 3 p. 97, 12 B.). *et al.* *opp. alia tempora diei* (*saepe apud scriptores artium*): TER. Haut. 67 tam -e ... tam vesperi (VARRO rust. 2, 4, 15. 2, 5, 17. 2, 7, 8. 3, 9, 10 CELS. 6, 5, 3 COLVM. 9, 8, 4 PLIN. nat. 30, 50. ITALA psalm. 64, 9 [Aug. in psalm. 64, 13 p. 782[ex.] *Vulg.* matutini et v.]. HYMN. Ambr. 1, 11, 5. VVLG. gen. 49, 27. exod. 16, 12 [*allegorice interpret.*: HIL. myst. 1, 39 p. 27, 28 sqq. RVFIN. Orig. in exod. 7, 8 p. 215, 4]. 29, 39. I reg. 17, 16 procedebat -e [ὀρθρίζων] et v. I par. 16, 40. *et al. cf. etiam l. 37. 50*). VARRO rust. 3, 7, 9 *opp.* meridie vesperi (*cf.* PLIN. nat. 1, 21, 21 VVLG. psalm. 54, 18). CIC. Cato 49 *opp.* noctu (*cf.* CELS. 5, 25, 9 nocte [MART. 12, 65, 3 FILASTR. 21, 5 VVLG. Is. 28, 19 Os. 7, 6 *al.*]. SCRIB. LARG. 271 in n. VVLG. I reg. 29, 10 de n. *sim.*: MART. 11, 17, 2 *opp.* nocturna ... pagina). VERG. georg. 1, 480 *opp.* surgentibus astris. CELS. 5, 25, 16 -e et cenato dari (*cf.* PERS. 1, 134 SVET. Vitell. 13 CYPR. epist. 63, 16. MISC. Tir. 51, 4 [*cf. Moore, ALL 10, 1898, 262*]). SEN. epist. 7, 4 *opp.* meridie (*cf.* MART. 4, 61, 12 SVET. gramm. 4 VEG. mil. 1, 11. 2, 18. 23. 3, 8). COLVM. 8, 4, 3 -e ... et ante crepusculum ([*syn.*: die incipiente ... in vesperum declinante]. 11, 2, 55 PLIN. nat. 11, 219). MART. 8, 67, 9 *opp.* quinta *hora* (*cf.* PLIN. epist. 3, 1, 4). CAPITOL. Gord. 6, 5 vel -e vel sero (FILASTR. 154, 1 MISC. Tir. 54, 22 MARCELL. med. 16, 19. 32, 49. ORIBAS. eup. 2, 1, 2 -e sero). CHALC. comm. 109 p. 176, 17 *opp.* vesperascente. QVEROL. p. 40, 10 -e ut domini fierent, servi ut vespera. VVLG. Marc. 13, 35 sero an media nocte an galli cantu an -e (*allegorice*: ORIG. in Matth. 18, 56 p. 1690[A]). *cf. etiam l. 61 sqq. 78.*

2 *de tempore matutino diei sequentis*: PLAVT. Epid. 273 sicut cras hic aderit, hodie non venit ...; mihi alius dixit qui illinc venit -e hic adfore. TER. Eun. 340 advocatus -e mihi esse ut meminerit (*cf.* CIC. Att. 4, 12). CIC. S. Rosc. 64 T. Caelium inventum esse -e iugulatum (*cf.* Tusc. 1, 113 LIV. 42, 28, 12 VELL. 2, 4, 5 MART. 6, 53, 2 APVL. met. 1, 14). div. 1, 57 ut -e ad portam adesset. 2, 129 quae *visa* illi exterriti somno ad coniectorem -e deferant (2, 144). Tusc. 5, 121 quoniam -e est eundum. Att. 13, 40, 2. CAES. Gall. 7, 18, 2 media nocte silentio profectus ad hostium castra -e pervenit (*cf.* civ. 3, 41, 5 BELL. Alex. 57, 2 OV. am. 1, 6, 69 COLVM. 6, 2, 4 SVET. Dom. 1, 2. 16, 1 AMM. 19, 5, 5 SVLP. SEV. dial. 3, 8, 7. *cf. l. 72. 84*). OV. ars 3, 72 sparsa nec invenies limina -e rosa. LIV. 7, 5, 3 -e in urbem ... pergit. 45, 36, 2. SEN. epist. 58, 22 nemo nostrum est idem -e qui fuit pridie. PETRON. 86, 6 CALP. ecl. 5, 35. MART. 5, 65, 8 dat maiora novus proelia -e dies. 10, 48, 21. APVL. met. 2, 22 si qui non integrum corpus -e restituerit. 3, 3. ITALA gen. 32, 22 (Lugd.) surgens ... -e ([*Vulg.* mature]. VVLG. gen. 21, 14 [*allegorice*: RVFIN. Orig. in gen. 8, 4 p. 80, 4. *cf.* GREG. M. moral. 8, 57]. 26, 31 num. 22, 21. Ios. 7, 16 [ὤρθρισεν]. *et passim. cf.* VVLG. gen. 19, 27 consurgens -e [exod. 9, 13 *al.* RVFIN. hist. 5, 28, 12 [*opp.* per totam noctem]). Mal. 4, 5 (Priscill. tract. 6, 109 p. 80, 12) priusquam dies domini -e veniat (*cf. Schepps ad l.*). AMM. 23, 3, 6. VVLG. num. 16, 5 -e notum faciet dominus. Ios. 7, 14. Esth. 5, 14 dice -e (ὄρθρον) regi. Marc. 15, 1 -e consilium facientes. *al.* AVG. civ. 22, 8 p. 569, 13 D. ut -e dignarentur esse praesentes suo funeri potius quam dolori (*opp.* vespere). p. 569, 31. *nota fere i. q.* cras (*cf. K. Brugmann, SBLeipz. 69, 1917, 20 sqq.*): VVLG. exod. 32, 6 surgentesque -e (τῇ ἐπαύριον. *Itala Lugd.* crastina die). I reg. 19, 2 (αὔριον πρωί). GREG. TVR. Franc. 9, 6 p. 362, 4 donec -e procedemus ad occursum earum (*cf. Bonnet, ALL 7, 1892, 568*). ORIBAS. syn. 1, 17 (*rec. Aa*) p. 818 melius est, si ante pridie replis vim ... et sic -e calefacis. 1, 18 p. 823 maneant *ellebori* radices intra rafanos nocte tota; -e (*rec. La*: alia

[*Bömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

die) vero excutiuntur (*cf. Svennung, Wortstud. Oribas. 96*). *v. etiam l. 30. 75. p. 280, 5. 22.*

B *coniungitur c. aliis adv. temp.*: PLAVT. Men. 1157 -e sane septimi. Poen. 807 cras -e (TER. Phorm. 531 CIC. Att. 13, 30, 2. 14, 11, 2 HOR. sat. 1, 6, 120 FRONTO p. 80, 9 N.). CATO agr. 108, 2 postridie -e (CIC. Verr. II 1, 68 *al.* Mil. 49. Phil. 9, 9 -e p. [Att. 14, 10, 3. 15, 1a, 1 epist. 7, 30, 1 Ps. LACT. mort. pers. 17, 6 p. 191, 13]. Att. 4, 10, 2 *al.* AMM. 26, 2, 1). 156, 4 postea -e. 156, 6 cottidie -e (CELS. 5, 20, 6 COLVM. 8, 11, 9 PLIN. nat. 31, 101. *et al.*). VARRO rust. 3, 9, 14 diebus XV primis -e. CIC. Verr. II 2, 97 -e kalendis Decembribus (*cf.* de orat. 3, 2 -e id. Sept. Att. 5, 5, 1. 6, 13a, 6. 7, 19 *al.* epist. 1, 1, 3. 6, 14, 2 *al.* ad Brut. 2, 4, 1. 2, 7, 3 epist. frg. IV 16 COLVM. 11, 2, 4. 24 *al.* PLIN. nat. 18, 248. 289 *al.* SVET. Aug. 26, 3). 5, 33 ludis circensibus -e (*cf.* rep. 1, 14 Latinis ipsis -e. Att. 5, 20, 1 LIV. 2, 36, 1. PEREGR. Aeth. 29, 3 -e sabbato. 30, 1 die ... dominica -e [AVG. civ. 22, 8 p. 580, 4 D.]). Catil. 3, 21 hodierno die -e (Att. 13, 9, 1 hodie -e). Att. 8, 14, 1 eo ... die -e (11, 12, 1. HOR. sat. 2, 3, 291 illo -e die. VAL. MAX. 8, 11, 2. CELS. 1, 2, 4 quo die -e. PLIN. epist. 8, 21, 3). epist. 16, 17, 2 perendie -e. BRVT. Cic. epist. 11, 13, 2 postero die -e (CAES. civ. 2, 27, 3. 3, 37, 1 BELL. Afr. 90, 1 LIV. 3, 46, 10. 31, 39, 2). CAES. Gall. 4, 13, 4 postridie eius diei -e (5, 10, 1). BELL. Hisp. 20, 2 eodem tempore -e. HOR. carm. 4, 5, 39 integro sicci -e die. MART. 7, 54, 1 semper -e (VVLG. II par. 31, 3 Ezech. 46, 13). TREB. trig. tyr. 10, 7 alia die -e (PEREGR. Aeth. 16, 7. 27, 7 CHIRON 293). Ps. LACT. mort. pers. 46, 9 p. 227, 3 pridie -e. *nota*: VVLG. psalm. 45, 6 -e diluculo (Is. 28, 19 [πρωὶ πρωί]. *cf. p. 280, 26*).

II *pro subst.* (*add. gen.*: *l. 41. 57. 76. p. 280, 29*): A *in elocut. adverb.*: 1 *c. praep.* (*in infima Latinitate vis praepositionis prorsus evanescit ita ut e. g.* a -e *vel* de -e *significet i. q.* -e *vel* cras [*v. p. 278, 78*]. *cf. Bonnet, ALL 7, 1892, 568; Salonius, Vitae patr. 218; Linderbauer, Bened. reg. 333*): a (de) -e (-i) ... (usque) ad (in): PLAVT. Amph. 253 a -i (*v. p. 277, 11*) ad vesperum ([Mil. 503. Most. 767 a -i B^1, a -e *cett.* SVET. Cal. 18, 3]. Most. 534 a -i [*Ritschl*, a -e *codd.*] ad noctem [LVCIL. 1228 *v. p. 277, 12*]). BELL. Afr. 61, 1 a -e usque ad horam X (PORPH. Hor. epist. 2, 2, 185 u. ad vesperum [VVLG. exod. 18, 13 Sirach 18, 26 *al.*]). VAL. MAX. 2, 7, 9 a -e in noctem. HIER. tract. in psalm. I p. 231, 3 de -e usque ad vesperam (VVLG. exod. 18, 14 II reg. 24, 15 III reg. 18, 26. Iob 4, 20 [*allegorice*: GREG. M. moral. 5, 71]. Is. 38, 12. AVG. conf. 11, 23, 30 de -e in -e). a (de) -e: CIC. epist. 9, 26, 3 cenam te quaerere a -e (BELL. Afr. 42, 2 a -e diei. COLVM. 1, 11, 14 a primo -e [PORPH. Hor. epod. 13, 3]. POMPON. dig. 33, 1, 2 SCHOL. Iuv. 4, 108. AVG. gen. c. Manich. 1, 14, 20 a -e incipiunt et ad vesperam desinunt. VITAE patr. 5, 6, 21 p. 892^C. 5, 8, 15 p. 908^B. 5, 10, 30 CASSIOD. in psalm. 49, 3 BENED. reg. 48). VVLG. Is. 26, 9 de -e vigilabo ad te (Ier. 35, 14 [*v. vol. V 1, 475, 50*]. AVG. gen. ad litt. 2, 1 p. 32, 11 de vespere et de -e. MARCELL. med. 26, 36). sub (in, circa, ante) -e: COLVM. 7, 12, 3 sub obscuro (*an subobscuro?*) -e vel etiam crepusculo (*cf. p. 277, 45*). PROSP. in psalm. 100, 8 in illo -e. VITAE patr. 5, 4, 2 p. 865^A circa -e (*cf.* GLOSS.^{L} V Aa C 995). GLOSS.^{L} II Abav. DI 49 diluculo ante -e. *v. etiam vol. III 585, 58* (cata -e; *cf. Wackernagel, Synt. II 121; Wölfflin, Ausgew. Schr. 132*), *ubi addas* VVLG. exod. 16, 21 (*cf. Ott, Jb. f. klass. Philol. 109, 857*). (usque) ad (in) -e: HOR. sat. 1, 3, 18 noctes vigilabat ad ipsum -e (*cf.* PORPH. *ad l.*). ITALA exod. 12, 10 (Cypr. testim. 2, 15 p. 81, 8) in -e ([ἕως πρωί, VVLG. usque -e]. 34, 2. 25 [VVLG. -e]. lev. 7, 15 [Lugd.] *al.* VVLG. exod. 16, 19. lev. 22, 30 in -e alterius diei. Is. 33, 2 I Macc. 3, 58. CHALC. comm. 70 *sidera* in aliud -e mergentur [*ibid.* conduntur in aliam vesperam]). *ibid.* usque in -e (29, 34 [Lugd.] lev. 19, 13 [Cypr. testim. 3, 81 VVLG. usque -e]. iud. 19, 25 [Lugd.] inludebant eam tota nocte usque in -e et demiserunt eam ante lucem. *al.* PORPH. Hor. carm. 3, 21, 21 usque in crastinum -e. PEREGR. Aeth. 27, 7. 8 *al.* VVLG. exod. 16, 23 ACT. Petr. 22). PEREGR. Aeth. 27, 4 usque ad -e (27, 5. 30, 1 *al.* VVLG. lev. 24, 3 Is. 38, 13. AVG. quaest. hept. 3, 13 p. 245, 9 usque ad alterum -e [serm. 221 p. 1090$^{in.}$]). VVLG. gen. 32, 24 usque -e (exod. 12, 22. 23, 18. 27, 21. 29, 34 lev. 6, 9. 7, 15 Ruth 3, 13 I reg. 3, 15 *saepe.* I Macc. 12, 29 *al.* VITAE patr. 5, 17, 7 p. 974^B *bis.* BENED. reg. 22). AVG. conf. 13, 34, 49 sine -e et vespera.

2 *pro abl.*: CIC. Att. 5, 4, 1 multo -e. VARRO ling. 9, 73 primo -e (*cf. p. 277, 30*) surgit (BELL. Afr. 62, 5. COLVM. 12, 1, 3 [*opp.* crepusculo]. MART. 3, 36, 3 TERT. nat. 2, 10, 7 p. 113, 24 ACT. Arv. [Dessau 9522] I 28 [*a. 240*]. EPIT. Alex. 17 IVST. 1, 10, 4. VVLG. iud. 9, 33 primo -e oriente sole. IV reg. 3, 22. Iob 24, 14 [*allegorice*: GREG. M. moral. 16, 72]. SIDON. epist. 4, 8, 1. *et al.*). NEPOTIAN. 8, 2 eo -e. COLVM. 9, 15, 11 postero -e (PLIN. nat. 21, 173). ITALA Matth. 20, 1 (cod. f) prima (VVLG. primo) -e (Marc. 16, 2 [cod. k] p. sabbati -e [VVLG. *v. p. 277, 61*]. AVG. serm. ed. Mai 93, 2. Ps. APVL. herb. app. 121 p. 296 l. 5 [primo *B*]. GREG. TVR. Franc. 10, 23 [primo A^1D^5]. Thom. p. 126, 17 [primo *W*]. *cf. Bonnet, ALL 7, 1892, 568*). SER. SAMM. 677 -e novo (PRVD. cath. 3, 86 PAVL. NOL. carm. 27, 731. 33, 82 SIDON. carm. 12, 15 epist. 5, 17, 10. *allegorice*: PRVD. cath. 2, 15). CARM. poet. min. V 65, 1 quadam (quondam *P*) -e rubente. IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 12 -e iam luciscente. AVSON. 361, 2. 392, 5. 409, 50. DARES 21 -e facto (VVLG. gen. 29, 4. 41, 8 exod. 10, 13 iud. 16, 2. 19, 8 *al.* Matth. 27, 1 Ioh. 21, 4. MIRAC. Steph. 2, 2, 4 p. 846$^{in.}$ -e facta. GREG. TVR. Mart. 1, 6 Thom. p. 109, 1 GREG. M. dial. 3, 37 p. 309^C. 4, 26 p. 360^C. 4, 32 p. 372^C EVGIPP. Sev. 30, 4 PASS. Tarach. 10 ACT. Petr. Andr. 4. *cf. Salonius l. c. 209*). VVLG. gen. 44, 3 orto -e. OROS. apol. 5, 10, 9 alio (die *add.* R^2Dv; *sed cf. Svennung, Oros. 121*) -e. SIDON. epist. 2, 9, 3 -e cottidiano.

3 *pro acc. temp.*: MART. 1, 49, 36 sed -e totum dormies.

B *pro subi.*: VERG. georg. 3, 325 dum -e novum (*cf.* COLVM. 7, 3, 23 NEMES. cyn. 324 SIDON. carm. 23, 448 *al. v. etiam p. 276, 78*). PROP. 2, 29, 23 -e erat (OV. epist. 12, 62. 14, 79 met. 11, 710 fast. 1, 547. 6, 199 CELS. 3, 5, 4. ITALA iud. 9, 33 [AVG. quaest. hept. 7, 46 p. 478, 10 sqq.] et erit -e simul ut oritur sol [VVLG. *v. p. 279, 72*]. VVLG. gen. 19, 15 Ioh. 18, 28). SEN. epist. 122, 9. PERS. 3, 1 clarum -e fenestras intrat (AVSON. 151, 1). APVL. met. 11, 24 -e factum est (ITALA deut. 28, 67 quando fiat -e? [VVLG. quis mihi det -e?]. PEREGR. Aeth. 43, 2. VVLG. gen. 1, 5 factumque est vespere et -e, dies unus [*cf.* COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 231. *allegorice*: AVG. civ. 11, 7 p. 470, 4 D. gen. c. Manich. 1, 14, 20 '-e' propter inchoationem futuri operis. gen. ad litt. imperf. 15, 51 p. 495, 13]. 1, 8. 13. 19 *al.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 150, 16. VITAE patr. 3, 5 p. 742^A cum autem factum fuisset -e hora prima [πρωίας δὲ γενομένης]. *al.* PASS. Theclae A 30 p. 82, 1 cum -e factum fuisset [*B*: postera ... die. *Cad*: ut lux orta est]). IREN. 1, 18, 1 quod vocatur -e. AVSON. 361, 17. PEREGR. Aeth. 29, 3 ubi ... coeperit se -e facere. HIER. in Is. 21, 11 sq. in Ioel 2 p. 963^B -e et diluculum subito tenebras fugat (*cf.* AVG. quaest. hept. 7, 46 p. 478, 21 ut ... -e ipsum d. intellegatur. *v. et p. 279, 26*). VVLG. I reg. 14, 13 usquedum illucescat -e ([ἡμέρα]. 20, 35. *v. etiam p. 279, 83. allegorice*: AVG. civ. 11, 29 p. 503, 31 D. HESYCH. in lev. 24, 3 p. 1101^C futuri saeculi. GREG. M. moral. 30, 14). Is. 21, 12. 58, 8 tunc erumpet quasi -e lumen tuum (*cf. Itala Cypr. domin. orat. 33 p. 291, 18* temporaneum lumen tuum). Os. 11, 1 Ioel 2, 2 AVG. civ. 11, 6 p. 469, 11 D. in psalm. 64, 13 p. 782$^{ex.}$ CASSIOD. in psalm. 21 praef.

C *pro obi.*: MART. 7, 39, 1 discursus varios vagumque -e *perferre*. VVLG. deut. 28, 67 *v. l. 15*. AVG. civ. 11, 7 p. 469, 20 sqq. D. quo ... motu ... *lux* -e fecerit (*cf.* gen. ad litt. 6, 3 p. 172, 19. PETR. CHRYS. serm. 82 p. 431^B). EVSTATH. Bas. hex. 2, 8 p. 888^C. SIDON. epist. 1, 2, 4 reliquum -e ... cura sibi deputat. *adde*: VVLG. Am. 5, 8 convertentem in -e tenebras (*cf.* Ps. RVFIN. in Am. 5, 8 p. 1076). *alleg.*: GREG. M. moral. praef. 13 p. 524^C aeternum nobis -e nuntians.

deriv.: manico. *cf. Onom. s. v.* Manius. *Bömer.*

manēns, -entis *v. p. 292, 60.*

manentia, -ae *f.* a manere. *i. q. status vel actio manendi, durandi, perseveratio sim.*: AVG. epist. 11, 3 p. 27, 5 primum illud *principium substantiarum* ... causam ipsam naturae ostentat ..., alterum speciem ..., tertium -am quandam, ut ita dicam, in qua sunt omnia (*cf. Theiler, Porphyr. u. Augustin 1933 p. 34*). Ps. AVG. sent. 7 p. 728$^{in.}$ cum ... *omnia* gubernentur providentia ..., ut ordinatae mutabilitati et per hoc in mutantis quandam -am cedat natura sensibilis atque ita in suo genere teneatur.

✱**maneo**, mānsī, mānsum (mānsūrus), -ēre. [*cf. c. gr.* μένω, μίμνω (*perf.* μεμένη-κα) '*maneo*', *sanscr.* man- '*cunctari, haesitare*', *av.* fra-man- '*perdurare*', *arm.* mnam '*maneo, exspecto*', *tochar.* mask '*esse*'. *J. B. H.*] *scrib.* masuri: CIL X 2533, 6 (= CE 815) (*cf. etiam s. v.* mansus). *de prosodia*: *de mensuratione pyrrichica formae imp.* -e *v. Neue-Wagener^3 III 300 et cf. Stolz-Schmalz^5 15 sq.* a *longum in formis* mans- *testatur* PRISC. gramm. II 466, 8. *cf. Heraeus, ALL 14, 1906, 415 sq.* *de formis*: *perf.*: PRISC. gramm. II 373, 1 in verbis ... cum omnia in 'neo' desinentia secundae coniugationis in 'nui' faciant praeteritum perfectum ..., differentiae causa '-o -si' facit, ne 'manui' dativus 'manus' putetur. *cf.* II 491, 19. *part. praes.*: -entum CASSIOD. var. 4, 30, 2. *part. fut.*: *l. 53. p. 292, 83 sqq. et al.* *supin.* (*cf. etiam s.* mansus): CIL VI 21158, 3 (*v. p. 283, 20*). *pass. intrans. imperson.*: TERT. Haut. 200 (*cf. Sommer, Handb. 607*). RHET. Her. 4, 45, 58 CIC. Att. 8, 3, 7. 11, 15, 3 CAES. Gall. 5, 31, 5 SCHOL. Iuv. 3, 166, 1^d AVG. civ. 10, 29 p. 448, 5 D. *transit.*: PRISC. gramm. III 484, 7 '-or -sus sum'. *coni. IV(?)*: ITALA Ioh. 1, 38 (cod. b) -is. NOT. Tir. 30, 38 -et. 30, 44 -sit. *de notionibus* (*cf. p. 281, 14. 282, 2. 3. 288, 72*): NON. p. 349, 19 -ere est loco insistere. 349, 25 -ere, imminere, deberi. 349, 28 expectare (GLOSS. V 537, 3). 349, 32 inhaeret, infixum est (GLOSS.^{L} III Abol. MA 15). GLOSS.^{L} III Abol. MA 29 -ent permanent. V Abba MA 39 -e persevera. GLOSS. μένω. *gr. ubi nihil adnotatur, respondet* μένω, *alia v. p. 281, 17. 282, 81. 82. 84. 283, 9. 13. 15. 56. 61. 289, 3. 290, 46. 65. 291, 75.* *legitur inde a* LIV. ANDR. [*val.* mînea, *it.* manere, *francog.* manoir, *port. vet.* mare. *M.-L.*] [*loci corr. vel manci*: ACC. trag. 306 NOVIVS Atell. 92 MANIL. 1, 214. 4, 369 quaerenda -ent (*Scaliger*, -et *F*, mala quid *sim. cett.*, *cf. Housman ad l.*). FEST. p. 153 CARM. de bell. Aeg. 57 SEN. contr. 1 praef. 9 FRG. Vat. 37, 2 TERT. nat. 2, 13 p. 123, 5 CIL IV 2945. 5000 manesis (*litt.* a *inc.*). XII 594, 7 INSCR. christ. Diehl 1691, 5 (*cf. Weyman, Beitr. 198*). *loc. interpol.*: SEN. Ag. 481 (*v. Richter, symb. p. 16*). *falso trad.*: *pro* permanere: CIC. Catil. 2, 10. *pro* movere: OV. epist. 15, 372 LVCAN. 7, 211. *pro* manare *saepe, e. g.*: COLVM. 6, 9, 2 LVCAN. 6, 776. *pro* madere: PLIN. nat. 34, 131 CYPR. GALL. exod. 737. *dub. interpr.*: VAL. FL. 2, 440 (*cf. Langen*
[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad l.). ENNOD. opusc. 5, 12 p. 396, 21 (*cf. Dubois, Lat. d'Ennod. 279 sq.*). *ex coni.*: VARRO ling. 6, 49 CIC. Rab. perd. 33. LVCR. 3, 58 (manare *codd.*). LIV. 37, 10, 11 MANIL. 3, 604 SEN. Med. 19 dial. 1, 4, 9 TRAIAN. Plin. epist. 10, 115 TERT. pudic. 16 p. 254, 23. CIL VIII 24513, 6 (= INSCR. christ. Diehl 2476) [i]stantaria (*sc. mors*) -bit (*corr. Heraeus pro* manguet).]

I ***intransitive*** (*cf.* GRAMM. suppl. 50, 23): **A** ***de diuturnitate commorationis i. q. locum tenere, eodem loco commorari, versari pergere***: **1** *-ent animantia* (*di, numina: l. 65. p. 282, 17. 18. 283, 33 al.; bestiae: l. 53. p. 282, 6. 72. 283, 54; res personatae: p. 282, 29. 34. 283, 52*): **a** *generatim*: *α c. adv.* (*cf.* circum-, intermaneo): LIV. ANDR. carm. frg. 18 ibi -ens sedeto (PLAVT. Asin. 126 *v. l. 28.* Epid. 69 TER. Eun. 216. 512 [DON. *ad l.* '-rem' modo non dormirem (*cf. p. 282, 59*), sed remanerem significat]. NEP. Att. 11, 1 perpetuo. LIV. 25, 22, 12 *opp.* exissent. 38, 41, 8 frumentum accipientes. *al.* FEST. p. 269. ITALA act. 12, 19 [Lucif. Athan. 2, 14] i. -sit [διέτριβεν, *Vulg.* commoratus est]. *et al.*). PLAVT. Bacch. 1052 -e istic (Pseud. 1159. TER. Eun. 909 ut Chremem intro ducas. POMPON. Atell. 33). 1140 ilico ambae -ete (*v. vol. VII 1, 330, 44 sqq. 55*). Asin. 597 quo nunc abis? quin tu hic -es? (Most. 582 quid si h. -bo ad meridiem? TER. Hec. 222. Eun. 534 apud [*v. infra l. 29*] nos ..., dum *eqs.* Ad. 279 CIC. Att. 9, 13, 4. 11, 15, 3 diutius. 16, 8, 2 *opp.* fugiam. ad Q. fr. 3, 1, 21 *opp.* proficisceтur. LIV. 5, 55, 1 optime [SEN. epist. 21, 10 bene]. ITALA Marc. 14, 34 [cod. k. *Vulg.* sustinete]. *et al.*). SALL. Iug. 57, 6 procul. OV. rem. 222 prope (*cf.* HIL. in psalm. 65, 9 p. 254, 11 de prope). FEST. p. 329 ubicumque -ent. TERT. pudic. 7 p. 233, 24 homo de ecclesia expellitur nec illic -et. ROMVL. fab. Aesop. 61, 1 foris. *et al.* *β c. praep.*: PLAVT. Asin. 126 ibi -bo apud argentarium (CIC. Phil. 1, 8 a. eundem *Valerium* ventum exspectans -rem. de orat. 2, 367. Att. 4, 19, 2 a. me cum tuis -as [*cf. p. 282, 60*]. ad Q. fr. 2, 5, 4 LIV. 21, 12, 4. 24, 6, 4. SEN. epist. 99, 4; TAC. hist. 5, 10, 2 apud exercitum [*cf. l. 34*]. *et al.*). Capt. 49 ut in servitute ... ad suom -at patrem (CAES. Gall. 5, 53, 3 totam hiemem ... ad exercitum [LIV. 3, 29, 3. 29, 20, 8]. SEN. Herc. O. 1939 ad quas *umbras* semper -surus eris. *cf.* LIV. 5, 39, 6 *hostes* -suros ... ad Aliam fuisse [9, 22, 2. 25, 41, 10. 30, 27, 6 ad urbem]. 32, 3, 7 ad signa). Pseud. 1116 in taberna ..., si venerit Syrus, ... -si (TER. Eun. 579 *v. l. 45.* LVCIL. 182 in eo numero -si, quo in *eqs.* [VLP. dig. 29, 1, 4. *cf. etiam* PAP. Iand. 68 II 28 in ... corpore *chiristarum. et sim. al.*]. VARRO rust. 2, 10, 6 qui in fundo perpetuo -ent. RHET. Her. 4, 42, 54 expolitio est, cum in eodem loco -emus [*sc. disputationis. cf.* 4, 45, 58. *aliter* CAES. civ. 2, 41, 6 SALL. Iug. 101, 4 OV. trist. 5, 8, 16. *et al.*]. CIC. Verr. II 2, 67 in provincia [Att. 7, 3, 1 epist. 10, 31, 6. *et al.*]. Caecin. 98 in civitate [Balb. 31 leg. 3, 26. *et al.*]. Att. 5, 1, 3 in Arcano [*cf. p. 282, 60*]. *et saepe*). TER. Eun. 579 in interiore parte ut -am (*cf.* DON. *ad l.*) solus cum sola (CIC. leg. 1, 38. LIV. 36, 14, 11 secum. ITALA I Ioh. 2, 19 [Optat. 1, 15 p. 18, 10] nobiscum. VVLG. Luc. 24, 29 SACR. Greg. 108, 6]. AVG. civ. 6, 9 p. 264, 14 D. *femina* c. viro. *et al.*). OV. trist. 3, 4, 26 intra fortunam debet quisque -ere suam ([*tropice; sim.* NOVELL. Valent. 21, 2 pr. i. hos modestiae terminos]. LIV. 23, 35, 12 i. muros [QVINT. decl. 246 p. 8, 16]. 40, 50, 3 i. vallum [SEN. epist. 51, 12. TAC. ann. 1, 67, 1 *opp.* erumpendum]. COLVM. 6, 3, 1 boves calore sub divo, frigoribus i. tectum -ere. QVINT. decl. 248 p. 16, 4 TAC. hist. 1, 32, 2 VEG. mil. 3, 11 p. 94, 13 *militibus* i. civitatem -entibus [*opp.* egrediantur portas]. *et al. cf. et p. 283, 23*). LIV. 3, 45, 7 non -bit extra domum patris sponsa ([VLP. dig. 21, 1, 17 pr. fugitivus est, qui e. domini d. ... -sit]. 5, 52, 14 flamini Diali noctem unam -ere e. urbem nefas [45, 22, 2]). LVCAN. 3, 704 sub aequore (TAC. ann. 13, 32 s. eodem tecto. *v. etiam l. 53*). CALP. ecl. 3, 33 penes Alcippen.

γ c. locativo vel abl.: PLAVT. Merc. 686 ruri. TER. Haut. 540 huic (*cf. p. 288, 63*) -isset unicus gnatus domi (*cf. p. 291, 17 et v. vol. V 1, 1958, 84 sqq.*). CIC. Sest. 127 redire ... Carthaginem ... quam ... Romae -ere ([LIV. 2, 33, 4 ad *foedus* feriendum (*cf.* 3, 4, 10). AVG. civ. 3, 15 p. 119, 3 D. *deos* ideo -isse R., quo possent *eqs. et al.*]. Att. 3, 8, 2 Thessalonicae. 16, 10, 2 Arpini [*opp.* propius accedam an veniam Romam]. LIV. 8, 20, 9 Priverni. 22, 54, 5). LIV. 33, 28, 11 Thebis. CAES. civ. 3, 74, 2 -endum eo loco (NEP. Eun. 5, 4 OV. ars 3, 423. *et al. cf.* PAVL. dig. 47, 2, 4 quo [*sc. loco*] destinaverit eo die -ere cum furto). PROP. 2, 33, 12 -isti, *Io*, stabulis abdita ... tuis. OV. rem. 262 patria ... -ere domo. VAL. FL. 5, 240 -at regnis ne virgo paternis. STAT. Theb. 9, 271 ille -et fundo, rediit pro corpore sanguis (8, 387 profundo). 10, 224 castris.

δ loco non indicato (*saepe subauditur notio remorandi, remanendi [cf. p. 282, 2], interdum notio locum tenendi, sustinendi [e. g. p. 282, 13. 15. 24. 25. 32. 35]*): ① *usu sollemni*: PLAVT. Aul. 730 abeam (*cf.* Curc. 589 Pseud. 239. *saepe*) an -am ... an fugiam (SALL. Iug. 38, 5 OV. ars 1, 24. *et al.*). Cas. 231 mitte me :: -e :: non -o. 737 -e atque asta (Men. 696. PACVV. trag. 202 age adsta: -e, audi). Cist. 704 redeo intro :: mulier, -e (TER. Eun. 502 CIC. Att. 16, 11, 4. *et al.*). Men. 696 heus tu, ... -e, redi *eqs.* Merc. 885 eo ego, ut ... :: immo -e (928 OV. epist. 7, 174 LIV. 8, 38, 8. *et al.*). Most. 885 -e tu atque adsiste ilico. Persa 272 -e, etsi properas. Truc. 115 -edum *eqs.* (TER. Hec. 844. *cf. p. 282, 43*). *al.* TER. Andr. 363. 739. 760 -e: cave ... ex istoc excessis loco. Haut. 200 utut erat, -sum oportuit. Phorm. 489 *seq.* abis. Eun. 581 (*cf.* DON. -ent pro 'remanent': ἀφαίρεσις). 622 (*cf.* DON. -sit pro remoratus est, i. e. accubuit nec recessit). 764 transcurro ad forum ... :: -e. 894 -o :: vin ... domi opperiamur ...? (TIRO Gell. 6, 3, 42). PACVV. trag. 326 AFRAN. com. 95 POMPON. Atell. 21. VARRO rust. 3, 16, 21 *apes* hieme difficulter consuescunt [quod *del. Keil*] translatae -ere. CIC. Verr. II 4, 104. Sull. 52 Catilinae dies exeundi, ... ceteris -endi condicio (Mil. 45). Att. 7, 12, 2 si -et ... sin discedit (NEP. Them. 4, 2 OV. met. 3, 435). 9, 10, 7 si remanent, -endum puto. 13, 9, 1. 13, 40, (1) 2 advolone an -o? 14, 13, 4 *opp.* proficiscor (POLLIO Cic. epist. 10, 31, 6 CAES. Gall. 5, 31, 2. *et al.*). epist. 6, 6, 6 -ente me, quoad potui (CAEL. Cic. epist. 8, 11, 3). CAES. Gall. 5, 31, 5 SALL. Iug. 57, 3 infensi intentique ... -ent (*i. non fugiunt*). VERG. Aen. 2, 650 fixus ... -bat (*sed cf.* CLAVD. DON. *ad l.*). 10, 770 *huic* Aeneas ... obvius ire parat. -et inperterritus ille ([NON. p. 349, 19 -ere est loco insistere]. HIL. in psalm. 54, 18 p. 160, 12). HOR. carm. 3, 29, 53 laudo -entem (*sc. Fortunam; cf. p. 292, 66*). OV. am. 1, 13, 3 quo properas, Aurora? -e (ars 1, 701). epist. 3, 154 sive paras inpellere remige classem, sive -es. rem. 168 sic venit ..., sic ... -et (met. 3, 435). met. 5, 199. 11, 676 -e! quo te rapis! LIV. 1, 27, 5 nec -ere (*an pertinet ad p. 288, 60?*) nec transire aperte ausus. 5, 33, 1 expulso cive, quo -ente *eqs.* 22, 60, 26 cum erumpere ⟨e⟩ castris oportet, cunctamini ac -etis *eqs.* 25, 30, 11 *pertinacia* ad -endum. 26, 14, 4 *opp.* digressi sunt (TAC. hist. 4, 17, 1). 31, 38, 3 nec ... -suros ita perculsos hostes fuisse. 34, 11, 3. 44, 27, 6 neque -ere ... neque progredi (CVRT. 9, 10, 13). 44, 39, 7 neque -surum eum ... fuisse certum habeo, si cedere hinc statuisset (SEN. Herc. O. 1977 PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 21. *et al.*) STAT. Theb. 2, 593. silv. 4, 3, 124 -ete Campi atque Amnis (*sc. ad audiendum*). MART. 8, 32, 3. 10, 44, 9 reddare tuis ... -sure Sabinis. QVINT. decl. 254 p. 38, 15 ius -endi. TAC. ann. 1, 40, 4 *opp.* trahebantur. IVST. 2, 11, 11 caverent, ne fortius -isse quam dimicasse videantur. *et al.* *nota c. abl. limit.*: CIC. rep. 2, 7 -ent corpore, animo ... exulant. OV. trist. 5, 14, 30 rara ... virtus ..., quae -at stabili ... pede. *in similitudine i. q. sustinere, resistere*: COMM. instr. 2, 21, 10 errant dicentes: 'sanguine nostro vincimus iniquum', qui -ente⟨s⟩ (*Domb., SB Wien 107, 1884, 784 interpretans: 'viventes?' [cf. p. 288, 30]; aliter Martin, Comm. 65*) vincere nolunt. ⑪ ***in formulis sermonis cotidiani*** (*cf. Hofmann, Umgangsspr. 38 sq.*) ***moram iubentium i. q. quiescere, non moveri*** (*laxiore sensu fere i. q. opperiri, tacere sim.*): PLAVT. Amph. 696 -e, dum edormiscat ([Asin. 935 Truc. 843]. Asin. 327 usque d. peris [Bacch. 737 Mil. 1404]. *et al.*). 765 -e -e, obsecro te. Asin. 585 -edum :: Philaenium estne ... quae ... exit ...? (877 Bacch. 794 Cas. 384 PLIN. epist. 8, 6, 13. *cf. p. 281, 84*). 880 -e, aucupemus *eqs.* (Curc. 160 suffundam. CAECIL. com. 90 coepiam). Aul. 655. Cas. 379 accipe hanc sis :: cedo. -e, unum venit in mentem. Curc. 253 -e sis dum *eqs.* (Most. 848. *cf. et p. 280, 79*). Men. 177 feri. vel -e etiam. 534. Pseud. 1183 redde argentum :: -e. Rud. 1155. Stich. 94 -e, pulvinum (*cf. Hofmann l. c.*). Trin. 1136 quid ego cesso hos conloqui? sed -am *eqs.* TER. Haut. 613. Eun. 788 quam mox inruimus? :: -e (*citat* NON. p. 349, 28 *explicans*: -ere exspectare). Ad. 820 -e scio. *et al.* PACVV. trag. 281 -e, expedibo. IVVENT. com. 1 sile, cela occulta tege tace mussa -e. CATVLL. 10, 27. TRAG. inc. 79 -e -e, porro ut audias (*affert* ROMAN. Char. gramm. I p. 315, 22 B. *explicans*: cupiditatis adfectus est). AVG. c. acad. 2, 12, 17 p. 42, 19 Licentius: -e, ait, quaeso.

b *speciatim* (*passim indicatur locus commorandi. nota c. in c. acc. p. 283, 47; c. abl. p. 283, 47. 49*): *α i. q. subsidere, consistere, quiescere, dormire* (*cf. p. 281, 14*), *pernoctare* (*etiam nonnulla s. a allata ut p. 281, 30. 45. 56 huc pertinere possunt. de usu cf. W. Schulze, Graeca Latina p. 22 sq. Löfstedt, Peregr. Aeth. p. 76*): CIC. Tull. 55 qui ad villam venerunt an qui in villa -erunt? (Phil. 1, 8 div. 1, 59). div. 1, 26 conclave ..., ubi *Deiotarus* erat -surus. Att. 5, 2, 1 apud Pontium (10, 13, 2. SEN. benef. 3, 16, 3 a. alium -sit [*ad notionem coeundi accedit*]). 5, 16, 3. 7, 21, 1 Capua discessi et -si Calibus. 8, 11ᵈ, 2. 15, 1ᵇ, 1. 16, 11, 6 iter ... faciens in Samnium venit Cales, -sit Teani. BELL. Afr. 89, 4 extra oppidum (LIV. 23, 6, 7). HOR. sat. 1, 5, 7 foro Appi viatores ... -ere vitant. 1, 5, 37 in Mamurrarum lassi ... urbe. 1, 5, 87. carm. 1, 1, 25 -et sub Iove frigido venator. LIV. 3, 69, 8 ad decimum lapidem. 32, 12, 9 ea nocte in ... castris (38, 27, 7. 44, 38, 7 *seq.* exituri. *al.*). 38, 15, 2. SEN. contr. 1, 1, 11 in publico (QVINT. decl. 337 p. 328, 26). COLVM. 8, 11, 17 curandum, ne *pulli* humi -ant. nam qui sic cubitant *eqs.* PETRON. 22, 2 quidam in ipso limine coniunctis -bant capitibus. FRONTIN. strat. 2, 12, 4 multi ignes ... speciem -entis ibi multitudinis servabant. SVET. Iul. 39, 4 ut plerique advenae ... inter vias tabernaculis positis -rent. Aug. 72, 1 eodem cubiculo hieme et aestate -sit. 78, 2 Cal. 55, 2. Claud. 18, 1 in diribitorio duabus noctibus. FRONTO p. 80, 19 N. quomodo -eris, domine, scire cupio. ITALA lev. 14, 47 (Lugd.) in domo (15, 4 cubile supra quodcumque -erit ... qui *eqs.* 15, 20. 24. I Macc. 16, 4 [codd. X B] -sit populus in Modiin [*ubique LXX* κοιμᾶσθαι, *Vulg.* dormire]). cant. 1, 6 (Ambr. hex. 4, 5, 22) ubi -es in meridie (κοιτάζεις, *Vulg.* cubes). Luc. 19, 7 (cod. s) quia ad virum peccatorem introiit -ere (καταλῦσαι, *Vulg.* divertisset). CAPITOL. Aur. 7, 2 nec praeter duas

[*Tietze*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

noctes per tot annos ab eo -sit diversis vicibus. AVSON. 430, 1 per naves ... -bat (*Hom. Il. 10, 2 εὗδον*) turba ducum. PEREGR. Aeth. 3, 1. 5, 2. 6, 1. AMM. 23, 3, 8 in statione quadam sub pellibus. VEG. mil. 3, 10 p. 92, 9 -surum exercitum. VVLG. gen. 19, 2 in platea -bimus. II reg. 11, 11 servi ... super faciem terrae -ent. Tob. 6, 1 Iob 31, 32. AVG. civ. 22, 8 p. 578, 16 D. cum ... in sua possessione -isset, surgens *eqs.* SVLP. SEV. dial. 2, 12, 6. COD. Theod. 7, 8, 7 quisquis praedium ... -endi causa ... intraverit. 7, 10, 1. CONC.[8] II 3, 1 p. 77, 6 -erunt ... apud episcopum et prandiderunt (*II 1, 1 p. 99, 19 κατήχθησαν πρός*). CIL XIII 2031 (= CE 1924), 6 hospes ubi -as prospice. *nota de concubitu i. q. coire c. aliquo (cf. p. 282, 64)*: COLL. Mos. 5, 1, 1 qui -erit cum masculo mansione muliebri (*Vulg. lev. 20, 13* dormierit ... coitu femineo [*κοιμηθῇ ... κοίτην γυναικός*]). ITALA lev. 15, 24 (Lugd.) si ... cubili -erit cum ea *muliere* vir (15, 18 [*utrobique LXX κοιμᾶσθαι, Vulg.* coire]). PORPH. Hor. sat. 1, 5, 84 *syn.* concumbere. CYPR. epist. 4, 1 p. 473, 3 (*sed cf. Wölfflin, ALL 8, 1893, 18*). 4, 4 p. 475, 21. NON. p. 423, 12 menetrices a -endo, quod copiam sui ... noctu facerent. DON. Ter. Andr. 430 *v. vol. V 1, 2030, 5.*

β i. q. habitare: (I) *in universum*: CIL VI 21158, 3 (*a. 12 a.*) hoc (*de domo aeterna*) -sum veni. PAVL. FEST. p. 17 Amptermini qui circa terminos provinciae -ent. LEX arae urb. (CIL VI 30837b) 14 ne cui liceat intra hos terminos aedificium exstruere, -ere *eqs.* MART. 8, 14, 6 in qua *cella* nec Boreas ipse -ere velit. PAVL. dig. 33, 7, 18, 12 qui in fundum -endi causa recipere se consueverunt. MIN. FEL. 32, 1 latius. ITALA Ioh. 1, 38 (cod. b) ubi -is (*Vulg.* habitas)? COMM. inst. 1, 33, 6 sub regia tecta -entes (SCHOL. Iuv. 3, 200 s. tecto. HIER. epist. 52, 5, 4). VITA Cypr. 12. ARNOB. nat. 6, 3 Apollo hic habitat, in hac (*sc. domo*) -et Hercules (SORT. Sangall. 46, 11. 47, 12. *et al.*). LAMPR. Heliog. 30, 4 cum alter *amicus* -ret in Capitolio, alter in Palatio. SPART. Sept. Sev. 7, 2. PS. ORIG. tract. 2 p. 15, 14 tabernaculum ... ubi Abraham ... -bat. PEREGR. Aeth. 11, 2. 12, 2. SERV. auct. Aen. 4, 490 manes quod ad inferos -ent. 8, 315 homines ... qui ... in speluncis -bant (*sim.* MART. CAP. 6, 674 in specubus). SCHOL. Iuv. 3, 166 care -etur pensione (*sed cf. Kübler, ALL 8, 1893, 196*). 8, 160. 9, 63 in conducto. PS. AMBR. serm. 25, 5 qui ... longe ab ecclesia -ent *eqs.* HIER. epist. 22, 21, 9 si anguste -eris. 22, 35, 2 -ent separati, sed iunctis cellulis (*cf.* PALLAD. hist. mon. I 1 p. 253[A] separatim. *nota*: I 2 p. 257[C] ut alii ... liceret -ere [*μόνον μένειν*] si cuperet, alius cum uno fratre ... habitaret). 22, 26, 4. 77, 8, 4 in alieno. VVLG. act. 28, 16 permissum est Paulo -ere sibimet cum custodiente se milite (*cf.* VITA Caes. Arel. 6 p. 486, 3 secum. *v. Salonius, Vitae patr. 267*). RVFIN. hist. mon. 11 p. 430[B] qui trans flumen -ret. AVG. civ. 16, 21 p. 158, 24 D. serm. coll. Morin 1930 p. 446, 2 sedet ... dictum est -et, habitat. in psalm. 38, 21 p. 430[in.] gratis. COD. Theod. 7, 1, 12 in mansionibus solitis. NOVELL. Valent. 13, 9 advocatis ... intra Africam -entibus. *saepe.* VEN. FORT. carm. 5, 5, 18 urbe. ACT. Petr. 15 in stabulum. CIL VI 9526, 2 in Sebura ⟨m⟩aiore ad Nimphas. 33899, 6 in regione nona. CE 990 inculto -at lividus hospitio. *part. praes. pro subst. i. q. incola, habitator*: CASSIOD. var. 4, 30, 2 -entum ... diligentia (*syn.* incolarum). GREG. Tur. vit. patr. 1, 1 p. 664, 16 ad villas -entium sunt regressi. *in comparatione de rebus*: PS. ARNOB. confl. 1, 4 p. 244[A] corporea membra oculorum, narium ... quasi in suis cubiculis -entia. *de bestiis*: COLVM. 8, 3, 3 quo tutius aves -ant (*seq.* quo commodius habitent). ITALA Matth. 13, 32 (cod. e) ut [h]aves caeli -ant in ramis (*κατασκηνοῦν, Vulg.* habitent). VVLG. Iob 39, 18 *syn.* commoratur. ARNOB. in psalm. 103 p. 476[D] fulica in aqua -et. (II) *translate et in imagine de communicatione dei cum hominibus vel hominis in deo (in script. sacra et apud* ECCL. *cf. et p. 290, 62)*: ITALA Ioh. 14, 23 (Lucif. Athan. 2, 26) pater meus diliget illum et ad illum veniemus et apud eum -bimus (*μονὴν ποιησόμεθα, Vulg.* mansionem faciemus). VVLG. Ioh. 6, 56 qui manducat carnem meam ..., in me -et et ego in illo. I Ioh. 2, 6 qui dicit se in ipso (*sc. Christo*) -ere *eqs.* 3, 9 semen ipsius (*sc. dei*) in eo -et. 4, 15 deus in eo -et et ipse in deo (HIER. epist. 65, 5, 4). TERT. adv. Prax. 30 p. 287, 21 spiritu (*cf.* MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 50 p. 1079[A]) ... -ente in carne (FILASTR. 108, 7 angelos in c. AVG. pecc. mer. 2, 4 p. 74, 10 malum. *aliter p. 289, 71*). CYPR. patient. 19 p. 410, 22 in quo (*sc. homine*) habitat et -et Christus (epist. 62, 2 p. 699, 13. HIL. trin. 4, 40 p. 126[A] eum qui -at in praesente *homine* demonstrat habitantem ab eo in quo habitet discernens. in psalm. 122, 3 p. 582, 8. *cf. et* AVG. serm. ed. Mai 132, 2 [*de Christo*] cum veneris in me -ere, invenias ... habitaculum *eqs.*). *et saepe.*

2 *-ent res (cf. exempla p. 284, 41 allata, ubi tamen magis indicatur statum rerum eodem loco perstantium non mutari)*: **a** *c. adv.*: TER. Phorm. 926 dos hic -at (CARM. Varro rust. 1, 2, 27 salus). CELS. 7, 26, 2[L] uti *uncus* intus magis -at (7, 26, 3[A]. 7, 26, 5). SEN. dial. 6, 21, 5 terminus -bit ... ubi positus est. **b** *c. praep.*: VARRO rust. 1, 38, 2 cavet dominus, stercus ut in fundo -at (1, 59, 3 in oporotheca mala. RHET. Her. 3, 22, 35 insignes et novae res diutius -ent in animo [SEN. Med. 555 verba]. CIC. Verr. II 2, 160 basim *statuae* ... in foro. leg. 3, 4 genus imperii in iis *eqs.* [*sim.* LIV. 2, 42, 8. 2, 43, 11]. LVCR. 3, 793 animi vis ... in eodem homine atque in eodem vase -ere [5, 137]. 4, 388 *navis* -et in statione [*i. loco; cf.* MANIL. 3, 76 GERM. frg. 4, 60. *aliter p. 287, 69*]. PAVL. FEST. p. 131 CELS. 7, 18, 4 QVINT. decl. 338 p. 333, 27 [*v. vol. VI 684, 11*]. *et saepe*). CIC. div. in Caec. 8 iudicia -ere apud ordinem senatorium (LIV. 7, 19, 6 consulatus ... a. patricios [*sim. cf. l. 7*]. GAIVS dig. 7, 1, 6 pr. VLP. dig. 10, 2, 4, 3 tabulas testamenti ... a. eum, qui ex maiore parte heres est. APVL. apol. 91 dos ... a. filios. *et al.*). OV. fast. 1, 531 penes Augustos patriae tutela -bit (IVLIAN. dig. 12, 1, 20 pecunia ... p. accipientem). MANIL. 2, 240 inter utrumque *signum* -et Capricornus (SEN. epist. 71, 16 animus ... i. divina -surus). VITR. 8, 3, 9 quae ... pars ... extra aquam -erit. SEN. dial. 5, 18, 1 utinam ista saevitia intra peregrina exempla -isset nec in Romanos mores ... transisset (nat. 4, 1, 2 -ente i. mensuram suam Nilo [*cf.* HIL. trin. 7, 28 p. 224[A] elementa ... i. invicem -ent]. epist. 95, 33). LVCAN. 6, 349 sub undis ... Pharsalos. VVLG. num. 9, 19 si evenisset, ut *nubes* multo tempore -ret super illud *tabernaculum* (19, 13 spurcitia s. eum. Ioh. 1, 32. 3, 36 AVG. in psalm. 70 serm. 1, 19 p. 889[in.]). **c** *c. locativo vel abl.*: CIC. Sest. 60 virtus ... pulsa loco -et (LVCR. 3, 459 *mens* l. quae fixa -et certo. VERG. Aen. 3, 447 *folia* -ent immota [*cf. p. 287, 27*] locis. CELS. 7, 19, 4. ITALA Is. 46, 7 [Cypr. testim. 3, 59 p. 162, 17] *syn.* non movebuntur. *et saepe*). PIS. 61 nummus ... mihi (*cf. p. 286, 44*) ... domi -et *eqs.* Tim. 36 sidera suis sedibus inhaerent et perpetuo -ent (FAV. EVL. p. 12, 22 terra ... nona immota semper sede -et [*Cic. rep. 6, 18* una s. haeret]). *nota in similitudine*: LVCIL. 189 si ... corpus loco validum ac regione -ret (*sc. tamquam miles*). *singulariter c. acc. pro abl.*: HIPPOCR. aer. 7 p. 11, 18 *aquae* locum -entes (*sic m², manantes cett.; στάσιμα*). **d** *loco non indicato (c. abl. causae l. 31 sq.)*: LVCR. 6, 718 aquilones ... undas ... cogunt ... -ere. OV. met. 9, 41. LIV. 21, 58, 7 nec, quod statutum esset, -bat omnia perscindente vento. CELS. 3, 19, 5[D]. SEN. nat. 1, 2, 7 *aer* (*opp.* rapitur et currit). 4, 2, 18. 6, 6, 3 *opp.* moveretur. epist. 72, 3 *philosophia* (*seq.* recurrit. discessit). PLIN. epist. 6, 31, 16 *saxa* ipso pondere -ent (CARM. de pond. 4 terra. POMER. 3, 10, 2 p. 488[C] frumentis sua gravitate -entibus). HIL. in psalm. 68, 29 p. 337, 26 mare ... nunc hausto spiritu nunc refuso animetur et -at (*sc. suo loco, i. quiescat*). AVSON. 368, 1. AVIEN. Arat. 88 *opp.* fertur, convolvitur. 1307 *opp.* labitur. *et al.*

B *de diuturnitate status i. q. durare, in condicione, statu per aliquod tempus perseverare; non raro diuturnitas magis ita respicitur, ut significetur aliquid (aliquem) post longum tempus adhuc extare, superesse (cf. e. g. p. 285, 52. 56. 57. 81. 286, 31)*:

manubiae, -ārum *f.* [*a* manus *incerta formatione. J. B. H.*] *de originatione* (*cf. l. 53. p. 336, 8*): Isid. orig. 18, 2, 8 -ae eo quod manibus detrahuntur. *de formatione* (*cf. l. 53*): Vel. gramm. VII 67, 5. *de scriptura*: Vel. gramm. VII 50, 3 -ubiae an -ibiae . . . ? 67, 3 varie etiam scriptitatum est . . . -ae, siquidem C. Caesar per i scripsit ut apparet ex titulis ipsius, at Augustus [i] per u, ut testes sunt eius inscriptiones (*sed cf. infra l. 58*). Char. gramm. p. 124, 11 -ibias per duo i dicendum, quia sunt a manibus ut putat Verrius (frg. 8 F.) ⟨dictae⟩. sed et -ubiae per u dici possunt, a m⟨anu⟩ id est virtute contractae. *in titulis scribitur* -ub-: CIL I[2] 635 (*a. 135 a.*). XI 1831 (= I[2] p. 195; *in elogio C. Mari*), 16. -ib-: CIL VI 1316 (*a. 43 a.*; *eodem anno* X 6087). 1301 (= 31592; *a. 36 a.*). R. Gest. div. Aug. c. 15 (*bis*). 21.[2] Cassiod. gramm. VII 181, 5 scribetur . . . exuviae, -uviae (Martyr. gramm. VII 181, 4 *P*). *in titulis* -uv- *nusquam invenitur ac ne in codd. quidem nisi in recc. (e. g.* Vopisc. Aurelian. 10, 2 *P*[1]), *sed cf. originationem a* vis (*p. 336, 8*) *et iuxta posita* exuviae (*l. 79. p. 336, 1*), induviae (*p. 336, 3*). *de formis*: *inter* feminina semper pluralia *affert* Char.[r] gramm. p. 36, 5 (*cf.* Diom. gramm. I 328, 2 Phoc. gramm. V 428, 8 Gloss. II 434, 14); *sing.* -a (*notione sub II allata*) *extat apud* Fest. p. 214 Sen. nat. 2, 41, 2. *nom. plur.* -es (*cf.* induvies): Fvlg. serm. ant. 60 -es dicuntur ornamenta regum unde Petronius Arbiter (frg. 12) ait: 'tot regum -es penes fugitivum repertae' (-ae *utrubique edd. vett.*; -es *a Fulgentio novatum putat Buech.*). *neutr. sg.* -um, *pl.* -a: Gloss. *de abl. plur.* (*cf. Stolz-Leumann*[5] *280*): -bies: CIL I[2] 635 (*v. l. 55*). -bieis: CIL VI 31592 (*v. l. 57*). -biis: CIL XI 1831, 16 (*v. l. 56*). R. Gest. div. Aug. c. 15. 21. -bIs: CIL X 6087 (*v. l. 57*). *de significatione*: Gell. 13, 25 (24), 3 quispiam . . . 'ex -is', inquit, 'significat „ex praeda"; -ae enim dicuntur praeda quae manu capta est'. *at* 13, 25 (24), 26 (*e contradictione Favorini*) praeda dicitur corpora ipsa rerum quae capta sunt, -ae vero pecunia a quaestore ex venditione redacta (Non. p. 432, 25). 13, 25 (24), 32 qui proprie . . . locuti sunt, . . . -as pecuniam dixerunt (*v. totum capit.*). Non. p. 138, 13 -as [manus] exuvias. Char. gramm. p. 36, 5 -ae ⌞τὰ ἐκ ζώντων σκῦλα⌟ (⌞ ⌟ *add. cod. deperd.*; *cf.* Gloss.[L] II Philox. ma 79). p. 459, 67 -ae λάφυρον. Ps. Ascon. Verr. p. 255, 19 spolia quaesita de vivo hoste nobili (*cf.* Schol. Cic. Gron. D p. 318, 6) per deditionem -as veteres dicebant et erat imperatorum haec praeda, ex qua, quod vellent, facerent (*cf.* p. 254, 29). Synon. Cic. p. 415, 19 spolia. -ae. exuviae. praedae opimae. Gloss.[L] IV Plac. m 6 -ae dicuntur spolia hostium, quae a rege aut a duce eiusdem manibus deportantur, ut exuviae et induviae dicuntur. III Abstr. ma 22 sq. spolia quae manu detrahitur id est vestes mortuorum, res de praeda manu collecta⟨e⟩ vel praeda de hostibus facta. IV dub. Plac. m 5 -is aut praeda est quam victor exercitus de hoste reportat, aut spolia populorum, quam nihilo minus victor exercitus tollit; nam hoc significat -is quasi manes vi (manus vim *Deuerl.*) passis. Corp. m 30 -um waelreaf (*anglosax.*). 74 hostium spolia. *de re cf. Lammert, RE XIV 1361 sq.* *legitur inde a* Naevio (*postea apud poetas non occurrit*) *et* Catone. Not. Tir. 67, 75. 76. [*loco manco*: Naev. trag. 10 -as suppetat pro me. *dub.*: Tac. ann. 11, 23, 4 -as *pro* manibus (*cf. l. 46. 74*) *coni. Heinse, Nipperdey.*]

I *de praeda*: **A** *strictiore sensu pertinet ad praedam bello comparatam*: **1** *i. q.* *pecunia, quae ex praeda vendita in usum imperatorum rediit*: **a** *proprie*: Cato or. frg. 2 numquam ego praedam neque quod de hostibus captum esset neque -as inter pauculos amicos meos divisi. Cic. leg. agr. 1, 12 quod ad quemque pervenerit ex praeda, ex -is (2, 59). 1, 13 cui -as remittit (2, 62). 2, 59. 60 -as referre. 2, 61 si est aequum praedam ac -as suas imperatores non . . . in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros . . . reportare. 2, 62. Arch. 27 Martis -as Musis consecrare. dom. 113 monumentum tuarum -arum (*cf.* epist. 1, 9, 15). Liv. 1, 55, 7 Pomptinae -ae. Val. Max. 4, 3, 13 -as ad patriam redundare. *nota iuncturam* de (ex) -is *aliquid in usum publicum vel sacrum comparare*: de -is: CIL I[2] 635 (*v. p. 335, 56*) muru(m) locavit. XI 1831, 16 (*v. p. 335, 56*) aedem . . . fecit (X 6087 [*v. p. 335, 57*]. Liv. 10, 46, 14. *cf.* Cic. dom. 102 porticum. rep. 2, 31 fecit . . . et saepsit . . . comitium. Liv. 33, 27, 4 fornices. 36, 36, 2 *ludos*). VI 1316 *subaudiendo verbo et obi.* (*cf.* 1301 *et v. l. 45*). Liv. 23, 11, 3 Pythio Apollini . . . de . . . praeda -is spoliisque honorem habetote. Svet. Iul. 26, 2 forum . . . incohavit. Tib. 20 dedicavit . . . aedem. frg. 102 p. 130, 15 *atrium* instruxerat. Flor. epit. 1, 7, 7 templum erexit. Vir. ill. 2, 6 Anienem . . . in urbem induxit (*cf. l. 38*). Avg. civ. 3, 15 p. 118, 8 D. Capitolium fabricantem. ex -is: Cic. Verr. II 3, 186 quibus ex hostium spoliis, . . . qua ex praeda aut -is haec abs te donatio constituta est? nat. deor. 3, 83 *amiculo* Iovem ornarat . . . Gelo (Val. Max. 1, 1 ext. 3. *cf.* Nep. Cim. 2, 5 arx Athenarum . . . est ornata). Liv. 43, 4, 6 aquam . . . duceret (Frontin. aq. 6 a. perducendam . . . locavit. Vir. ill. 33, 9). R. Gest. div. Aug. c. 15 HS quadringenos ex bellorum -is (ἐκ λαφύρων) . . . dedi (*ibid. iterum*). 21 dona consacravi (Val. Max. 8, 14, 2). *ibid.* templum feci. Vitr. 1, 1, 6 porticum . . . pro tropaeo constituerunt. Vell. 2, 40, 3 maiorem omni ante se inlata pecunia in aerarium . . . intulit (2, 56, 2). Plin. nat. 7, 97 *delubrum* dicabat. 7, 115 *bibliotheca* publicata. Gell. 13, 25 (24), 1 subscriptumque est *simulacris*: 'ex -is' (manibus *var. l.*; *cf. l. 13. 74*). **b** *metonymice de rebus pecunia praedaticia comparatis*: Cic. Verr. II 1, 154 dubitamus, quid iste in hostium praeda molitus sit, qui -as (*ad B 1*) sibi tantas ex L. Metelli -is fecerit . . . ? (*cf.* Ps. Ascon. Verr. p. 254, 29 ex aede Castoris quam de -is L. Metellus exstruxit). Tac. ann. 2, 53, 2 sacratas ab Augusto -as castraque Antonii . . . adiit.

2 *i. q.* *pars praedae, spolia, exuviae*: Cic. leg. agr. 2, 53 vendet -as imperatoris (frg. 4). de orat. 3, 10 *rostra* censor imperatoriis -is ornarat (*cf. l. 37. 73*). Liv. 29, 8, 9 -as rettulit. Vitr. 5, 5, 8 *echea* de -is ad aedem Lunae dedicavit. 10, 16, 8 e -is id populo dedit munus. Plin. nat. 34, 93 L. Luculli imperatoris de -is. Ps. Frontin. strat. 4, 3, 15. Flor. epit. 2, 18, 6 contenti armorum -is. Min. Fel. 25, 5 templa omnia de -is (*cf.* Tert. apol. 25, 15 tot -ae quot manent . . . simulacra captivorum deorum. Lact. inst. 2, 6, 4 consecrant . . . diis -as et rapinas suas). Vopisc. Aurelian. 10, 2 ut -as in Palatio conlocaret. Ps. Lact. mort. pers. 9, 7 cum praeda et -is. Ivst. 5, 10, 12 qui ex -is portionem praedae . . . peterent. Heges. prol. 1 usque ad incendium templi et -as Titi. Vvlg. II reg. 8, 12 sanctificaverat de -is (I par. 26, 27. *cf.* II par. 15, 11 immolaverunt . . . de -is). I par. 20, 2 -as . . . tulit. Ezech. 29, 19 depraedabitur -as. 38, 18 diripias -as. Cod. Theod. 5, 6, 2 ereptis -is. Sidon. epist. 5, 16, 1 aerarium . . . non pecuniis sed -is locupletavit.

B *latiore sensu de quibuslibet rapinis*: **1** *de rebus vi, furto, quavis iniuria praedae instar extortis* (*saepius servata imagine a bello sumpta*): Cic. S. Rosc. 108 has -as Rosciis Chrysogonum . . . concessisse. Verr. II 1, 154 (*v. supra l. 47*). 1, 157 qui . . . cum praetor iudicio . . . praefuisset, spolia domum suam referre et -as detrahere conatus sit. 3, 9 qui vestras villas suis -is ornet (*cf. l. 54*). Liv. 33, 47, 3 velut bonis ereptis, non furtorum -is (*Madv.*, manibus *B, Mog.*) extortis. Val. Max. 7, 6, 3 avaro . . . -is sordium suarum frui non licuit. Petron. 79, 12 -as partiti sumus. Svet. Nero 38, 2 praedae et -arum. Sol. 30, 18 de -is praecipitis ausi praedam revehunt temeritatis. Mar. Victorin. ad Iust. 6 -as, qui vicit, abduxit. Ambr. fid. 4, 1, 8 cum -is mortis (*cf.* Ferrand. epist. 7, 13 -as inferorum). patr. 3, 12 de . . . impuritatis auctoribus -as reportavit (11, 56 Rvfin. Orig. in num. 25, 5 p. 240, 23. *cf.* Sidon. epist. 7, 7, 1 aliquid . . . de -is civitatis). Sidon. epist. 9, 9, 9 quid de -is meis iudicem. **2** *de actionibus diripiendi i. q. praedatio, spoliatio, iniqua rerum acquisitio*: Svet. Cal. 41, 1 ne quod non genus -arum experiretur. Vesp.

[*Deicke*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

16, 3 ad -as et rapinas ... compulsum. COD. Iust. 1, 54, 6, 5 (*a. 399*) qui in ... -is id est depraedationibus furtis atque aliis flagitiis ... fuerint deprehensi.

II *de **fulmine*** (SERV. Aen. 1, 42 in libris Etruscorum [*cf. Thulin, D. etrusk. Disciplin I [1906] p. 22 sqq. Nogara, Gli Etruschi e la loro civiltà, Milano 1932 p. 168 sqq.*] lectum est iactus fulminum -as dici): FEST. p. 129 -ae Iovis tres creduntur esse *eqs.* (SEN. nat. 2, 41, 1 *sq.*). p. 214 fulgura ... quae ... peremant ... maiore -a ...; nam ut omnia superentur fulgure, sic ictum fulgur -is vinci. AMM. 17, 7, 3 numine ... contorquente -as ventosque ... excitante. SERV. Aen. 11, 159 -ae Minervales id est fulmina tempestates gravissimas commovent (*inde falso interpretatur* GLOSS.[L] V Aa M 154 -ae fulmina, tempestates). auct. 8, 429 -as fulminis ... Iovi ... attributas. SCHOL. Hor. carm. 1, 2, 1 sqq. omnes -ae albae et nigrae pallida coruscatione esse dicuntur. MART. CAP. 9, 896 -as ac trisulcae lucis ... fulgorem.

deriv.: manubialis. manubiare (?). manubiarius (?).

manubiālis, -e. *a* manubiae. SVET. Aug. 30, 1 reliquas (*sc. vias*) triumphalibus viris ex -i pecunia (*i. ex praeda vendita soluta*) sternendas distribuit.

? **manubiāre** vigilare, pernoctare GLOSS. (Scal.) V 604, 6. *a* manubiae.

? **manubiārius,** -a, -um. *a* manubiae. PLAVT. Truc. 880 saltem amicus mi esto -us (*pro* manubinarius *coni. Camerarius, quam coni. commendat Buech. interpretatus* 'ceteri amatores quasi praeda, hic privatus amicus quasi manubiae Phronesii').

manubiēs *v. p. 335, 66.*

[**manubla** iteratio doctrinae GLOSS.[L] Corp. M 54 (*v. adn. Linds.*).]

manubriātus, -a, -um. *a* manubrium. *i. q. manubrio ornatus*: PALLAD. 1, 42, 2 serrulas -as. AMM. 25, 1, 15 -os cultros.

manubriolum, -ī *n.* *a* manubrium *demin.* CELS. 7, 6, 4 scalpelli -o (7, 7, 3. 4[B]. 7, 19, 7. 7, 22, 2).

manubrium, -ī *n.* [*a* manus *obscura formatione. J. B. H.*] *de originatione*: VARRO ling. 8, 15 a manu -a. CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 200, 6 -um manuhaberium. -ib- *v. l. 59.* *litteris graecis*: PAP. Berol. 544 (*s. II*) μανουκρια (*simili, ut vid., commutatione formae atque qua* manuplus *in* manuclus *depravatur*). NOT. Tir. 67, 77. *de significatione*: VARRO ling. 6, 85 -um quod manu tenetur. GLOSS.[L] I Ansil. MA 723 -um dictum eo quod manu teneatur, quod rustici manicum appellant. GLOSS.[L] II Philox. MA 81 -um στελεόν. GLOSS. λαβή. V 507, 16 -us manicus (*cf. l. 38*). [*propter mensurationem longam sec. syll. suspectum habetur* PLAVT. Aul. 471 exemi ex manu -um ('*fort.* manupretium'. *Leo*).]

1 *i. q. pars instrumentorum praecipue ferramentorum, qua manu tenentur*: PLAVT. Epid. 525 malleum sapientiorem vidi excusso -o (*proverb.*). COLVM. 5, 9, 2 ramos, quos comprehensos manus possit circumvenire hoc est -i crassitudine (*cf.* PALLAD. 4, 10, 1). 5, 10, 6 semina ... crassa non minus quam -um bidentis (arb. 20, 1). 11, 2, 92 -a aptare (PLIN. nat. 18, 236). PLIN. nat. 16, 230 -a ... carpinea, iligna, cerrea. SERV. auct. georg. 1, 18 ferrum de -o decidit. VVLG. deut. 19, 5 ferrumque lapsum de -o *securis* (*cf.* PS. AVG. serm. 32, 4 Elisaeus ... securim de -o in gurgitem lapsam ... evocavit [*allegorice interpretatur* AVG. c. Faust. 12, 35 p. 362, 15]. VITAE patr. 7, 25, 4 fecerunt in securi -um [*seq. interpr. alleg.*: -um voluntas nostra est]. GREG. TVR. Iul. 21 -um in dextera eius adhaesit). GLOSS. II 593, 58 stiva -um aratri. *singularia*: VITR. 10, 8, 3 epitonia ... -is ferreis conligata *eqs.* PALLAD. 3, 17, 8 plantam persici ... per ipsum saligni -i foramen induci (*de vivo ramo salicis terebrato quocum persicus conectitur*). *gladii vel cultri*: PAVL. FEST. p. 61 capulum et -um gladii vocatur. p. 349 secespita cultrum ferreum ... -o (mani⟨brio⟩ *in frg. Festi*) eburneo (SERV. auct. Aen. 4, 262). IVV. 11, 133 -a cultellorum ossea. ITALA iud. 3, 22 (Lugd.) demersit eum (*sc. gladium*) usque ad -um (*λαβήν. Vulg.* ut capulus sequeretur ferrum) *eqs.* AVG. serm. 32, 22, 22 cultellum -o deaurato. **2** *i. q. ansa vasorum*: VARRO ling. 5, 118 -um cavum non est nisi in vinaria trulla. CIC. Verr. II 4, 62 [cum] -o aureo. PAVL. FEST. p. 31 bacrionem dicebant genus vasis longioris -i. *deriv.*: manubriatus. manubriolum.

manūcaptus *v. s.* manus *p. 352, 69.*

manuciolus, -ī *m.* *a* manuculus. *i. q. fasciculus manualis*: PETRON. 63, 8 videt -um de stramentis factum. [*dalmat.* mantsula. *M.-L.*]

manucla, -ae *f. v. p. 303, 2.* **manucrium** *v. l. 35.*

manuculus *v. p. 316, 47.* *deriv.*: manuciolus.

manuductor (manū- *?*) -ōris *m.* *a* manus *et* ductor (*an a* manu ducere? [*p. 359, 27*]). *i. q. dux, monitor* (GLOSS.[L] II Philox. MA 73 -r [maniductus *trad.*] μεσόχορος [*i. dux plausorum?*]): CIL IV 3905 coniugi suo Conopi -i et Clementi monitori fratri. *f.* **manuductrīx,** -īcis: MVTIAN. Chrysost. hom. 18, 3 p. 356[in.] paupertas est -x (χειραγωγία) quaedam in via quae ducit ad caelum.

prochirum (*i.* πρόχειρον) sporta **manuēnsis** GLOSS. V 576, 49. *a* manus. *cf.* admanuensis.

manufēstus *sim. v. s.* manif-. **manūfacio** (-factus) *v. p. 356, 21.*

manūfactilis, -e. *a* manufactus (*p. 356, 27*). ITALA lev. 26, 1 (Hesych. in lev. 26, 1 p. 1138[D]) non faciemus nobis idolum et sculptile, sive, ut Septuaginta (χειροποίητα), -e.

(**manuhaberium**) *v. p. 337, 34.*

χειροσκόπος **manuinspex** GLOSS. II 476, 41. *cf. c.* manus *et* inspicere.

mānuis *v. s.* manuus.

manuleārius, -ī *m.* *a* manuleus. *qui tunicas manuleatas conficit*: PLAVT. Aul. 511 carinarii aut -i.

manuleātus, -a, -um. *a* manuleus. *de originatione et formatione*: PRISC. gramm. II 139, 11 quamvis 'a' paenultimam productam habet, tamen a quarta declinatione derivatur 'manus -us' (*cf.* 562, 15). ISID. orig. 19, 22, 8 -a (manicleata *vel* mancileata *codd.*) tunica id est manicata eo quod habeat manicas quam χειροδύτην Graeci vocant.

i. q. manicatus, manuleis instructus, ornatus: PLAVT. Pseud. 738 -am tunicam habere hominem addecet (PRISC. gramm. II 139, 14 id est manicatam [*cf.* GLOSS. V 572, 30]. NON. p. 536, 25 idcirco -am addidit, ne inproprie uteretur). SEN. epist. 33, 2 (*in imag.*) Epicurus ⟨durus⟩ est et fortis licet -us sit. SVET. Cal. 52 -us et armillatus.

manuleus, -ī *m. et* **manulea,** -ae *f.* *a* manus *demin.* VEL. gramm. VII 67, 8 per u -us dicimus. *de genere*: CAPER gramm. VII 110, 10 -i hi.

i. q. tegumentum manus: *masc.*: PLAVT. Cist. 252 *secundum* Fulg. Virg. cont. p. 103, 18 *v. vol. III 116, 52.* ACC. carm. frg. 12 actoribus -os baltea machaeras. FRONTO p. 65, 20 N. cum Parthi -is laxioribus uterentur. 66, 9 -orum intervallis ... suspendi aestus non potest. *fem.*: GLOSS. III 455, 60. 485, 66 χειρίς -a (II 476, 27 manuela *trad.*). *deriv.*: manulearius. manuleatus.

manūlis *v. p. 335, 20* (*cf.* aquaemanulis *p. 314, 83*). *Deicke.*

manumartis *v. p. 366, 42.* **manuminiectio** *v. p. 361, 22.*

manūmissālia, -ōrum *n.* *a* manumittere, manumissus (*?*). *i. q. festum manumissionis* (*?*): PROB. app. gramm. IV 196, 7 nomina generis neutri semper pluralis numeri: ... Minervalia bus, -ia is.

manūmissīcia, -ae *f.* *a* manumittere, manumissus. *i. q. liberta*: LEX Visig. 3, 2, 4 si ... servo alieno -a se ... coniuncserit (*syn.* liberta mulier).

***manūmissio,** -ōnis *f.* *a* manumittere. *de origine et notione*: VLP. dig. 1, 1, 4 est autem -o de manu missio, id est datio libertatis. GLOSS. ἐλευθερία. ἀπελευθερία. -o eo quod manu mitterentur. *scribitur* mano-: LIB. pontif. p. 75, 15. *notatur*: CIL VI 9317 manmes. *legitur inde a* CIC. [*falso trad.*: SEN. clem. 1, 3, 1. *pro* libertas *legitur e coni. Lachm.* PS. DOSITH. frg. iur. 5. *loco mutilo*: IVLIAN. dig. 19, 1, 43.]

i. q. emissio ex potestate (*de re v. Weiss, RE XIV 1366 sqq., Daremb.-S. III 2 p. 1585, Blümner, Privataltert. 297. de '-e per mensam' [cf. p. 339, 58. 63] scripsit Paoli, Stud. et doc. hist. et iuris 2, 1936, 369 sq. StIt. 14, 1937, 3 sqq. contradicit Funaioli, Rendic. Accad. Bologna, Cl. Sc. Mor. Ser. III vol. X, 1936/7, p. 46 sqq.*): **1** *proprie*: **a** *emittitur servus*: *α loci non Ictorum*: CIC. Cael. 68 ista. FEST. p. 250 sacrorum causa. VAL. MAX. 2, 6, 7 *Massilienses* tres in eodem -es rescindere permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognoverunt. SVET. Galba 10, 1 cum quasi -i vacaturus conscendisset tribunal. DON. Ter. Ad. 961 adscribi causas -is in iure formula est. 970 comicam. AVG. in Gal. 64 *servus stigmate notatus* in iure -is inferioris est ordinis. serm. 21, 7 tua. EVGRAPH. Ter. Phorm. 830. GREG. M. epist. 2, 13 p. 111, 14. 6, 12 p. 391, 15 -is paginam (l. 26. *cf.* l. 22 cartulam). *β Ictorum loci notabiliores*: GAIVS inst. 1, 17 iusta ac legitima -e ..., id est vindicta aut censu aut testamento (INST. Iust. 1, 5, 1 multis ... modis -o procedit: aut enim ex sacris constitutionibus in ... ecclesiis aut vindicta aut inter amicos aut per epistulam aut per testamentum aut aliam quamlibet ultimam voluntatem. sed et aliis multis modis libertas servo competere potest). 1, 18 vindictā, apud consilium iusta causa -is adprobata, liberati. 1, 19 iusta causa -is est veluti si quis filium ... aut fratrem ... naturalem aut alumnum aut paedagogum aut servum procuratoris habendi gratia aut ancillam matrimonii causa apud consilium (*cf. l. 59. 74*) manumittat (MARCIAN. dig. 40, 2, 9 pr. iusta causa -is est, si periculo vitae infamiaeve dominum servus liberaverit). 1, 38. 39. epit. 1, 1, 6 data (INTERPR. Paul. sent. 4, 12, 2. *cf. l. 73. 77 p. 339, 7*). PAVL. sent. 4, 12 tit. de -bus (DIG. 40, 1 rubr. LEX Burg. lib. const. 40). HERMOG. dig. 40, 2, 23 -o per lictores hodie domino tacente expediri solet et verba sollemnia, licet non dicantur, ut dicta accipiuntur (*cf. p. 340, 16*). COD. Theod. 4, 7 rubr. de -bus in ecclesia (CANON. Mansi 3, 770[A] de -bus ... in e. dicendis [περὶ ἐλευθεριῶν ... κηρυκτέων]. *cf. l. 56 et* GREG. M. epist. 2, 13 p. 111, 14). DIG. 40, 3 rubr. de -bus, quae servis ad universitatem pertinentibus imponuntur (COD. Iust. 4, 29, 24 pr. 6, 4, 3, 2. *cf. l. 65. 77*). COD. Iust. 7, 1 rubr. de ... apud consilium -e (*cf. l. 59. 63*). 7, 2 rubr. de testamentaria -e (*cf. l. 55. 57*). 7, 15 rubr. communia de -bus. LEX Visig. 5, 7, 2 haec -o stare non poterit. LEX Burg. lib. const. 88 conlata (*cf. l. 65. 73*). **b** *emittitur filius vel nepos* (-*em ad servos, ad filios emancipationem referunt* VLP. dig. 15, 2, 1, 4 ISID. orig. 9, 5, 17): IVLIAN. dig. 37, 12, 1, 6 ius antiquum, quod et sine -e habebat *pater*. GAIVS inst. 1, 134 duae intercedentes -es proinde fiunt ac fieri solent, cum ita eum pater de potestate dimittit, ut sui iuris efficiatur. PAPIN. dig. 5, 2, 16, 1 VLP. reg. 10, 1. 23, 3. COD. Theod. 8, 18, 9, 3 *avus a nepotibus* trientem pro praemio -is accipiat. **c** *emittitur uxor* (*cf. p. 341, 28*): FIRM. math. 6, 13, 3[extr.]

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alienos concubitus ... desiderant; ... ex alienis -bus morigeras sibi sortiuntur uxores.

2 *in imagine*: NOVATIAN. cib. Iud. 5 *sollemnitates ciborum* sustulit libertas evangelica -e revocata (RVFIN. Orig. in exod. 12, 4 p. 268, 19 'in libertatem vocati estis, nolite fieri servi hominum'. sed quis mihi dabit [*cf. p. 338, 65*] hanc -em? FAVST. REI. epist. 8 p. 208, 11 naevum generis -o religionis abstersit). PS. AVR. VICT. epit. 5, 9 adeo ... Roma interitu eius exultavit, ut plebs induta pilleis -um tamquam saevo exempta domino triumpharet.

ˣmanūmissor, -ōris *m.* *a* manumittere. GLOSS. ἐλευθερωτής. ἐλευθερωκώς. ἐλευθερῶν. *in sermonem Graecum receptum*: THEOPHIL. 3, 9, 3. 4 μανουμίσσωρ. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A.

is, qui aliquem ex potestate sua dimittit: **1** *proprie*: **a** *servum*: PAPIN. dig. 40, 4, 48 Servius respondit socio manumittente communem fieri libertum familiae atque -is. POMPON. dig. 40, 14, 3, 1 GAIVS inst. 1, 139 *al.* MARCELL. dig. 37, 15, 3 *al.* FLORENT. dig. 38, 2, 28 pr. PAPIN. dig. 27, 1, 24 *al.* TRYPH. dig. 37, 14, 23, 1 VLP. dig. 26, 4, 3, 1 *al.* PAVL. dig. 40, 12, 32 *al.* MARCIAN. dig. 38, 2, 29 pr. MOD. dig. 38, 4, 8 *al.* SCHOL. Pers. 3, 106 quod plerumque ipsi manumissi -is *defuncti* corpus portandum subirent. COD. Theod. 4, 10, 2 pr. 1 NOVELL. Valent. 25 pr. EPIST. pontif. Thiel Gel. 23 COD. Iust. 2, 2, 1 *al.* LEX Burg. lib. const. 40, 1 *syn.* absolutor. Rom. 3, 1. LEX Visig., *v. ind. Zeumeri.*
b *filium vel nepotem*: IVLIAN. dig. 38, 15, 4, 1 pater, qui filium manumisisset, quamvis ut -r bonorum possessionem accipiat *eqs.* GAIVS inst. 1, 168 liberorum capitum -bus. MARCELL. dig. 29, 1, 29, 3 PAPIN. dig. 37, 12, 5. TRYPH. dig. 37, 15, 10 patri -i (MOD. dig. 38, 16, 10 COD. Iust. 6, 56, 2 [*a. 294*]). VLP. dig. 37, 12, 1, 1. 5. PAVL. dig. 38, 17, 5, 2 avum -em. COD. Iust. 2, 20 (21), 5 (*a. 293*).

2 *transl.*: TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 582, 3 ipsum quod ait: 'qua libertate Christus nos manumisit' (*Gal. 5, 1*), nonne eum constituit -em, qui fuit dominus? AMBR. Iac. 1, 3, 12 p. 12, 24 ita libertatem accepisti, ut meminisse -is tui debeas, ut patrono tuo noveris legitimum obsequium deferendum. AVG. in psalm. 99, 7^extr. servus es domini, libertus es domini; non te sic quaeras manumitti, ut recedas de domo (*cf. l. 70*) -is tui. serm. 86, 7, 7^in.

ˣmanūmitto, -mīsī, -missum, -ere. *coaluit ex* manu *et* mittere. *de origine*: ISID. orig. 9, 4, 48 -ssus dicitur quasi manu emissus. *de notione*: GLOSS. ἐλευθερῶ. ἀπελευθερῶ. *de scriptura*: *in editis apud* TERT., *ICTOS (sed cf. infra l. 45 sq.) et posteriores auctores ubique scriptura continua, quae comprobatur substantivis* manumissio *et* manumissor; *apud priores auctores variatur. scribitur duobus verbis alio interposito*: VARRO Men. 514 ne manu non mittat (LIV. 41, 9, 11). CIC. Mil. 57 manu vero cur miserit. MART. 1, 52, 7 manuque missos. CE 58 filius illum manu, ille illum mereto misit. *notatur*: PROB. litt. sing. gramm. IV 276, 49 m(ortis) c(ausa) m(anu) m(issa). 276, 51 s(i) q(uis) m(anu) m(issus) m(anu) m(issa) m(oritur). NOT. Tir. 67, 78. 79. *legitur inde a* RHET. Her., VARRONE, CIC. [*locos falso trad. pro* manu emittere *v. vol. V 2, 500, 20.*]

i. q. aliquem (aliquid: p. 341, 31. 35. 41. 46) ex potestate sua emittere (de re v. libros p. 338, 41 allatos): **A** *technice in actibus iuris de eo, qui in manu alcs. est*: **1** *servum*: **a** *varia de iure*: *α de modis -endi* (*cf.* PAVL. FEST. p. 159 -i servus dicebatur, cum dominus eius aut caput eiusdem servi aut aliud membrum tenens dicebat 'hunc hominem liberum esse volo' et emittebat eum e manu. ISID. orig. 9, 4, 48 quotiens -bant, alapa percussos circumagebant et liberos confirmabant): *enumerantur complures aut omnes modi* (*cf. p. 340, 8 sqq.*): TAC. ann. 13, 27, 2 -endi duas species institutas (*sc. aut vindicta, censu, testamento aut inter amicos, per epistulam, convivio*). GAIVS inst. 1, 35 *civis Romanus fit* -ssus vindicta aut censu aut testamento (1, 138 VLP. reg. 1, 6). 1, 44 vindicta aut censu aut inter amicos. epit. 1, 1, 1 sq. cives Romani sunt, qui ... testamento aut in ecclesia aut ante consulem fuerint -ssi. Latini sunt, qui aut per epistulam aut inter amicos aut convivii adhibitione -untur. CONC. Matisc. a. 585 p. 167, 27 qui in sacrosancta ecclesia iure noscuntur legitimo -ssi aut per epistolam aut per testamentum aut per longinquitatem temporis libertatis iure fruuntur. *commemorantur singuli modi*: RHET. Her. 1, 14, 24 testamento (S. C. Vlp. dig. 38, 4, 1 pr. [*a. 41–47*] inter vivos vel t. CIL VI 32881 [*a. 86*] L. Vafrio Epaphrodito -sso t. *illius* ... annorum XXX vix. ann. XXXI. QVINT. decl. 311 p. 222, 25 t. omnes servos -sit. TAC. ann. 13, 32, 1 qui t. -ssi sub eodem tecto mansissent [*cf. supra l. 35*]. IAVOL. dig. 30, 94, 3. 45, 3, 34. VLP. reg. 1, 9 ut t. -ssi liberi sint, lex duodecim tabularum facit. 1, 12 *v. p. 340, 9.* DIG. 40, 4 rubr. de -ssis t.). SCAEV. dig. 33, 8, 23, 1 t. codicillisve (34, 1, 16, 1. CIL XIV 382 t. aut c.). TEST. Galli (CIL XIII 5708) 2, 8 quos hoc t. -si (CIL X 3037, 6 quos t. meo -si). PETRON. 71, 1 omnes illos in t. meo -o. *cf.* CE 240, 2 circumversos (*cf. supra l. 55*) quos relinquam vel -i volam. CIC. Cael. 68 sunt servi illi de cognatorum sententia ... -ssi. *cf.* SEN. contr. 7, 6 (24), 2 cum dicerem: '-amus servum'. inter vivos: *v. supra l. 68. cf.* CIL VI 9010 quos se vivs (*sic*) -sit et in numerum libertorum ordinavit et collibertos suos fecit. PLIN. epist. 7, 16, 4 si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos -isti (GAIVS inst. 1, 41. PAPIN. frg. Vat. 261 vindicta -sso vel i. a. VLP. reg. 1, 10 *lege Iunia* Latini fiunt nominatim i. a. -ssi. PAVL. sent. 4, 12, 2 PS. DOSITH. frg. iur. 4. 6. PAP. Bruns Fontes⁷ 164 p. 369 [*a. 221*] Helenen ancillam suam vernam annorum circiter XXXIIII i. a. -sit liberamque esse iussit et accepit pro libertate eius ... dr(achmas) Aug(ustas) dua millia ducentas [*gr.* μεταξὺ φίλων ἠλευθέρωσα]). GAIVS inst. 1, 115 vindicta (1, 132 SCAEV. dig. 4, 3, 32 PAPIN. frg. Vat. 261. VLP. reg. 1, 7 v. -untur apud magistratum ⟨populi R.⟩. 1, 12 *lege Aelia Sentia* cautum est, ut minor XXX annorum servus v. -ssus civis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: ideo sine consilio -ssum Caesaris servum manere putat. testamento vero -ssum perinde haberi iubet, atque si domini voluntate in libertate esset; ideoque Latinus fit. PAVL. dig. 40, 2, 15, 2. 40, 2, 17. 40, 9, 15, 1. 41, 7, 8 sent. 4, 12, 2 COD. Iust. 7, 1, 3 DIG. 40, 2 rubr. PS. DOSITH. frg. iur. 11). *cf.* TAC. ann. 13, 27, 2 GAIVS inst. 1, 18 SCAEV. dig. 45, 1, 122, 2 CODICILL. (CIL X 7457) 9. BOETH. in top. Cic. 1 p. 288, 44 O. quam (*virgulam quandam*) lictor (*cf. l. 40 p. 338, 67*) -endi servi capiti imponens eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba (*cf. p. 338, 68. 339, 54*) sollemnia (SCHOL. Pers. 5, 88 qua -endi a praetore in capite pulsantur). VLP. reg. 1, 8 censu -bantur olim, qui lustrali censu Romae iussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur (PS. DOSITH. frg. iur. 17). PAVL. sent. 4, 12, 2 per epistulam (GREG. M. epist. 1, 53 p. 78, 19). *cf.* LEX Burg. lib. const. 88 per scripturam. COD. Iust. 1, 13 rubr. de his, qui in ecclesiis -untur. *cf.* AVG. serm. 21, 6 servum tuum -endum manu ducis in ecclesiam. fit silentium, libellus tuus recitatur ...; dicis te servum -ere, quod tibi in omnibus servaverit fidem; ... ut -as servum tuum, frangis tabulas eius (*sc. emptionis*). 356, 6 diaconus Hipponensis ... *servos suos* -ssurus est episcopalibus gestis (356, 7 g. ecclesiasticis). *libellus -is in ecclesia est Ennod. opusc. 8.* CIL VI 1877, 2 (*a. 73*) Persicus lib. -ssus at consilium (IVLIAN. dig. 40, 9, 7, 1. *cf.* CELS. dig. 40, 2, 19 apud c. [IVLIAN. dig. 40, 2, 6 GAIVS inst. 1, 18. 19. 20 (*add., ex quibus c. constet*). SCAEV. dig. 40, 5, 19, 1 VLP. reg. 1, 12. 13 PAVL. dig. 40, 2, 24. 40, 4, 27]. COD. Iust. 2, 30, 2 [*a. 241*] in consilio [CIL XIV 1437]. IVLIAN. dig. 40, 2, 4, 2 sine consilio [VLP. reg. 1, 12]. *cf.* LEX Salpens. [CIL II 1963] 2, 28 si causam -endi iustam esse *certus* numerus decurionum ... censuerit). LEX Salpens. (CIL II 1963) 2, 19 de servis apud IIvir. -endis. IVLIAN. dig. 40, 2, 5 apud se (VLP. dig. 1, 10, 1, 2 consules apud se servos suos -ere posse. 40, 2, 20, 4). POMPON. dig. 40, 2, 1 apud praetorem. VLP. dig. 1, 10, 1 pr. non potest is, qui apud alterum *consulem* nomina ediderit, apud alterum -ere. 40, 2, 8 passus sum apud *praetorem* (*in villa*) -i, etsi lictoris praesentia non esset. reg. 1, 7 *v. supra l. 6.* MARCIAN. dig. 1, 16, 2 pr. -i apud *proconsules* possunt tam liberi quam servi. MOD. dig. 40, 2, 21 apud praefectum Aegypti possum servum -ere ex constitutione divi Augusti. *cf.* VARRO ling. 6, 30 si *praetor* ... quem -sit. 8, 83. PLIN. epist. 7, 32, 1 oblata occasione proconsulis plurimos -ssos. GAIVS dig. 40, 2, 7 non est omnino necesse pro tribunali -ere: itaque plerumque in transitu servi -i solent, cum aut lavandi aut gestandi aut ludorum gratia prodierit praetor aut proconsul legatusve Caesaris.

β de causis -endi: *publicae*: BELL. Afr. 88, 1 hortatur, ut servitia -rent oppidumque defenderent (BELL. Hisp. 34, 2 oppidanorum servi, qui erant a Pompeio Sexto -ssi. LIV. 26, 27, 4 aedis Vestae ... defensa est ... servorum opera, qui in publicum redempti ac -ssi sunt. VAL. MAX. 5, 6, 8 quos Sempronius Gracchus ob insignem pugnam Beneventi -serat. SVET. Aug. 16, 1. 25, 2 IVST. 3, 5, 6 EVTR. 3, 10, 4). LIV. perioch. 77 p. 85, 14 servus ut praemium promissum indicii haberet, -ssus et ob scelus proditi domini de saxo deiectus est (VAL. MAX. 6, 5, 7). *privatae*: SEN. contr. 7, 6 (24) cum omnes servi dominas suas vitiassent, servos eius virginem servavit; ... ille -sit (*sim.* SEN. benef. 3, 23, 3). SEN. benef. 3, 27, 4. ASCON. Mil. p. 33, 3 sub hoc titulo, quod caput suum ulti essent. 33, 18. QVINT. decl. 311 p. 224, 20 servos cur -erit, manifestum est: delectatus est officiis, referre voluit gratiam obsequio. SVET. Cal. 35, 3 essedario Porio ob prosperam pugnam servum suum -enti (FRONTO p. 21, 13 N. qui bestias strenue interfecerint). Nero 2, 3 quod sibi ... sciens minus noxium *venenum* temperasset. gramm. 13 propter litterarum studium (*sim.* rhet. 27 vita Ter. 1). GAIVS inst. 1, 39 iustae causae manumissionis sunt veluti si quis patrem aut matrem aut paedagogum aut conlactaneum -at (*cf.* SVET. Aug. 40, 3). MARCELL. dig. 40, 1, 15 mortis causa (*cf. p. 339, 45*). *v. etiam l. 8. 24. 34.*

γ de numero servorum testamento -endorum lege Fufia Caninia cautum erat: GAIVS inst. 1, 42. 43 epit. 1, 2 rubr. VLP. reg. 1, 24 PAVL. sent. 4, 14, 4.

δ varia: VARRO ling. 8, 83 *nomina ab oppidis* habent plerique libertini a municipiis -ssi (*cf.* VLP. dig. 40, 3, 1 divus Marcus omnibus collegiis, quibus coeundi ius est, -endi potestatem dedit. COD. Iust. 7, 9 rubr. de servis rei p. -endis). LIV. 7, 16, 7 legem ... de vicensima eorum, qui -rentur, tulit. CIL VI 2211 ab imp. Augusto gratis -ssus (SVET. gramm. 15 CE 95, 5. *cf.* PLIN. nat. 7, 129 quem Nero ~~HS~~ |CXXX| -sit *et supra l. 4*). QVEROL. p. 40, 15 quidam nec -i volunt. AMM. 22, 7, 2 Mamertino ludos edente circenses -endis ex more inductis. VLP. dig. 21, 1, 17, 19 qui omnino -i non possit. DIG. 18, 7 rubr. si ita mancipium venierit, ut -atur (COD. Iust. 4, 57 rubr. ut -atur vel contra). 40, 9 rubr. qui et a quibus -ssi liberi non fiunt (*cf.* SVET. Aug. 40, 4). COD. Iust. 7, 7 rubr. de servo communi

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-sso. 7, 8 rubr. de servo pignori dato -sso. 7, 10 rubr. de his qui a non domino -ssi sunt. 7, 11 rubr. qui -ere non possunt et ne in fraudem creditorum -atur. 7, 14 rubr. de ingenuis -ssis. INST. Iust. 1, 6 rubr. qui ex quibus causis -ere non possunt. *nota acute dictum*: SEN. benef. 3, 23, 5 servus ... dominum occidit (*sc. ne ab hostibus in servitutem redigeretur*), dicens: '... iam dominum -si'.

b *structurae notabiliores*: *α abs.*: SVET. Tib. 15, 2 neque donavit neque -sit. CELS. dig. 1, 18, 17 si forte praeses provinciae -serit vel tutorem dederit, priusquam *eqs.* AFRIC. dig. 40, 9, 8 pr. GAIVS dig. 40, 2, 25. 40, 9, 10 MARCELL. dig. 29, 1, 29, 1. *β in formula* -ere ex servitute *sim.* (*cf. l. 43*): LEX Salpens. (CIL II 1963) 2, 22 si quis municeps ... servom suom ... ex servitute in libertate (*cf. l. 45*) -serit (GAIVS inst. 1, 11 ex iusta s. VLP. dig. 37, 12, 1, 2. 2, 4, 8, 1). GAIVS inst. 1, 135 ex mancipatione (*v. p. 253, 63 et cf. p. 255, 4*). QVINT. decl. 388 p. 438, 28 hunc etiam a (*cf. l. 38*) filio -sit (*i. potestati filii subtraxit*).

2 *filium, nepotem sim.* (*filium emancipari, -i servum dicunt* GAIVS inst. 2, 245 VLP. dig. 1, 18, 2. 12, 4, 1 pr. 29, 2, 35 pr. PAVL. dig. 5, 3, 36 pr. 32, 4. 37, 12, 3 pr.): IAVOL. dig. 45, 1, 107 *filium* (IVLIAN. dig. 28, 15, 4, 1. *fusius* GAIVS inst. 1, 132 VLP. reg. 10, 1). GAIVS dig. 1, 7, 28 nepotem (VLP. dig. 37, 12, 1, 2 PAVL. dig. 38, 17, 5, 2). inst. 1, 115 *feminam* (1, 115[a]. 132[a]). 1, 166[a] liberum caput (VLP. reg. 11, 5). 1, 172 filiam neptemve aut proneptem (1, 175. VLP. dig. 36, 1, 11, 2 filiam. 37, 12, 3, 1 filia vel neptis). VLP. dig. 35, 1, 92 si cui legatum fuerit relictum isque rogatus sit liberos suos emancipare, an cogi debeat -ere? MARCIAN. dig. 1, 16, 2 pr. *v. p. 340, 41.* DIG. 37, 12 rubr. si a parente quis -ssus sit.

3 *uxorem*: SEN. contr. 7, 6 (21), 24 cum hortaretur *illum* ad repudium sororis, dixit: '... sororem meam -e.' *cf. p. 338, 84.*

B *latiore sensu de emittendis, solvendis eis, qui quibuslibet causis alicuius dicioni subditi sunt*: **1** *generatim*: MART. 1, 52, 7 *libellos.* ARNOB. nat. 2, 25 p. 69, 7 discit ... columba -ssa revolare ad dominicas sedes. MIRAC. Theclae 4 p. 171, 23 iubens ut reos, quos tenebat vinctos, de claustris educeret eisque -ssis ipse sanitatem reciperet. INSCR. Princeton exped. Syr. A 235 si quis voloerit -ere memoriam (*i. sepulcrum*), det in fisco ⟨*tot*⟩. **2** *speciatim apud* ECCL.: ITALA Rom. 8, 2 (Tert. pudic. 17, 10 *al.*) lex spiritus vitae -sit (ἠλευθέρωσεν, *Vulg.* liberavit) te a (*cf. l. 15*) lege delinquentiae et mortis (*inde* TERT. resurr. 46 p. 94, 24). Gal. 4, 31 (Tert. adv. Marc. 5, 4 p. 582, 3) sumus ... liberae; ... qua libertate Christus nos -sit (ἠλευθέρωσεν, *Vulg.* liberavit). TERT. pudic. 20, 13 caro a Christo -ssa (resurr. 57 p. 118, 8 in hoc ipsum -ssa a domino, ne ultra pati possit). adv. Marc. 5, 4 p. 582, 6 fug. 12 p. 484, 7 Oe. PS. ORIG. tract. 19 p. 206, 6 delictorum servitute (*cf. l. 11*) -it *Christus.* AVG. in psalm. 99, 7 *v. p. 339, 33.* PETR. CHRYS. serm. 57 p. 359[A] ad perpetuam libertatem (*cf. l. 12*). 72 p. 405[A] *deus* ipsam propter te -it naturam, ne quem naevum ... imponat ortus pristinae servitutis. 114 p. 513[C] gratia -ente.

part. praes. pro subst. ×**manūmittēns,** -entis *m.* [PS. DOSITH. frg. iur. 12. 17 manumissor *pro* -ens *corr. Lachm.*] QVINT. decl. 259 p. 57, 20 non ... ullus ... libertus tam beneficio obligatus -is fuit, ut *eqs.* IVLIAN. dig. 40, 2, 4, 1 si se Stichus non putaret -is esse. GAIVS dig. 40, 4, 57 *Sabinus et Cassius* existimant consilium quemque -is spectare debere. PAPIN. dig. 24, 3, 61. *et al. apud Ictos.* LEX Visig. 5, 7, 17 p. 242, 15 molestias inferre posteritati -ium. 5, 7, 18.

part. perf. pass. pro subst. ×**manūmissus,** -ī *m.* *apud* ICTOS: ALF. dig. 40, 1, 6 debere heredes eam pecuniam -o reddere. IVLIAN. dig. 30, 91, 5 legatum vel -o vel emptori debebitur. 36, 2, 17. 43, 24, 14 sed et cum ipso -o recte agi poterit. POMPON. dig. 40, 4, 5. PAVL. dig. 31, 8, 5 divus Hadrianus rescripsit, ut neque pretia -orum neque funeris impensa deduceretur (MOD. dig. 31, 9). SCHOL. Pers. 3, 106 -i pilleati incedebant ante funus. COD. Theod. 4, 10, 3 ex -is nati. COD. Iust. 6, 7, 2 pr. si -us ingratus circa patronum suum extiterit. *et al.* *apud alios scriptores:* QVINT. decl. 342 p. 350, 17 quod ne -is quidem omnibus contingit (*sc. ut vestem a patrono accipiant*). TAC. ann. 13, 26, 3. CIL II 4332, 8 per atnatos vel -os. **manūmissa,** -ae *f.* VLP. dig. 38, 16, 1, 1 cur non in totum pro -a haec habeatur?

part. fut. act. **manūmissūrus,** -ī *m.* AFRIC. dig. 19, 1, 30, 1 si -o vel pignori daturo vendiderit.

deriv.: manumissalia, manumissicius, manumissio, manumissor.

manuor, -ātus sum, -ārī. [*a* manus. *J. B. H.*] *i. q. furari*: GELL. 16, 7, 2 LABERIVS dicit (mim. 39) ... -atus est pro furatus est (*cf.* NON. p. 141, 1).

(manupa) *v. s.* mappa. **manuplus** *sim. s. v.* manipul-.

GLOSS. II 476, 38 χειροπληθές **manuplētium.** 587, 4 maniple[c]tium, quod involvitur manu. *ex gr. inscite ad verbum expressum videtur pro formulis usitatis 'quantum manus capit', 'manu plena' sim.*

manupositio, -ōnis *f.* *a* manus *et* ponere *ad vertendum gr.* χειροθεσία *fictum.* *i. q. manus impositio,* χειροθεσία: SERM. c. Arrian. frg. I 7 p. 611[A] -bus suis praeponunt patrem filio, dum dicunt *eqs.* *cf.* manus impositio *vol. VII 1, 666, 60.*

manupretiārius, -ī *m.* *a* manupretium. *i. q. mercennarius*: CIL XIII 1056 memoriae *illius* ... -ari ... pos(uerunt).

manupretiōsus, -a, -um. *a* manupretium. *i. q. magnae mercedis*: CATO or. inc. frg. 10 neque mihi aedificatio neque vasum neque vestimentum ullum est -um (*fort. divisim scribendum* manu [*sc. arte, cf. p. 356, 16*] pretiosum) neque pretiosus servus neque ancilla. FRONTO p. 219, 8 N. ⟨nihil um⟩quam habebat ⟨ca⟩rius anulo manu pretio⟨so⟩ (*ci. Hauler per litteras*).

manupretium, -iī *n.* [*a* manus *et* pretium; *cf. Jacobsohn,* Χάριτες *f. Leo 416 sqq. J. B. H.*] *de origine et notione*: VARRO ling. 5, 178 quod manu factum erat et datum pro eo, -um a manibus et pretio. 6, 85 a manu -um (*vg.,* mantus praetium *F*). PS. ASCON. Verr. p. 253, 20 -um dicitur, ubi non tam materiae ratio quam manus atque artis ducitur. ISID. orig. 11, 1, 66 *v. p. 355, 10.* GLOSS. μισθὸς χειρῶν. χειροδόσιον. *de prosodia*: PLAVT. Men. 544 -ū-. *de scriptura* (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 10, 25 -um [*Val.,* manius praecium *B,* manibus p. A^2, *edd. vett.*] ... per i *potius* quam per u): *pro scriptura sollemni* -up- (*in lapide*: CIL XII 670, 9) *scribitur*: -ip-: CATO agr. 14, 5 SEN. epist. 101, 6 *BA* PLIN. nat. (*saepe c. var. lect.* -up-). CIL IX 5438, 8 (*a. 119*). XIII 4301[C]. -usp- (*plerumque divisim*): CIC. Verr. II 1, 147 (-isp- *V*). VARRO ling. 6, 85 ? (*v. l. 8*). LIV. 34, 7, 4 *codd. recc.* (-ui- *B*). VLP. dig. 50, 16, 13, 1 TERT. (*v. l. 20*). ISID. orig. 11, 1, 66 *BK.* NOT. Tir. 67, 28 (*KC,* -up- *rell.*). *plur.*: SEN. epist. 101, 6 -up- (PLIN. nat. 33, 147. 35, 148). TERT. idol. 8 p. 37, 14 de mercedibus et manus pretiis. *legitur inde a* PLAVTO. [*dub.*: PLAVT. Aul. 471 -um *dubitanter coni. Leo pro* manubrium. CIC. S. Rosc. 132 (Schol. p. 315, 1) -a *pro* manu praedia *Orelli.* FRONTO p. 219, 8 N. *v. l. 3.*]

i. q. merces: **1** *operae*: **a** *proprie manuum* (*cf. p. 355, 83*): *α fabrilium*: PLAVT. Men. 544 cedo aurum, ego -um (*sc. aurifici*) dabo (LIV. 34, 7, 4. VITR. 9 praef. 9 *auream coronam* -o locavit faciendam. PLIN. nat. 33, 147 nec copiā tantum argenti furit vita, sed valdius paene -iis). CATO agr. 14, 5 *villae aedificandae* (ALF. dig. 19, 2, 30, 3 pro lapide et -o. *cf.* CIL IX 5438, 8 [*a. 119*] via nova strata ... ex conlatione -ii possessorum circa forum). PLIN. nat. 34, 37 ex -o cuiusque signi (34, 45 Mercurio facto ... HS |CCCC| -ii. TERT. idol. 8 p. 37, 14 CIL XII 670 XIII 4301[c]). 35, 92 tabulae *pictae* (35, 148). VLP. dig. 50, 16, 13, 1 plerumque plus est in -o quam in re. *β aliarum*: SEN. epist. 101, 6 castrensium laborum tarda -a. PLIN. nat. 29, 16 non rem (*i. medicamenta*) antiqui damnabant, sed artem, maxime vero quaestum esse ⟨in *an* e?⟩ -o vitae recusabant. **b** *translate*: CIC. Pis. 57 cum ... provincia tibi ista -um fuerit eversae per te ... civitatis. **2** *rei*: CIC. Verr. II 1, 147 machinae.

deriv.: manupretiarius, manupretiosus.

1. ×**manus,** -ūs *f.* [*i. q. osc.* manim '*-um*', *umbr.* manuv-e '*in -u*', manf *acc. pl.* '*-us*'; *cf. c. anglosax.* mund *f.* '*-us, tutela*' (*theod.* Vormund), *britann.* manal '*manipulus*' *et fort. gr.* μάρη '*-us*'. *J. B. H.*] *de origine*: ISID. diff. 2, 62 -us dictae eo quod munus sint omni corpori et quod ab ipsis mandimus. orig. 11, 1, 66 -us dicta, quod sit totius corporis munus. ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia. VIRG. gramm. epit. 14 *v. p. 250, 31.* *de scriptura*: *pro* ū *scribitur* o (*cf. p. 338, 37 et l. 74*): *abl. sing.*: CHIRON 717 CIL III 88, 4. 8910. *nom. pl.*: TAB. devot. Audollent 250 B 11 (*s. III*). *acc. pl.*: ITALA Marc. 9, 31 (cod. k; *cf. praef. p. CXLIV*). I Tim. 2, 8 (cod. d). CHIRON 882 INSCR. christ. Diehl 2797[B] GLOSS. II 563, 26. 34. *de formis* (*in schemate declinationis hoc verbum est* FRG. Bob. gramm. V 564, 19): *gen. sing.* -uis: VARRO Men. 423 -u⟨i⟩s (*Lachmann metri causa*) compedes ... revellere. *dat. sing.*: -u: PROP. 1, 11, 12. 2, 1, 66 SEN. Phaedr. 533. STAT. Theb. 6, 421 (399 *Kohlm.*) nulla -u (*PG,* -us *cett.*) requies. PS. QVINT. decl. 9, 18 p. 183, 22 *BVγδ* APVL. met. 4, 11 ANTH. 931, 110. PANEG. 4, 37, 4 (*A,* -ui *X*). LEX Burg. lib. const. 60, 3. -ui (FRG. Bob. *v. l. 54*): CELS. 8, 20, 1 PS. QVINT. decl. 9, 18 p. 183, 22 *βM* VLP. dig. 1, 1, 4 APVL. met. 7, 5 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 4, 1 VVLG. Dan. 4, 32 I Cor. 12, 21 MAX. TAVR. hom. 103 p. 492[B]. *gen. pl.*: -uum (FRG. Bob. *v. l. 54*): PACVV. trag. 246 VARRO ling. 9, 80 CIC. Arch. 23 off. 1, 128. LVCR. *quater.* SALL. Catil. 37, 7 VERG. Aen. 3, 486 OV. met. 4, 39 VITR. 3, 1, 3. 9, 3, 2 SEN. epist. 24, 16 GROM. p. 319, 23 APVL. met. 3, 10. 6, 11 apol. 59 TERT. 5[ies] PANEG. 4, 28, 3 FVLG. myth. 2, 7 p. 48, 3 HIER. epist. 34, 2, 2. 36, 16, 4 VVLG. *saepe.* AVG. civ. 7, 24 p. 304, 21 D. -um: VERG. Aen. 7, 490 (*cf.* SERV. *ad l.,* FRG. Bob. gramm. V 563, 2). APVL. met. 9, 4 ITALA deut. 12, 11. 17. 16, 15. 17 (Lugd.) psalm. 140, 2 (Cypr. testim. 2, 20 [*AWM*]). Ioh. 20, 25 (Priscill. tract. 1, 26). CIL VIII 10570 III 19 (*ca. 180*). *de dat. abl. pl. cf.* SCAVR. gramm. VII 24, 15 quaeritur, maximus an maxumus debeat scribi, item ... -ibus et -ubus. *formae II. decl.* (*cf.* VARRO ling. 9, 80 non -os appellamus, sed ⟨-us⟩ ..., ... non dicit *consuetudo* huius -[u]i, sed huius -us, nec hac -o, sed hac -u): *nom. pl.* -i: CIL V 8768, 3 (*ca. 400*). *abl. sing.* -o *et acc. pl.* -os: *v. supra l. 49 sqq.* *notatur*: ma: CIL III 12014, 281. 518. m: CIL II 4970, 37. 4972, 32. 6257, 9 III 12014, 286. 456. *de notione*: GLOSS. χείρ. πληθύς. πολυπληθία. multitudo vel turba. *proprie significat palmam vel pugnum cum digitis passim; opponuntur bracchium vel lacertus*: LVCR. 4, 829 bracchia ... validis ex apta lacertis esse -usque datas *eqs.* OV. met. 1, 500. 5, 214. 11, 131 LVCAN. 3, 617 CYPR. epist. 43, 6. *interdum potius artiore sensu cogitandum est de digitis* (*cf. e. g.* VERG. georg. 2, 366 uncis carpendae -bus frondes

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[Aen. 3, 217 (SERV. -us pro unguibus posuit hoc est γαμψώνυχας). 6, 360 STAT. Theb. 1, 427. 610. 2, 557]. VAL. FL. 4, 491 primae ... -us. QVINT. inst. 11, 3, 142 -us non impleatur anulis), *saepius de bracchio, ut in -bus passis* (PLAVT. Mil. 360 dispessis -bus. *cf. p. 344, 30. 68.* VAL. FL. 1, 762 effusa -us ... coniunx. GROM. p. 319, 23 -uum passus mille. 372, 5 = METROL. p. 136, 18 pertica ad -us XII pedes habet), *amplectentibus* (CIC. inv. 1, 108 inimicorum in -bus mortuus est. Cluent. 13 in ... fratris -bus et gremio ... consenescebat [*cf.* SEN. dial. 11, 2, 5 MART. 3, 5, 7]. VERG. Aen. 6, 701 OV. met. 3, 390 [*syn.* bracchia]. *et al.*). *loci notabiliores*: APVL. met. 4, 11 qua -us umerum subit. IVST. 21, 4, 7 (= OROS. hist. 4, 6, 19) -bus cruribusque fractis. CHIRON 460 -um perungito id est bracchium. SORAN. p. 30, 5 (*p. 255, 13* βραχίονας). PS. SORAN. quaest. med. 52 partes ... corporis illae, quae dextra laevaque sunt thoraci⟨s⟩ ... -us appellamus ...; post cubitos autem ... quae usque ad -us sunt, lacerti vocantur. *de* SORAN. *v. Medert, Quaest. crit. et gramm., Gissae 1921 p. 78 sqq. de* ORIB. *v. Mørland, Lat. Orib.-übers. p. 102. Svennung, Wortstud. Oribas. p. 96.* *gr. plerumque* χείρ *respondet; at* ἀγκάλη: ITALA Luc. 2, 28 (Iren. 1, 8, 4 cod. e) accepit eum in -us suas (ἀγκάλας, *Vulg.* ulnas). βραχίων: *supra l. 13.* ἰδιόχειρον: *p. 357, 45.* στρατός: *p. 366, 70.* χαρακτήρ: *p. 357, 31.* *legitur inde ab* LEGE XII tab. *p. 346, 76.* LIV. ANDR. *p. 363, 82.* NAEV. *p. 344, 63. 348, 10. 352, 65.* ENN. *l. 34. 75. p. 345, 41. 347, 31. 354, 61. 366, 54.* [*val.* mîn, *it.* mano, *francog.* main, *hisp.* mano. *M.-L.*] [*ex coni.*: LEX XII tab. 8, 3 (Paul. coll. Mos. 2, 5, 5). CATO agr. 157, 15 (malum *cod.*). SEN. Herc. O. 1214 (maius *E*, necis *A*). TERT. scorp. 10 p. 168, 23 (munus *codd.*). CAPITOL. Maximin. 10, 4 (magnus *codd.*). *suppletur*: VELL. 2, 42, 2 (*v. p. 365, 84*). CVRT. 9, 5, 25 VAL. FL. 2, 227. *falso trad.*: NAEV. trag. 44 -bus ut *pro* mansueta. PRIAP. 33, 6 -u *pro* mihi. COLVM. 2, 20, 5 -bus *pro* vannis. PLIN. nat. 2, 115 -u facta *pro* madefacta. 21, 87 -bus *pro* amnibus. SIL. 11, 41 -bus *pro* manicas. TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 638, 5 -bus *pro* mania. ITALA Is. 45, 14 (Tert. adv. Prax. 13 p. 247, 8) -bus *pro* manicis. FIRM. math. 6, 22, 13 in -u *pro* animus. *interpr. inc.*: CIL II 6328 b (Manus *nomen proprium esse putat Engel*). *loc. corr.*: ENN. scaen. 178 CIC. Att. 11, 24, 2 BELL. Alex. 22, 2 VITR. 3, 1, 5 SEN. contr. 1, 7, 1. 2, 1, 10. 9, 4 (27), 1 SEN. epist. 29, 2.]

CONSPECTVS MATERIAE

I *de membro* ***hominis*** *et rerum personatarum*: **A** *proprie*: **1** *delectus locorum ad usum in gestibus pertinentium: p. 343, 63.* **2** *alia notabiliora: p. 346, 8.* **3** *iuncturae delectae: p. 346, 39.* **4** *epitheta delecta: p. 349, 75.*
B *elocutiones, in quibus a notione primitus propria metaphorae quaedam derivantur et merae translationes: i. q. latus, pars: p. 351, 13. de potestate: p. 351, 22. de pugna, vi, robore, effectu pugnae: p. 352, 63. de subsidio, auxilio: p. 354, 67. de poena: p. 354, 83. de opera: p. 355, 8. i. q. -us humana, ars; opp. natura: p. 356, 15. de opere sive scribentis sive artificis sive alio: p. 357, 16. de hominibus: p. 357, 78. de instrumento: p. 358, 26. varia: p. 358, 56. iuncturae: p. 359, 22. epitheta: p. 365, 14.*
C *proverbia: p. 365, 63.* **D** *stilistica: p. 365, 78.*
II *propter similitudinem membri humani ita appellantur* ***aliae res*** *corporeae: proboscis elephanti, pedes bestiarum,* ***rami arborum,*** *machinae navalis et muralis, scalptorium, herbae: p. 366, 24.*
III *i. q.* ***multitudo hominum: p. 366, 47.***

2 *subest imago -us continentis; -us fere i. q.* ***potestas*** (ecclesiastica *p. 352, 30,* paterna *p. 352, 34; c. gen. rei saepius in bibliis sacris secundum usum vocis hebr.* יָד, *v. l. 28. 47. 56 sqq. p. 352, 9. cuius -us sit, saepe non indicatur, cf. l. 36*): **a** *generatim*: **α** *c. praep.*: **de (e):** Vopisc. Prob. 5, 2 *illum* e Quadorum liberavit -u (Vvlg. exod. 3, 8 ut liberarem eum de -bus Aegyptiorum). Vvlg. I reg. 17, 37 dominus, qui eripuit me de -u leonis et de -u ursi, ipse me liberabit de -u Philisthaei huius. Is. 47, 14 non liberabunt animam suam de -u flammae. Dan. 3, 88 quia ... nos ... salvos fecit de -u mortis. *al.* Inscr. NdSc. 1924 p. 347 n. 3 ⟨ut quod⟩ relictum est possideant neque de -bus eorum ⟨exeat⟩. **in -u** (*cf. etiam p. 363, 16*): *pro subi. (obi.) sunt nomina*: esse: Plavt. Amph. 80 quibus est ea res in -u (564 tibi. Bacch. 144 dis. Merc. 454 illi. 628 Poen. 52. 912 Trin. 104 Ter. Hec. 493 Caecil. com. 261 Sall. Iug. 14, 4 Liv. 24, 14, 8. 26, 8, 11. 34, 7, 11. 34, 21, 2). Most. 594 agas, quod in -u (*sc. tua; cf. l. 77. p. 352, l. 15 al.*) est (Sen. Oed. 865 parata vindicta in -u est. epist. 51, 9 ego illam [*sc. fortunam*] feram, cum in -u mors sit?). Rud. 983 in -u non est mea (Cic. epist. 14, 2, 3 haec ... in nostra. Nep. Timoth. 3, 4 Ov. epist. 12, 74. Liv. 32, 24, 2 nihil. Tac. hist. 4, 4, 1 ann. 4, 41, 2. Plin. epist. 3, 7, 14 in aliena. Apvl. Plat. 2, 20. Tert. adv. Marc. 4, 35 p. 542, 11 in -u, in potestate vestra). Liv. 2, 57, 3 quorum in -u sit (9, 46, 14 humillimorum. 22, 35, 2. 24, 13, 3 plebis. 30, 30, 19 haec in tua, illa in deorum -u est. *al.* Sen. benef. 7, 4, 6 Qvint. inst. 5, 10, 117 Tac. ann. 1, 7, 6 Plin. epist. 4, 8, 6 Apvl. Plat. 2, 23 Tert. adv. Marc. 4, 26 p. 509, 23. Vvlg. prov. 18, 21 mors et vita in -u linguae [*cf. p. 358, 30*]). positum esse: Cic. Quinct. 6 in alterius -u. Sen. dial. 10, 9, 1 Apvl. met. 11, 21. *cf. l. 65.* situm esse: Sall. Iug. 31, 5 *v. l. 63.* Tac. hist. 2, 27, 2 ann. 1, 31, 5 Apvl. Socr. 105 Boeth. cons. 3, 5, 8. habere: Liv. 21, 35, 9 uno ... proelio ... caput Italiae in -u ac potestate habituros. 34, 7, 13 in -u et tutela, non in servitio debetis habere eas. Val. Max. 7, 4, 2 Flor. epit. 3, 17, 3 Cypr. patient. 10. *alia*: Liv. 8, 13, 14 *v. l. 64.* Don. Ter. Ad. 499 res in -u fratris est constituta, non mea. Vvlg. gen. 39, 22 tradidit. Iob 8, 4 dimisit eos in -u iniquitatis suae (Greg. M. moral. 11, 18 p. 962^C in -u suorum operum [*sc. malorum*] dimissum *peccatorem* ... deserit *deus*). Sirach 15, 14 reliquit illum in -u consilii sui. *pro subi. (obi.) sunt enunt.*: *interr.*: esse: Plavt. Bacch. 144 quo eveniat dis in -ust (Merc. 628 quia tibi in -u est quod credas, ego quod dicam, id mi in -ust. Caecil. com. 261 Sall. Iug. 14, 4). Ter. Hec. 667 Cael. Cic. epist. 8, 6, 1 Sen. Phoen. 454 Tac. ann. 2, 46, 2. *alia*: Sall. Iug. 31, 5 id frustra an ob rem faciam, in vostra -u situm est. Liv. 8, 13, 14 ut, sit Latium deinde an non sit, in vestra -u posuerint *di.* Sen. clem. 1, 1, 2 in mea -u positum est (Tac. hist. 1, 29, 2 Caesar adscitus sum, quo ... rei p. fato, in vestra -u positum est [*sim.* 2, 76, 2]). Avg. in euang. Ioh. 8, 12 venerat in -u habens (*cf. l. 82*), quando iret. *c.* quin, ut, ne: Plavt. Trin. 104 est atque non est mi in -u ...: quin dicant, non est; merito ut ne dicant, id est. Ter. Hec. 493 tibi id in -ust, ne fiat (Tert. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 4). Sall. Iug. 14, 13 uti ... tuti simus, in vostra -u est (Sen. epist. 117, 22 Paneg. 11, 13, 1. Cypr. patient. 10 p. 404, 16 habuisse [*cf. l. 67*]. Boeth. cons. 3, 5, 8 situm est). Don. Ter. Hec. 580 ut nos immerito quis non oderit, non est in nostra -u. *c. inf.*: Apvl. Socr. 105 in vestra -u situm est vela nostra sinuare. Don. Ter. Eun. 151. **in -bus:** Verg. Aen. 9, 132 terra ... in nostris -bus *est* (Ov. met. 7, 335. Sen. epist. 70, 13 id in -bus *tuis* esse consilium [Stat. Theb. 10, 29 in -bus *vestris* merces]. Vvlg. gen. 14, 20). Cvrt. 3, 13, 6 quos ... in proditoris reliquerat -bus. Tert. scorp. 3 p. 151, 21 tradidit. Lact. inst. 5, 22, 16 conlocavit. Drac. Romul. 10, 135 venit. *pro obi. est enuntiatum*: Lvcan. 7, 253 in -bus vestris, quantus sit Caesar, habetis (*cf. l. 67. 73*). **in -us:** Acc. trag. 192 ut profugiens hostem inimici invadam in -us? Cic. Verr. II 4, 62 in eius regnum ac -us venerat (Liv. 1, 39, 5 hostium [Flor. epit. 2, 2, 23 *al.*]. Sen. Thy. 494. Paneg. 6, 12, 3 qui in -us [*sc. eorum; cf. p. 351, 36*] venerunt. Lact. inst. 4, 26, 27 Hier. epist. 39, 3, 6). Cic. Caecin. 45 incidere (Scaur. 1 Tusc. 2, 52 Att. 8, 11 d, 4. 10, 12 a, 1 Sen. epist. 4, 9 Flor. epit. 2, 8, 4 *al.* Tert. scorp. 5 p. 155, 13). Att. 12, 2, 1 delatum ... in -us militum. Catvll. 61, 56 tu fero iuveni in -us ... puellulam dedis (*cf. l. 13. 36*). Liv. 5, 27, 3 Falerios se in -us Romanis tradidisse. Sen. benef. 6, 9, 2 ne in piratarum -us pervenirent (Tert. mart. 4 p. 12, 15 Oe. Avg. civ. 1, 22 p. 37, 10 D.). Vvlg. Ier. 18, 21 deduc eos in -us gladii (Ezech. 35, 5). **in -um:** Liv. 1, 54, 10 Gabina res *Tarquinio* ... in -um traditur (26, 12, 11 Flor. epit. 3, 1, 17. *v. etiam l. 7. 28 p. 351, 55. 80*). Apvl. met. 10, 8 mancipabatur potestas capitis in -um carnificis. Tac. ann. 4, 7, 2 datos in -um milites. *cf. l. 6. 36.* **inter -us:** Mvtian. Chrysost. hom. 19, 2 p. 359^med. Saulem ... i. -us habens (*p. 142* εἰς χεῖρας λαβών). **sub:** *plur.*: Fronto p. 219, 2 N. s. -us (*sc. suas; cf. p. 351, 36*) cuncta ... redegit (*cf.* Cod. Iust. 7, 32, 12, 1 sin autem necdum s. -bus procuratoris ... possessio facta est). Vvlg. gen. 16, 9 humiliare s. -bus ipsius. *sing.*: Cypr. Demetr. 15 p. 362, 1 videbis s. -u nostra stare vinctos ... quos tu suspicis. Vvlg. num. 4, 23 eruntque s. -u Ithamar ... sacerdotis (Rvstic. Conc.^S I 4 p. 229, 30 populis, qui s. eorum -um sunt). num. 31, 49 pugnatorum, quos habuimus s. -u nostra (Conc.^S II 3, 1 p. 187, 17). iud. 9, 29 utinam daret aliquis populum istum s. -u mea (Lib. iubil. 37, 3). I reg. 17, 22 derelinquens ... vasa ... s. -u custodis ad sarcinas. Conc.^S I 5 p. 360, 12 ut nullus ... episcoporum aliam provinciam ... s. suam ... -um trahat.

β *cas. nud.*: Prop. 2, 10, 18 sentiat illa (*terra*) tuas postmodo capta -us. Lvcan. 7, 286 me fortuna meorum commisit -bus (Vvlg. gen. 9, 2 omnes pisces maris -ui vestrae traditi sunt [exod. 23, 31 tradam -bus vestris habitatores terrae]). Cod. Theod. 16, 10, 19, 3 episcopis ... haec ipsa prohibendi ecclesiasticae -us tribuimus facultatem.

b *speciatim de potestate paterna vel maritali vel domini* (*plur. l. 39. 43. 51. cf. Manigk, RE XIV 1377 sqq. Iörs-Kunkel, Röm.-Privatr.*[2] *1935, 279*[2]): **-u:** emittere: *v. vol. V 2, 502, 9.* mittere *v. p. 339, 36.* Cod. Iust. 7, 40, 1, 2 postquam -u paterna vel eius, in cuius potestate erant constituti, fuerint liberati. Inst. Iust. 1, 12, 6 ut ... filios ... sua -u dimitterent. **in -um:** Ter. Andr. 297 hanc mihi in -um dat. Cic. Flacc. 84 in -um ... convenerat (*v. vol. IV 826, 64, ubi addas* Vlp. reg. 9, 1. 23, 3. *cf.* in -um conventio *vol. IV 845, 82, ubi addas* Serv. Aen. 4, 104 per -us conventionem. Don. Ter. Andr. 297 per -uum conventionem). Sen. contr. exc. 3, 3 p. 216, 11 neque enim quisquam alium potest in -um suam recipere, qui ipse in aliena -u est (Gaivs inst. 2, 98 ut uxorem). Qvint. decl. 277 p. 130, 16 adultera dimissa non redit in -um mariti. Apvl. met. 8, 2 puella in ... Tlepolemi -us venerat *nubendo.* **in -u** (in -u mancipio *v. p. 254, 76 sqq.*): esse: Liv. 3, 45, 2 in patris -u (Lact. inst. 4, 29, 7). 34, 2, 11 feminas ... in -u esse parentium, fratrum, virorum (39, 18, 6 Gaivs inst. 1, 115^b. 3, 3. 41. 199. 221). 39, 9, 6 post patroni mortem, quia in nullius -u erat (Qvint. inst. 7, 7, 9 quia ipse in -u patroni fuerit). *sine gen.*: Gaivs inst. 1, 118 in earum personis, quae in -u sunt. 1, 136. 137. 148. 150. 159. 3, 40. 46. 104. 114. Vlp. reg. 9^tit. de his qui in -u sunt. **sub -bus** (*cf. Pap. Oxyrh. 9 [1912], 1208, 6 [a. 291]* τοῦ πατρὸς τοῦ καὶ ἔχοντος αὐτὸν ὑπὸ τῇ χειρὶ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους. *eadem 10 [1914] 1268, 9 [saec. III.]. cf. Wenger, Krit. Vjschr. 14 [1912] 565 sq. 18 [1919] 36 sq.*): Cod. Iust. 6, 2, 21, 1 quando ... nondum s. domini sui -bus fuerit constitutus. **a -u:** Cod. Iust. 8, 48, 6 filios ... vel ... progeniem in potestate sua constitutam a sua -u dimittere. ***gen.*** (*cf. l. 39*) ***et dat.*:** Gaivs epit. 1, 6, 3 emancipatio, ... hoc est -us traditio. *ibid.* naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est -u tradit. Vlp. dig. 1, 1, 4 quamdiu quis in servitute est, -ui et potestati suppositus est.

3 *subest imago -us ad pugnandum paratae; ex usu primitus proprio, qualis apparet e. g. in iunctura '-us conserere,' orta est notio, qua significatur* ***pugna, vis, robur*** (*epitheta v. p. 353, 33. 354, 8. 10. 61*): **a** *de pugna militari* (*iuncturas et ad a et ad c pertinentes hic attulimus*): **-u** (*cf. p. 353, 48*): *c. verb.*: Naev. com. 108 res magnas -u ... gessit (Enn. ann. 326. Sen. benef. 3, 29, 7 quae consilio ac -u gero [*seq.*: civili ac militari industria]. Val. Fl. 3, 461. *cf.* Ov. met. 13, 205 quae consilioque -uque utiliter feci. *paulo aliter l. 79*). Plavt. Most. 479 captum (Sall. Iug. 5, 4 Verg. Aen. 12, 23 Liv. 3, 71, 8 Sil. 7, 324 Florent. dig. 41, 1, 16 Lampr. Alex. 55, 3 Rvf. Fest. 28. Gloss. II 127, 9 δοριάλωτοι [280, 17]. *cf.* Verg. georg. 3, 32 rapta). Truc. 532 earum patriam ego excidi -u. Cic. Font. 44 *Macedonia* cum se ... non solum consilio, sed etiam -u M. Fontei conservatam esse dicat (Sall. Iug. 98, 1 -u consulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat [*cf. Wirz ad l.*]. Vell. 2, 18, 1 consiliis dux, miles -u. 2, 115, 4 *p. 354, 29.* Tac. hist. 2, 5, 1 consilio ac ... -u hostibus obniti. 3, 17, 1 consilio -u voce. Flor. epit. 3, 10, 4 -u proelium restituit. Lampr. Alex. 55, 1 cum ipse cornua obiret, ... -u plurimum faceret). Balb. 54 -u et virtute (*syn.* pugnando). off. 1, 81 -u cum hoste confligere (*cf. ibid.* decertandum -u est. Sall. or. Cottae 6 -u certare [Val. Fl. 6, 314]. Ov. met. 13, 10 pugnare -u. Sil. 8, 496 bellare). Att. 5, 18, 2 stamus animis et ... speramus etiam -u. *ibid.* si fuerit occasio, -u, si minus, locis nos defendemus (Caes. Gall. 5, 7, 8 Bell. Alex. 74, 1 Verg. Aen. 12,

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

627 VAL. MAX. 3, 2, 18 SIL. 13, 99). SALL. Iug. 39, 1 armatus dedecore potius quam -u salutem quaesiverat. NEP. Alc. 10, 4 ut incendio conficerent, quem -u superari posse diffidebant (SIL. 15, 119). VERG. Aen. 2, 645 ipse (*sc. Anchises*) -u mortem inveniam. 8, 294. 9, 702 Erymanta -u ... sternit (SERV. id est gladio comminus ferit). 11, 116 bellum finire -u (SERV. hoc est internecione). CVRT. 4, 14, 7 iter in patriam ... -u esse faciendum. LVCAN. 10, 426 caedes confusa -u. VAL. FL. 3, 123 tela ... conseruere -u. SIL. 2, 705 optabit cecidisse -u. 12, 718 hinc Ianus movet arma -u, movet inde Quirinus. STAT. Theb. 3, 355. 8, 696 FLOR. epit. 4, 1, 5 CLAVD. 28, 216. IORD. Get. 207 -u -bus congrediuntur. *de initio pugnae faciendo*: VARRO ling. 6, 64 conserere -u ... cum hoste (LIV. 30, 31, 8 HEGES. 1, 19, 2). LVCR. 4, 843 conferre -u certamina pugnae. VERG. Aen. 7, 604 Getis inferre -u ... bellum. 11, 505 prima -u temptare pericula belli. RVT. LVP. 1, 7 Thessalos -u lacessere. SIL. 1, 160 primus inire -u, postremus ponere Martem. TAC. ann. 12, 30, 1 pugnam -u capessiit.

c. adi.: CIC. inv. 1, 94 -u ... fortem (*vol. VI 1161, 13*). SALL. Catil. 43, 3 -u promptus (Iug. 7, 1. 44, 1 lingua quam -u promptior. LIV. 2, 33, 5 et consilio et -u. 2, 56, 7. 3, 11, 6 VELL. 2, 73, 1 CVRT. 5, 1, 18 QVINT. inst. 12, 1, 23 FRONTO p. 127, 15 N. APVL. met. 3, 5 *latro*. TERT. monog. 12 p. 782, 14 Oe. ad caedendum. IVST. 23, 4, 11). CVRT. 6, 11, 1 strenuus (7, 2, 33 TAC. hist. 2, 86, 2 APVL. met. 7, 4 Plat. 2, 28 SPART. Pesc. 4, 1 IVST. 1, 7, 13 *al.*). TAC. ann. 3, 20, 1 impiger. AVG. in psalm. 17, 51 potenti. *cf. p. 355, 56.* **-um** (-us): PLAVT. Mil. 3 contra conserta -u (*v. vol. IV 416, 24, ubi addas* CIC. Mur. 20. *cf.* SIL. 8, 35 cum Varrone -us et cum Varrone serenda proelia). CIC. Font. 12 cum ipso M. Fonteio *duce* ferrum ac -us contulerunt (*v. vol. IV 180, 55*). VERG. Aen. 12, 60 -um committere Teucris. SEN. Phoen. 436 miscere ... -us (LVCAN. 1, 682 tela -usque. 3, 569 miscentur. 4, 773 STAT. Ach. 1, 82 TAC. ann. 2, 15, 2). SIL. 6, 246 -us componere monstro. AMM. 22, 8, 18 -us Atheniensibus intulerunt. COD. Iust. 10, 1, 5, 1 obicere (9, 39, 2, 1 audaces [5, 17, 8, 3 ingerere]).

c. epith.: SEN. Tro. 671 inermes offeram armatis -us. HOMER. 270 adversas conferte -us. AMM. 28, 5, 3 barbaros adeo terruit ..., ut nec controversas opponerent -us (29, 5, 38). *cf.* ENNOD. dict. 20, 4 p. 481, 26 meliori ordini -us contrarias adtulisti. COD. Iust. *v. supra l. 32.*

ad -us (-um): CIC. Verr. II 5, 28 *in convivio* non numquam ... res ad pugnam atque ad -us vocabatur (*cf.* Cluent. 136 cum tribunus plebis populo concitato rem paene ad -us revocasset). Sest. 77 dissensione contionis ... ad -us pervenitur (VEG. mil. 1, 17 priusquam non modo ad -um, sed ad ictum missibilium potuerit perveniri). BELL. Afr. 18, 4 cum ... *non* comminus ad -us rediretur. NEP. Eum. 5, 2 ad -um accedere. LIV. 2, 30, 12 ubi ad -um venisset hostis (SVET. Nero 26, 2 ad -us ventum *est* [GELL. 1, 11, 9 AMM. 20, 11, 19]. MARCIAN. dig. 48, 19, 11, 2 cum per ebrietatem ad -us aut ad ferrum venitur. AVG. c. acad. 2, 1, 1 p. 23, 24 cum *Academicis*). TAC. Agr. 25, 3 ad -us et arma conversi (AMM. 20, 4, 14 ad tela ... et -us). 36, 1 ut rem ad mucrones et -us adducerent. VEG. mil. 1, 20 p. 24, 13 -u ad -um gladiis pugnatur (3, 23. 4, 44 p. 162, 20 VVLG. Ezech. 21, 14. AVG. in Iob 39 p. 621, 14 tamquam -u ad -um gladio verbi ... debellare cupiditates. EVCHER. hom. 4 p. 845[A] cum ipso diabolo -u ad -um ... dimicabat *Iob*). **in -bus:** SALL. Iug. 57, 4 proelium in -bus facere (*Thuc. 4, 43, 2* ἦν ἡ μάχη ... ἐν χερσί *cft. Latte, Sallust [1935] 17*). **in -us:** SALL. Iug. 89, 2 existumans Iugurtham ob suos tutandos in -us venturum (101, 4 si qui in -us venerant. LIV. 2, 46, 3 pugna iam in -us, iam ad gladios ... venerat [AVG. c. acad. 2, 13, 30 p. 44, 26 *res*]. TAC. hist. 4, 71, 5 ventum *est*. ann. 2, 80, 4. 4, 76, 3 venturos in -us non imperiti adulescentuli ..., sed Civilis. PLIN. paneg. 17, 3 [*sc. ad pugnam singularem*]). TAC. hist. 4, 29, 3 ubi sonus molientium aut adpositae scalae hostem in -us dederant. **per -us:** SALL. Iug. 31, 22 libertatem retinendam *esse*. **inter -us:** CYPR. epist. 55, 4 p. 625, 19 cum acies adhuc i. -us esset. ***dat.***: VAL. FL. 3, 104 -bus ... dari quem comminus optem.

b *de contentione in iure*: in (ex) iure -um (-u *codd. aut omnes aut aliquot* VARRO ling. 6, 64 CIC. Mur. 26. 30 epist. 7, 13, 2 PROB. litt. sing. gramm. IV 273 § 4, 4) conserere *v. vol. IV 416, 54, ubi addas* HIER. in Eph. praef. p. 459[B]. in Is. 5 praef. p. 154[C].

c *de vi et rixa* (*v. etiam l. 20. 36. 45*): PLAVT. Truc. 624 emoriere ocius, ni -u viceris. CIC. Verr. II 1, 114 hoc populus R. non -u vindicasset? (SALL. Iug. 20, 4 Adherbalem ... iniurias suas -u vindicaturum. 31, 18 non -u neque vi. 106, 6 DICT. 2, 1). Sest. 34 cum ... ad vim, ad -us, ad caedem, ad direptionem incitarentur (CVRT. 9, 9, 17 iurgantium ira perveniebat etiam ad -us. QVINT. decl. 313 p. 230, 17 oportet esse in civitate et accusatores: alioqui omnia mittuntur ad -us, omnia mittuntur ad ferrum. TAC. hist. 2, 88, 3 ad iurgium, mox ad -us et ferrum *transierunt*. AVSON. 462, 3 *iurgium* ex verbis processit ad -us [DICT. 2, 24 certamen]). har. resp. 26 non voce, sed -u. Phil. 10, 7 absens iudicio bonorum defensus esse maluit quam praesens -u (LACT. epit. 66, 1 -u partum -uque defensum). SALL. Catil. 14, 3 quos -us atque lingua periurio aut sanguine civili alebat. NEP. Timol. 5, 2 procacitatem hominis -bus coercere. HOR. sat. 2, 7, 44 -um stomachumque teneto (OV. met. 13, 203. *cf.* 6, 35 retinens [SEN. clem. 1, 3, 2 *clementia* pacem amat et -us retinet]. SEN. epist. 90, 5 continebant -us. PETRON. 105, 7 inhibete. STAT. Theb. 7, 663 prohibete). LIV. 2, 23, 10 nec temperatum -bus foret, ni (4, 3, 6. 5, 25, 2. 32, 20, 3 CVRT. 7, 5, 24 TAC. ann. 3, 14, 4 SVLP. SEV. dial. 3, 15, 3). 3, 11, 2 -u obtinendum erat, quod intenderes. SEN. Med. 181 molitur aliquid: nota fraus, nota est -us. dial. 3, 4, 3 *irae* saevae -u, verbis parciores. LVCAN. 1, 667 ferrique potestas confundet ius omne -u. STAT. Theb. 1, 176 partiti versant (*Eteocles et Polynices*) populorum fata -uque fortunam fecere levem (*i. non constantem*). 1, 440 neque ... audeat istas ... in usque -us. 9, 62 alternae (*de re v. 1, 408 sqq. 440*). 12, 437 functasque -us stimulavimus iras. QVINT. decl. 305 p. 196, 15 in istas innocentes -us initis (venitis *Rohde*) prudentes (*cf. thema*: pugnare inter se coacti). TAC. Germ. 36, 1 ubi -u agitur. hist. 1, 31, 3 *illos* minis, *hunc* -bus coercent. 1, 43, 1 modo -u modo voce vertendo in se percussores. 2, 44, 1 non probris, non -u abstinent (NOVELL. Iust. 78, 2 pr.). ann. 14, 62, 3. 16, 26, 1 -us ictusque. FLOR. epit. 1, 1, 10 matrimonia ... -u capta sunt (*cf. p. 352, 69*). 1, 10, 1 Porsenna ... Tarquinios -u reducebat. VLP. dig. 4, 2, 9 pr. si forte adhibita -u in meo solo per vim aedifico. *de* GREG. M. epist. *v. ind. p. 563.*

ad a et c iuxta pos.: *sermones bimembres*: *apponitur*: vis: CIC. Tull. 21 ⟨vi⟩ -uque (Verr. II 1, 68 Phil. 2, 91 off. 1, 76. TAC. hist. 3, 33, 1 vi -busque). Cluent. 161 vim et -us ([Catil. 1, 21 Att. 9, 12, 3]. leg. agr. 2, 99 vi et -u [CYPR. epist. 55, 13 p. 632, 19 vi et -u nostra]. Sest. 92 vim et -um). Sest. 85 vi -u (PANEG. 4, 21, 2). 91 -u ac viribus. ferrum: CIC. Font. 12 cum ... Fonteio f. ac -us contulerunt (dom. 59 quotiens est ex vestro f. ac -bus elapsus. Planc. 90 si ... illorum ... f. ac -bus concidissem). dom. 54 advocationem -bus ferro lapidibus discussisti. LVCAN. 5, 272 imus in omne nefas, -bus ferroque nocentes. 6, 552 ferro -busque suis (7, 729). TAC. hist. 2, 88, 3 *v. p. 353, 75.* PLIN. paneg. 18, 3 -us ferrumque. *al. v. vol. VI 586, 18.* arma: VELL. 2, 115, 4 non iam ductu, sed -bus atque armis ipsius Caesaris ... pacati sunt. SIL. 15, 628 a. -usque (STAT. Theb. 9, 183). TAC. Agr. 33, 5 -us et a. hist. 3, 20, 2 armis ac -u. 3, 55, 3 -u et armis. tela: STAT. Theb. 1, 655 tua t. -usque demoror. TAC. ann. 13, 6, 4 telis et -bus (14, 55, 3 t. et -us. 16, 29, 1 -us et t.). pugna: SIL. 8, 14 finis pugnaque -uque haud dum partus erat. virtus: *v. p. 352, 79.* *sermones trium aut quattuor membrorum*: CIC. inv. 1, 102 per vim, -um, opulentiam. Verr. II 1, 79 igni ferro -u copiis. 1, 82 ad vim, ad -us, ad arma. Flacc. 13 de vi, de -u, de armis, de copiis. Sest. 2 vi -u copiis. 78 vi -u ferro. FLOR. epit. 1, 13, 14 igni ferro -bus.

d *i. q. robur, virtus*: *α sing.*: SALL. Iug. 96, 3 neque consilio neque -u priorem alium pati. VERG. Aen. 11, 289 Hectoris Aeneaeque -u victoria Graium haesit. OV. met. 13, 369 pectora (*i. consilia*) sunt potiora -u. MANIL. 4, 688 Sparta -u ... princeps (VELL. 2, 119, 2 exercitus omnium fortissimus, disciplina, -u experientiaque bellorum ... princeps). PHAEDR. app. 8, 15 fidens -u unum e Romanis provocabat (HOMER. 712 animoque -uque). SEN. Med. 977 non in occulto tibi perdenda virtus: approba populo -um. dial. 2, 18, 3 Chaereae ... sermo non pro -u erat, languidus. LVCAN. 8, 388 nulla -us illis, fiducia tota veneni est. SIL. 4, 47 metui peperere -u (16, 15). 11, 296 nulloque minor famave -uve. 16, 115 proximus in pugna ductori Marte -uque. STAT. Theb. 3, 11 TAC. hist. 3, 22, 3. FLOR. epit. 4, 4, 5 -u pulcher apparuit. APVL. met. 4, 13 gladiatores ... famosae -us. VVLG. Is. 37, 27 habitatores ... breviata -u. PRVD. apoth. 451 celeberrimus ore -uque.

β plur.: TRAG. inc. 173 domui vim taurorum et segetis armatae -us. VERG. Aen. 11, 16 -busque meis Mezentius hic est (*'virtute mea talis [i. occisus] est' Heyne*). 12, 348 nomine avum referens, animo -busque parentem. LIV. 21, 41, 16 nostras nunc intueri -us senatum. SEN. Herc. f. 1260 cuncta iam amisi bona, mentem arma famam ... -us. VAL. FL. 4, 673 rediere viris animique -usque. SIL. 2, 577 vestris servitio -bus subducite matres.

e *de effectu pugnae*: ENN. ann. 167 bellum aequis -bus nox ... diremit ([LIV. 27, 13, 5. TAC. ann. 1, 63, 2 -bus aequis. AMM. 24, 4, 18 aequis -bus et pari fortuna discedunt]. SALL. Catil. 39, 4 si ... superior aut aequa -u discessisset). PRVD. psych. 11 quaeve acies furiis inter praecordia mixtis obsistat meliore -u (*aliter p. 358, 24*).

4 *subest imago -us ad opera perficienda adhibitae*: **a** ***protegentis, auxilium ferentis*** (*v. etiam p. 349, 67. 360, 6. 362, 11*): ENN. scaen. 161 ad vos adveniens auxilium et vestras -us peto. SEN. Herc. O. 1291 numquam ad tuas confugit Alcides -us (CVRT. 6, 9, 24). 1328 nec meas umquam -us imploret orbis (*cf.* 1533 invocabit. epist. 91, 5 advocat). Tro. 556 utinam quidem esses, nate, materna in -u. benef. 3, 20, 2 nulli sceleri -us commodabunt (*v. vol. III 1918, 83, ubi addas* SEN. dial. 5, 12, 2 epist. 70, 8 QVINT. decl. 297 p. 175, 10 CALP. decl. 45). dial. 4, 23, 1 ut tyrannus tyrannicidae -us adcommodaret (*v. vol. I 332, 42. 48. 66*). LVCAN. 5, 558 praebere -us. QVINT. decl. 297 p. 173, 12 *praestare* (ENNOD. epist. 7, 30, 3 vos medicam [*cf. p. 362, 21*] -um, vos opem praestate consuetam). VVLG. I Esdr. 7, 9 iuxta -um dei bonam super se (8, 22. 31. FIRM. err. 29, 3 numquam vos -us dei veneranda deseruit. *al.*). NOVELL. Valent. 13, 14 qui ... contra hostem -us suas viresque promiserint. GREG. M. epist. 11, 2 p. 261, 19 caelestis gratiae -u protegente. *nota*: PAVL. NOL. epist. 6, 1 credo in -u et in gratia domini sermonem meum ad te fuisse perlatum.

poena afficientis, adversantis: SEN. clem. 1, 21, 4 quibusdam libenter parcas, a quibusdam ... reducenda -us est. 2, 2, 1 recti mores

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

revertentur; parcetur ubique -bus tuis (*sc. Neronis*). PS. QVINT. decl. 9, 18 p. 183, 22 gravissimae per se Fortunae (*p. 343, 59*) -u pondus imponere. VVLG. exod. 14, 31 -um magnam, quam exercuerat dominus contra *Aegyptios*. I reg. 5, 6 aggravata est -us domini super Azotios ([5, 7 dura est -us eius s. nos. 7, 3. 12, 15]. 5, 12. 6, 3. 5. *cf.* LACT. inst. 6, 19, 8 *deus* iubet, uti ... -us ... nostras supra minores semper habeamus, hoc est, ut peccantes eos adsiduis verberibus corrigamus).

b *operantis, laborantis*: *α de* **opera** (CASSIOD. in psalm. 31, 4 -us per tropologiam operationem significat, quia hominum usus est -bus operari. ISID. orig. 11, 1, 66 abusive -us etiam ars vel artifex, unde et manupretium dictum. *plur. l. 41. 42. 48. 57. 58. 59. 81. p. 356, 9. 13. v. etiam s. v.* manupretium): (I) *generatim*: (A) *c. epith.* (*accedit gen. rei efficiendae l. 17. 28. 29; cf. etiam l. 57*): CIC. Brut. 126 -us extrema non accessit operibus eius (VERG. Aen. 7, 572 extremam ... bello [*cf. l. 23*] imponit [*vol. VII 1, 655, 33*] ... -um [SERV. est translatio a pictura, quam -us complet et ornat e.]. HEGES. 5, 26, 1 quasi ad e. operis [*l. 29*] -um utrimque studiis conspiratum. HIER. epist. 58, 9, 2 duceretur. BOETH. cons. 2, 7, 2 mentes ... nondum ad e. -um virtutum perfectione perductas). OV. ars 3, 226 dum coleris, nos te dormire putemus: aptius a (trist. 3, 14, 22) summa conspiciere -u (Pont. 2, 10, 14 tu canis ... quidquid restabat Homero, ne careant s. Troica bella -u. trist. 1, 7, 28 his ... abesse [QVINT. inst. 10, 1, 97 in excolendis operibus ... defuisse]. VAL. MAX. 7, 5, 4 *bello* s. -um adiecit [*cf. l. 15 et* LVCAN. 5, 484 s. ... belli te (*sc. Antonium*) poscit fortuna -um]. SEN. epist. 12, 4 *potio*, quae ebrietati s. -um imponit [*vol. VII 1, 655, 37*]. AVSON. 412, 5 *contigit*. HEGES. 4, 5 nec ad s. perfecta est -um. PAVLA Hier. epist. 46, 9, 1 se ... *non* s. ut dicitur -um accepisse virtutum. PAVL. NOL. carm. 21, 665 factis divina *dedit* gratia. CIL III 3653, 10 [*a. 371*] burgum ... ad s. -um operis [*l. 17*] ... fecit pervenire. 5670a 12 burgum ... ad s. -um perduxerunt perfectiones [*i. -is*]. X 5349, 9 termas ... ad s. -um revocavit). OV. epist. 15, 117 impositast (*vol. VII 1, 655, 35*) factae postquam -us ultima classi (trist. 2, 555 coeptis defuit. PETRON. 118, 6 nondum recepit). GELL. 17, 10, 5 quibusque inposuit census ... sui supremam -um. COD. Theod. 15, 1, 31, 1 priusquam ad perfectam -um coeptum perduxerit. *v. etiam infra l. 77.* (B) *c. vocabulo operantis*: CIC. off. 2, 13 nec ferrum ... effoderetur ... sine (*cf. l. 60*) hominum labore (*cf. l. 67. 80 sq.*) et -u (2, 14 eas *utilitates* nos nullo modo s. h. -u atque opera capere potuisse. VOPISC. Tac. 17, 5 s. hominis cuiusquam -u. *cf. l. 60. p. 356, 6. aliter p. 349, 68*). SALL. hist. frg. 2, 64 parietes templorum ambusti -us Punicas ostentabant (TAC. ann. 1, 61, 2 prima Vari castra lato ambitu ... trium legionum -us ostentabant. *cf.* Germ. 37, 1 castra ..., quorum ambitu nunc quoque metiaris molem -umque gentis). PLIN. nat. 37, 4 *anulum Polycrati* piscis ... Fortunae insidiantis -u reddidit. QVINT. decl. 317 p. 247, 26 nomen imperatoris satis significat non exigi -um ipsius. (C) *abs.* (*c. gen. rei efficiendae l. 57; cf. supra l. 13*): GRATT. 449 quis scelus aut -bus sumptum aut in pectore motum est. MANIL. 1, 96 nec prius imposuit rebus finemque -umque (*vol. VII 1, 655, 38*). VAL. MAX. 8, 7 praef. quicquid animo, quicquid -u, quicquid lingua admirabile est. 9, 11, 7 *non* levius est scelus, cui tantum modo -us abest (QVINT. inst. 7, 3, 34 in quibus omnia sunt homicidae praeter -um). SEN. dial. 6, 1, 3 homo ingenio, animo, -u liber. CAPITOL. Maximin. 10, 4 erat ... in armis ipse, -u exercitui et corpore multa semper ostendens. PS. ASCON. Verr. p. 253, 20 *v. p. 342, 9.* PHYSIOGN. 129 p. 142, 7 -u iners (*cf. p. 353, 17*), linguae indulgens. ALC. AVIT. carm. 2, 58 scelerumque -us ac tela gubernat *diabolus*. ENNOD. opusc. 6, 6 p. 403, 19 nefas est huic sacro -us negare consilio. CIL VIII 2342 Concordiae populi et ordinis, quod sumtus rei p. -bus copiisque relevarint. VVLG. Dan. 8, 25 sine (*cf. l. 37. p. 349, 67*) -u conteretur.

(II) *speciatim*: (A) *de opera rustica et opificum*: (1) *sing.*: CIC. Arat. 302 -u doctissima Pallas. Verr. II 3, 27 utrum est aequius, ... eum, qui -u quaesierit, an eum, qui digito sit licitus, possidere? (3, 199 aratro ac -u. rep. 3, 15 frumentum. nat. deor. 2, 151 agri multa efferunt -u quaesita. SEN. dial. 1, 4, 15 quaerendus -u victus. FIRM. math. 6, 30, 14 vitam. HIER. epist. 17, 2, 4 cibum. *cf.* HIL. c. Aux. 3 -u atque opere [*cf. l. 37. 81*] se alentes). VITR. 1, 1, 16 operum ingressus, qui -u aut tractationibus ad elegantiam perducuntur. CELS. 5, 26, 1[B] alia sunt, in quibus medicamenta, alia, in quibus plus -us proficit (*ibid.* quae praecipue scalpellum et -um postulant [7, 7, 1[A] -um]. 7, 7, 13[A] -us curationem desiderat [7, 30, 1[A] auxilium]. 7, 7, 15[B] -u nihil adiuvantur, medicamentis ... ad sanitatem perveniunt. 7, 26, 2[N] neque adhibendae -us. 8, 3, 10 factum -u sinum. 8, 4, 12 ad -um scalprumque veniendum est. *cf.* CLAVD. 20, 14 ulcera ... non leviore -u, ferro sanantur). SEN. nat. 2, 3, 1 ars ... quae -u constat (epist. 88, 20. 21). VAL. FL. 2, 50 ipsa *Minerva* -u dignata carinam est. QVINT. inst. 5, 11, 30 marmora deformata prima (*cf. l. 14*) -u. 7 prooem. 1 nisi ... artificium -us adhibeatur. PS. AVG. quaest. test. I 122, 9 quomodo fecit (*deus caelum et terram*)? numquid sicut nos facimus -u opere? (BOETH. mus. 1, 34 p. 223, 30 artificium, quod -u atque opere exercetur artificis. *cf. supra l. 37*). (2) *plur.*: LVCR. 1, 209 culta loca ... -bus melioris reddere fetus (*quam inculta*). SALL. Catil. 37, 7 in agris -uum mercede (*cf. p. 342, 25*) inopiam toleraverat. Iug. 73, 6 quorum res fidesque in -bus sitae erant. VITR. 1, 1, 2 architecti, qui sine litteris contenderant, ut -bus essent exercitati. SEN. epist. 37, 2 -us harenae locant (44, 3 rigando horto). LVCAN. 5, 535 -busque inopem duxisse senectam. PS. QVINT. decl. 6 tit. filius ... vicariis -bus redemit patrem. GELL. 2, 29, 7 haec ematuruisse et -us postulare. ITALA Marc. 14, 58 (Cypr. testim. 1, 15 p. 49, 17) aliud *templum* excitabitur sine -bus ([ἀχειροποίητον, VVLG. non -u factum]. VVLG. Dan. 2, 34 abscisus est lapis de monte s. -bus [HIER. epist. 22, 19, 5 *al.*]. *cf. p. 355, 37*). (B) *i. q. artis peritia, sollertia*: OV. fast. 3, 825 licet ... -bus conlatus Epeo sit prior, irata Pallade mancus erit. VAL. FL. 3, 336 *dona ferunt* quae (*i. prout*) cuique -us ... fuit (*v. Langen ad l. et Leo, GGA 1897, 965*). STAT. silv. 2, 2, 60 *Arionis* -us et chelys *Amphionis* ... cedat tibi. QVINT. inst. 2, 19, 3 plus in -bus fuisset quam in marmore. VVLG. Sirach 9, 24 in -u artificum opera laudabuntur. *cf. p. 342, 2.*

β significantius dictum i. q. -us humana (cf. p. 348, 29. 35 al.), ars; opp. natura (ubique sing. praeter PLIN. nat. 16, 3 tribunalia exstructa -bus. STAT. Theb. 6, 242 opus adcelerasse -us. silv. 1, 3, 16 *p. 357, 1; ubique abl. praeter* CIC. off. 2, 12 *infra l. 83.* SEN. dial. 6, 17, 4 quos *portus* aut natura posuit ... aut adiuvit -us. STAT. Theb. 6, 242 *v. l. 17.* silv. 1, 3, 16 *p. 357, 1.* PLIN. epist. 5, 6, 40 qua -us duxit, secuntur *rivi*. AVIEN. ora 709): (I) *-u fiunt corporea*: (A) -u facere (*cf. p. 348, 36*): VARRO rust. 3, 14, 2 *locus* si naturalis non est, ... -u facere oportet roscidum. SEN. epist. 89, 21 nec contenti solo, nisi quod -u feceritis. CVRT. 8, 2, 20 *petram* -u perviam ... fecerant. COLVM. 8, 14, 2 si est ... flumen, alia non quaeratur aqua; sin aliter, lacus piscinaque -u fiant. SIC. FLACC. grom. p. 142, 22 APVL. apol. 14. -u factus (GLOSS. χειροποιητός): *generatim*: *pro adi.* (f. -u: LVCR. 2, 378 OV. met. 2, 856. 11, 729 PRVD. perist. 3, 78. -u ... f.: SEN. nat. 4, 2, 8): VARRO rust. 3, 11, 1 naturalis ... lacus ... aut -u f. piscina (CELS. 3, 27, 1[E] vel naturales vel etiam -u f. tales natationes. COLVM. 6, 22, 2 lacus. MELA 3, 80 amnis. PLIN. nat. 4, 84 fluit -u f. alveo in Bucen, naturali in Coretum). CIC. fin. 3, 74 aut in natura ... aut in operibus -u f. nat. deor. 1, 20 non modo natum mundum ..., sed etiam paene -u f. (*cf.* BELL. Alex. 72, 1 tumulus naturalis, velut -u f. OV. met. 2, 856 cornua parva quidem, sed quae contendere possis f. -u). off. 2, 14 portus. LVCR. 2, 378 natura ... constant neque f. -u sunt ... primordia rerum. SEN. nat. 2, 10, 4 ignes. epist. 41, 3 specus (55, 6 speluncae). CVRT. 5, 1, 34 opera (PLIN. nat. 6, 43). PLIN. nat. 6, 138 in colle -u f. (8, 25 in vallem). *et al.* *pro subst.*: SEN. epist. 91, 11 non tantum -u facta labuntur nec tantum humana arte atque industria posita vertit dies. *speciatim i. q. artificiose factus*: CIC. Verr. II 4, 125 gramineas hastas ... in quibus neque -u factum quicquam neque pulchritudo erat ulla. VITR. 9 praef. 9 opus -u f. subtiliter. PLIN. epist. 4, 30, 2 cenatiuncula -u f. *i. q. corruptibilis* (*opp.* aeternus): *pro adi.*: TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 615, 22 domum aeternam, non -u f. (VVLG. II Cor. 5, 1. *inde et al. Eccl.*). ITALA lev. 26, 2 (Lugd.) non facietis vobis idola -u f. ([χειροποίητα]. HIER. epist. 21, 12 VVLG. Dan. 14, 4). Marc. 14, 58 (cod. k) *et* VVLG. templum istud (VVLG. act. 17, 24 deus ... non in -u f. templis habitat. AVG. civ. 10, 12 p. 422, 33 D. in vero nec -u f.). VVLG. Hebr. 9, 11. 24. RVFIN. Adamant. 2, 19 illi coeli ... non sunt -u f. PAVL. NOL. carm. 17, 330 non -u f. ... pectorum tectis. epist. 32, 6 p. 280, 20 cum hos *versus* operibus *tuis* -u f. dedissem, illam non -u f. ... gratiam dei ... silere non possum. *notiones generalis et specialis in eodem enunt.*: PRISCILL. tract. 3, 67 p. 52, 6 distrui templum satis non fuit; nam quia facile erat, ut, quae -u facta (*gen.*) erant, in -u factis (*spec.*) homo redderet, arca incensa est testamenti. *pro subst.*: TERT. adv. Prax. 16 p. 258, 24 deus non habitat in -u factis (*cf.* VVLG. act. 7, 48). LACT. inst. 2, 3, 6 terrena et -u facta venerari (7, 26, 6 -u f. coluerunt). *i. q. idolum*: ITALA Is. 19, 1 (Tycon. 43, 6 Aug. civ. 8, 23 p. 357, 11 D. Ps. Matth. euang. 23) comminuentur -u facta Aegypti (τὰ χειροποίητα, *Vulg.* simulacra). 46, 6 (Wirc., Cypr. testim. 3, 59) fecerunt -u facta. HESYCH. in lev. 26, 27 p. 1152[D]. *inde* manufactilis, *v. p. 337, 82.* (B) *c. aliis verbis*: *de quibuscumque aedificatis*: RHET. Her. 3, 16, 29 locis ... qui ... aut natura aut -u sunt absoluti ... ut aedes, intercolumnium, angulum, fornicem. CIC. Verr. II 3, 4 urbem ... quae cum -u munitissima esset, tum loci natura terra ac mari clauderetur (CAES. Gall. 3, 23, 2 civ. 5, 57, 1 VEG. mil. 4, 1). rep. 1, 41 *sedem* locis -uque *saepire*. VERG. georg. 2, 156 congesta -u praeruptis oppida saxis. OV. Pont. 4, 7, 23 dubium, positu melius defensa -une urbs *eqs.* LIV. 2, 5, 4. 33, 17, 5 CVRT. 3, 4, 2. 8, 2, 22. COLVM. 7, 6, 6 caprile vel naturali saxo vel -u constratum. PRVD. apoth. 513. *de aquae ductu*: COLVM. 2, 17, 7 imber aut -u rivus perductus. 11, 3, 10 PLIN. nat. 18, 170. *de plantis*: VARRO rust. 3, 5, 12 silva -u sata (CAES. civ. 3, 44, 3 VERG. georg. 3, 176 SEN. nat. 3, 27, 4 COLVM. 3, 1, 1 PLIN. nat. 15, 134 TAC. hist. 5, 7, 1 LABEO dig. 18, 1, 80 pr. PAVL. dig. 18, 1, 40, 3). SEN. nat. 6, 28, 1 tot venena nascuntur non -u sparsa, sed sponte. CVRT. 7, 2, 22 nemoribus -u consitis. PLIN. epist. 5, 6, 17 retentas -u arbusculas. FRONTO p. 7, 17 N. arbusculae -u cultae. (C) *verbo faciendi non expresso* (*cf. l. 83 p. 357, 1*): CIC. top. 39 loci vitio et -u nocens genus aquae. SEN. nat. 6, 17, 2 ubi saxa -u vel casu in latere pressere venientem *aerem*. (D) *iuxta posita*: CIC. Marcell. 11 *aliquid* opere et -u factum. off. 2, 12 nisi -us et ars accessisset (OV. fast. 1, 406 positis arte -uque comis. FEST. p. 37, 33 arte

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et -u facti. STAT. silv. 1, 3, 16 ante -us artemque. PAVL. MED. bened. 4, 2 victum -u et arte captantes). FRONTO p. 8, 13 N. aggeres -u ac ratione constructos.

(II) *incorporea* (*ubi nihil addidi, verbum est* facere): VERG. Aen. 6, 434 sibi letum ... peperere -u. OV. Ib. 146 sive ego ... longis consumptus ab annis sive -u facta morte solutus ero (FLOR. epit. 4, 2, 83 occupare. *cf.* SEN. epist. 58, 32 finem non opperiri, sed -u facere. LVCAN. 4, 484 accersas dum fata -u. 4, 535 promisso sibi fine -u. *cf. infra l. 68*). SEN. benef. 6, 41, 1 occasiones reddendorum *beneficiorum* observare, non -u facere. dial. 4, 9, 3 pestilentiam (dial. 10, 3, 2 morbos). dial. 5, 12, 1 querellas. 6, 19, 2 orbitatem. epist. 52, 6 quaedam ingenia (*cf. p. 360, 72*) facilia ..., quaedam -u, quod aiunt, facienda sunt. 115, 2 oratio si circumtonsa est et fucata et -u f. QVINT. inst. 5, 14, 32 ea ... ipsa provenire natura, non -u f. POMPON. dig. 8, 3, 20, 1 HIER. adv. Iovin. 1, 38.

γ de opere: (I) *speciatim*: (A) *scribentis* (*proprie*: CIC. Att. 2, 23, 1 epistulam ... mea -u scriptam. *sim. saepe. cf. p. 366, 9. nota*: CIC. Att. 11, 24, 2 ad meam -um ⌊redeo; erunt⌋ [⌊ ⌋ *Wesenberg*, reddiderint *codd.*] enim haec occultius agenda): (1) *i. q. modus litteras scribendi cuique proprius*: CIC. Catil. 3, 10 cognovit et signum et -um suam (3, 12. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 48, 7 dicitur quisque agnoscere -um suam, cum id quod scripserit agnoscit). 3, 13 signa, -us (4, 4. Att. 1, 2, 4). Phil. 2, 17 cum ... confiterentur ... sua -u ... capti. Att. 7, 2, 3 Alexidis -um amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae litterae. 8, 13, 1 librarii (ad Q. fr. 3, 3, 1). OV. ars 3, 496 Pont. 2, 10, 7. VOPISC. Car. 16, 8 *imitari* (EVTR. 9, 15, 2). HIER. epist. 7, 2, 1. COD. Theod. 2, 27, 1, 1 (*syn.* scriptura). *ibid.* 4. CASSIAN. inst. 5, 39, 2 librariam -um. CONC.[S] I 5 p. 318, 2. CASSIOD. inst. 1, 12, 3 minutiore -u (*i. minoribus litteris*). PALLAD. hist. mon. I 25, 8 p. 311[C] subtiliter illa scribebat -u, quam Oxyrincham vocant Graeci (*p. 120, 12B.* χαρακτῆρα. II 15 p. 371[C] pulchre scribebat libralem -um). [*dub.* OV. ars 2, 596 arcana verba notata -u. *de litteris arcanis aut de atramento q. d. sympathetico intellegit Brandt ad l.; possis etiam sic accipere, ut -us i. persona scribentis alios latere velle dicatur.*]

(2) *i. q. scriptum, libellus*: PLIN. nat. 13, 83 Gracchorum -us ... vidi. QVINT. inst. 1, 7, 20 'caussae' ... *Ciceronem* et Vergilium quoque scripsisse -us eorum docent. MOD. dig. 22, 3, 15 propter emissam -um. APVL. apol. 69 quantum lingua eius -u discrepet. AVG. c. Faust. 14, 3 p. 405, 7 -us dicitur scriptura, quae fit per -um. dicimus enim: prolata est -us eius, habeo -um tuam, recipe -um tuam. COD. Theod. 7, 8, 4 mensorum nostrorum -um, qua ... postibus hospitaturi nomen adscribunt. 10, 16, 3 sub propriae adnotationis -u. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 119, 11 ne ... fastidium ... inponeremus suscriptionibus, contenti fuimus -bus praesidentium (*I 1, 3 p. 53, 2* χερσίν). II 3, 1 p. 93, 6 iubete recitari -um ipsius (*II 1, 1 p. 113, 19* τὸ ἰδιόχειρον). EPIST. Austras. 48 p. 153, 6. Merov. 4 p. 439, 32 -us eorum ... receperat (*i. epistolas*). LEX Burg. lib. const. 60, 3. (3) *i. q. genus scribendi, stilus* (?): VIRG. gramm. epist. 3 p. 137, 33 Bientius quidam epistolarem exercens -um talibus utitur initiis: 'cannenti (*i.* cānenti?) domino Seneno'.

(B) *artificis i. q. artificium*: (1) *abs.*: CIC. leg. 2, 28 bene vero, quod Mens ... consecratur -u ('*i. operibus -u factis, signis et delubris, non solum mente et animo' Vahlen ad l.; aliter Sittl supra p. 346, 20*). AETNA 598 tabellae signave: nunc *Venus* ..., ... nunc *Medea*, nunc *Iphigenia* ... et iam mille -us. PROP. 3, 21, 30 tabulae pictae, sive ebore exactae seu magis aere -us. PLIN. nat. 36, 31 AVSON. 330, 4. (2) *c. gen.*: VERG. AEN. 1, 455 artificum (VAL. FL. 4, 286 SIL. 14, 654. AVSON. 65, 4 haec -us artificis dicitur, illa deae). PETRON. 83, 1 Zeuxidos -us vidi (STAT. silv. 1, 3, 47 vidi artes veterumque -us). MART. 4, 39, 3 Praxitelūs -um Scopaeque (*syn. v. 2* artes, *v. 5* labores). 8, 51, 2 Mentoris haec -us est an, Polyclite, tua? APVL. met. 10, 30 mons ligneus ... summo cacumine de -bus fabri fonte manante ... aquas eliquans. *adde*: STAT. Theb. 8, 305 Prometheas ... -us (*i. homines Promethei -u factos*).

(II) *generatim i. q. factum, facinus*: VERG. Aen. 6, 683 fataque fortunasque virum moresque -usque. SEN. Ag. 23 ob infandas -us *in Orco damnatos*. Herc. O. 909 cur tuas damnas -us? Med. 181 *v. p. 354, 3.* LVCAN. 4, 577 servitium fugisse -u (7, 309 sors quaesita -u. *cf. supra l. 8*). VAL. FL. 5, 131 vos mihi nunc pugnas ... Herculis ... vestrasque ... memorate -us. STAT. Theb. 3, 601 -u praegressus avorum facta. 5, 122 *Procne* ulta -u thalamos. 12, 768 risit vocesque -usque. QVINT. decl. 345 p. 362, 20 honorem non ... -us mittit, sed arca. PLIN. paneg. 13, 5 studium armorum a -bus ad oculos ... translatum est. APVL. met. 6, 30 -u secutus (*cf. 3, 16* verbum facto secutus). TERT. resurr. 45 p. 91, 24 quantulum enim temporis inter -um dei et adflatum? VVLG. psalm. 108, 27 -us tua (יָדְךָ) haec est et tu, domine, fecisti eam. CLAVD. 26, 268 qui ... sponderet meliora -u.

δ de hominibus: (I) *significantur homines, quorum opera alii* (*res personata: p. 358, 2*) *utuntur tamquam operantes instrumento -uum* (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 48, 7 solent et homines dicere -us suas esse alios homines, per quos faciunt quod volunt. FERRAND. epist. 7, 7 p. 935[C] quisquis duci familiariter inhaeret, cui multa exsequenda committit, -us est ducis): CIC. Verr. II 2, 27 comites illi tui delecti -us erant tuae; praefecti, ... praecones -us erant tuae. OV. met. 5, 365 arma -usque meae, mea, nate, potentia. SEN. dial. 2, 8, 3 *homines potentes* fortunae -us esse (*aliter* PS. QVINT. decl. 9, 18 p. 183, 22 *p. 355, 2*). MART. 1, 101, 1 illa -us quondam studiorum fida meorum ... Demetrius. QVINT. inst. 12, 8, 4 sequester ille et media (*cf. l. 8*) litium -us (*i. pragmaticus*). TAC. Agr. 15, 2 alterius (*sc. legati*) -us centuriones, alterius (*sc. procuratoris*) servos vim et contumelias (*in Britannos*) miscere. ARATOR act. 1, 555 ecclesiae (*sc. levita*). *nota de re personata*: QVINT. inst. 11, 2, 3 *hoc memoria* quasi media (*cf. l. 3*) quaedam -us acceptum ab inventione tradit elocutioni.

(II) *significantur homines, quorum -uum opera imprimis requiritur* (*pars pro toto*): VERG. Aen. 11, 329 ipsi numerum ... carinis praecipiant, nos aera, -us, navalia demus. 11, 379 bella -us poscunt (STAT. Theb. 10, 194 poscit fortuna -us. PLIN. epist. 9, 37, 4 *hoc opus* numerosas -us poscit [10, 50, 2]). VITR. 10, 8, 2 quod -uum multitudo non potest movere. VAL. FL. 1, 754 mille ciere -us et iam dare iussa vocatis. STAT. silv. 1, 4, 74 sole sub omni permeruit iurata -us. 3, 1, 118 innumerae coiere -us. 4, 3, 49 o quantae pariter -us laborant! hi caedunt nemus *eqs.* Theb. 2, 217 tantum ausae perferre -us. 7, 574 obvia (*cf. p. 365, 26*). QVINT. decl. 315 p. 239, 13 de ministro tantum, de -u tantum quaeritur. TAC. ann. 15, 50, 2 adscitae sunt *in coniurationem* ... militares (*cf. p. 349, 63. 350, 10*) -us, ... tribuni. APVL. met. 4, 9 contempta (*i. pro nihilo habita*) pugna -us unicae. 6, 27 auxilium validioris -us implorare. CLAVD. carm. min. 30, 205 posito certamine nautae contenti meliore (*aliter p. 354, 65*) -u (*sc. gubernatoris*) seseque ratemque unius imperiis tradunt.

ε de instrumento: (I) *c. gen. rerum incorp.*: APVL. met. 3, 16 totas (*i. omnes*) artis *magicae* -us, machinas omnes ... exercet. AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 23, 2 frustra medicinae -us adhibetur ad vulnera (AVG. conf. 7, 8, 12 residebat tumor ex occulta -u m. tuae). AVG. conf. 5, 1, 1 accipe sacrificium confessionum mearum de -u linguae meae (serm. cod. Guelf. ed. Morin app. 3, 1 p. 179, 2 dominicum semen per -us l. nostrae in vestris cordibus ... seminare [EVGIPP. epist. ad Pasch. 5 per -us l.]. *aliter p. 351, 47*). 10, 8, 12 abigo ea -u cordis a facie recordationis meae (GREG. M. moral. 4, 65 p. 672[C]). SALV. eccl. 3, 7 quasi amoris -u (*cf.* GREG. M. in euang. 2, 4 p. 1083[D] -u sancti desiderii). PRAEDEST. 1, 44 p. 601[A] nos haereticos ... non rebaptizare, sed -um reconciliationis accedere. GREG. M. dial. 2, 22 p. 176[D] -us tuae locutionis tersit a me ... dubietatem mentis. 4, 58 p. 668[C] -u sanctae considerationis. 5, 8 p. 684[A] -u sanctae discretionis. *al.* (II) *c. gen. hominum*: FRONTIN. aq. 2 ut -us quaedam et instrumentum agentis. *nota iuncturas* per -um, in -u *alicuius in interpret. hebr.* בְּיַד: *i. q. aliquo intercedente, mandata deferente*: VVLG. exod. 9, 35 sicut praeceperat dominus per (*cf. p. 349, 57*) -um Mosi (35, 29 iusserat. lev. 8, 36 locutus est [10, 11 APRING. in apoc. 22, 6 p. -us servorum suorum]. 26, 45 num. 4, 45. 9, 23 *al.*). num. 10, 13 iuxta imperium domini in -u Mosi (Ios. 14, 2. I reg. 28, 15 exaudire me noluit neque in -u prophetarum neque per somnia. III reg. 12, 15. 14, 18. Gal. 3, 19 lex ... ordinata per angelos in -u [ἐν χειρί] mediatoris [*cf.* AVG. civ. 10, 32 p. 457, 6 D. in -u m.]). *sim. fere i. q. aliquo duce, mandante*: VVLG. exod. 38, 21 quae numerata sunt ... per -um Ithamar (*cf.* num. 33, 1 qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas in -u Moysi et Aaron [*i. illis ducentibus*]). Iob 27, 11 docebo vos per -um dei. (III) *abs.*: RVT. NAM. 1, 368 humanis -bus non sufficit usus inermis, si non sint aliae ferrea tela -us (*sc. in agro colendo sim.*).

c *varia*: *α de gestu* (*cf. p. 344, 79. 345, 21. 35*): (I) *c. iuxta pos.*: CIC. Rab. perd. 32 orbis terrae distributionem ... animis, -bus, vocibus re⟨pudiastis⟩ (SIL. 6, 458 voce -uque ... vocabant [12, 510 STAT. Theb. 5, 409. 9, 161. TAC. hist. 3, 29, 2 -u ac voce]. *cf.* FLOR. epit. 4, 2, 82 oculis -bus clamore). QVINT. inst. 11, 3, 182 vocis flexus, varias -us, diversos nutus actor adhibebit. TAC. hist. 4, 4, 3 vultu -uque (SVET. Aug. 34, 2 -u vultuque [53, 1]). ann. 13, 23, 2 nutu aut -u. PLIN. epist. 5, 3, 9 ex vultu oculis nutu -u. 8, 14, 20 -u gestuque. APVL. met. 3, 12 oculis nutibus ac denique -bus. SYMM. epist. 7, 19 diu afueras, nihil scripseras. quis *magis* cantu aut -u has offensiones levasset? (II) *sine iuxta pos.*: VERG. Aen. 11, 435 arma -u ... poscunt (SERV. praeter vocem gestum etiam flagitantis expressit nec est superfluum -u, ut quidam volunt). CVRT. 9, 5, 13 -u provocans hostes. STAT. Theb. 1, 205 *v. p. 345, 9.*

β de iactu: EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 3 si, quas -us (*in lusu aleatorio*) remisi cuique, exegissem ..., vicissem vel quinquaginta milia. SIL. 7, 648 sagittam fundit ... nec damnata -us (STAT. Theb. 9, 770 numquam cassa -us, nullum sine numine fugit missile). STAT. Theb. 6, 690 (668 Kohlm.) maiorque -us (*in disco iaciendo*).

de verbere (*cf. p. 360, 81*), *ictu*: LIV. 9, 34, 23 -u violatum (QVINT. inst. 5, 10, 64 verbis aut -u ⟨male facere⟩ [6, 2, 23 in maledicto plus iniuriae quam in -u. VAL. CEM. hom. 13, 4 iniuriam aut -u factam aut verborum stimulis excitatam]. IAVOL. dig. 9, 2, 37 pr. -u iniuriam dedit). SEN. Herc. f. 1040 stat ... hostia, expectat -um. LVCAN. 8, 271 an Libycae Marium potuere ruinae erigere ...: me pulsum leviore -u fortuna tenebit? (8, 708 impulit illum dilata fortuna -u). STAT. Theb. 2, 52 Eumenidum vocesque -usque ... sonuere. GREG. M. moral. 2, 58 -us peccantium ... toleravit *Iesus*. *in imag.*: QVINT. inst. 6, 4, 8 non enim cogitandum, sed dicendum statim est et prope sub

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

conatu adversarii -us exigenda. *in sermone gladiatorum*: QVINT. inst. 5, 13, 54 gladiatorum -us ... secundae ... tertiae ... prima ... quartae. 9, 1, 20 in armorum certamine adversos ictus et rectas ac simplices -us ... propulsare facile est.

γ *de tactu*: VERG. Aen. 7, 490 *cervus* -um (*v. p. 342, 68*) patiens mensaeque adsuetus erili. OV. ars 1, 180 signa *militaria* ... barbaricas non bene passa -us. PLIN. epist. 3, 14, 6 a servo ... ut transitum daret -u leviter admonitus. *huc potissimum referendum videtur* CE 2124 hic Optata sita est, quam tirtia rapuit aestas. lingua, -u (*i. blandimentis amoris*) nunquam dulcior ulla fuit. *de plausu*: SEN. epist. 8, 6 cum ... in senatu candidato vocem et -um commodarem (PLIN. paneg. 71, 6 cum orationi oculos vocem -um commodares). PLIN. epist. 9, 34, 2 quae pronuntiabit, murmure oculis -u prosequar.

δ *singularia*: PS. QVINT. decl. 6^ult. -us caecae *i. -us iniectio mulieris caecae* (*cf. p. 360, 36 et Dessauer, Handschr. Grundlagen, Leipzig 1898, 82*). PAVL. NOL. carm. 25, 138 quae nobis cum Pharaone -us (*i. societas, communio*)? dissidet a nostris cava mundi gloria regnis (*cf. p. 361, 38*). 27, 445 neque tantum, qua iacet ora totum corpus (*sancti defuncti*), ibi positorum gratia vivit, sed quacumque pii est pars corporis, et -us (*i. vis, efficientia*) extat.

5 *exempla aliarum elocutionum ex usu proprio in translatum abeuntium secundum* **iuncturas** *digesta*: **a abl.**: α *instr.* (*cf. p. 347, 27*): PLAVT. Curc. 491 si quisquam hanc liberali causa -u assereret (*v. vol. II 863, 57*). CIC. off. 3, 68 aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: leges, quatenus -u (*i. manifesto*) tenere possunt, philosophi, quatenus ratione et intellegentia. LVCR. 2, 869 (τὰ φαινόμενα) -u ducunt et credere cogunt (PLIN. nat. 2, 241 legentium animos per totum orbem veluti -u ducere. LACT. inst. 4, 13, 4 *nos* quasi -u ad immortalitatem ... educere. *cf. p. 362, 84*). TAC. Agr. 9, 2 quia ... castrensis iurisdictio ... plura -u (*i. praecise, sine ambagibus; cf.* brevi -u *p. 365, 14*) agens calliditatem fori non exerceat (POMPON. dig. 1, 2, 2, 1 populus sine lege certa ... agere instituit omniaque -u a regibus gubernabantur). FLOR. epit. 3, 5, 9 Sylla ... ruentem ulterius *Mithridaten* quadam quasi -u reppulit. β (ex, de *c.*) *abl. separ.* (*cf. p. 346, 76*): abicere: VAL. MAX. 7, 6, 1 imperii sui gubernacula e -bus. amittere: PLAVT. Mil. 457 -bus ... praedam (*v. vol. I 1935, 12*). deponere: CIC. ac. 1, 3 *opera et studia* (*cf. l. 48*) de -bus. dimittere: CIC. orat. 105 neque *Demosthenem* dimittis e -bus et tamen nostra etiam lectitas. CAES. Gall. 6, 8, 1 praedam ex -bus (*sim.* 6, 37, 10 civ. 1, 64, 3. 3, 49, 2). effluere: SEN. benef. 7, 19, 3 *beneficium* accipientis -bus. effugere: CIC. S. Rosc. 34 de -bus vestris (*v. vol. V 2, 204, 36*). elabi: CIC. Mur. 85 (*v. vol. V 2, 316, 6. 317, 3. 61*). emittere: CIC. Verr. II 4, 44 *praedam* de -bus (*v. vol. V 2, 503, 80*). *v. etiam p. 352, 33.* eripere: CIC. S. Rosc. 149 *vitam* Sex. Rosci ... de -bus sectorum (*v. vol. V 2, 792, 65. 793, 18. 794, 54. 67. 795, 6. 19*). *cf. p. 351, 28.* eruere: TERT. nat. 2, 17, 10 Delphos de -u Pyrrhi (*v. vol. V 2, 846, 28*). evadere: LIV. 22, 49, 9 e -bus hostium (*v. vol. V 2, 986, 72*). excutere: CIC. Mur. 30 omnia ista nobis studia (*v. l. 37*) de -bus excutiuntur. *proprie*: PERS. 3, 101 e -bus (SVET. Galba 1). VAL. FL. 1, 618 -bus. STAT. Theb. 10, 546 -u. VLP. dig. 9, 2, 27, 21 de -u. extorquere: *proprie*: CIC. Verr. II 4, 52 de -bus (Mil. 18). CVRT. 8, 2, 5 e -bus. APVL. met. 6, 27 -bus (8, 13). *transl.*: CIC. Verr. II 5, 184 de -bus (Catil. 1, 16 Flacc. 97 Pis. 5 de orat. 2, 74. CYPR. epist. 30, 2 p. 549, 21 quasi extorto de -bus consiliorum gubernaculo). Cluent. 52 ut quidquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e -bus (leg. agr. 2, 19 Catil. 1, 16. 2, 2 Planc. 98 de orat. 2, 109 Brut. 7). Phil. 13, 15 -bus (VAL. MAX. 3, 2, 9 victoriam). omittere: SEN. Ag. 141 regimen e -bus. APVL. met. 6, 19 de -bus ... offulam. perdere: HIER. epist. 22, 29, 3 castitatis ... coronam ... de -bus. ponere: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 23 quos ... libros ... de -bus ponere non solebat.

D *iunctura* -um f a c e r e (*cf.* glomerare *p. 366, 63.* colligere *p. 366, 61.* cogere *p. 366, 79*): 1 *vis infertur*: **a** *proprie*: *α in pace*: CIC. Verr. II 4, 96 f a c t a -u armataque ... foris aedis effringunt (LIV. 4, 9, 7 -u f. virginem ex domo matris rapiunt. AMPEL. 26, 1 *Ti. Gracchum* Scipio Nasica f. -u oppressit. VLP. dig. 48, 13, 7 -u f. templum effregerunt. PAVL. sent. 5, 31, 2 qui custodiam militi prosequenti f. [magna *cod.*] -u excusserunt). 5, 47 si aliquam -um contra rem p. facere potuisset *praedo a Verre dimissus*. Caecin. 33 cum -um fecerit, copias pararit (*sc. contra rem p.*). *β in bello*: CAES. civ. 3, 9, 6 -u f a c t a ... in ... castra inruperunt (BELL. Afr. 32, 4 uti -u f. se suosque defenderent. SERV. auct. Aen. 3, 286 urbem diruituri muros subiere). BELL. Hisp. 22, 6 praesidio comparato, cum bene magnam -um fecisset. **b** *translate*: TERT. apol. 39, 2 congregationem facimus, ut ad deum quasi -u f a c t a precationibus ambiamus. haec vis deo grata est (VITA Cypr. 16 quasi ad expugnandam mortem -u f. veniretur). MACR. Sat. 6, 3, 1 cum ... coactae ... omnium (*poetarum*) vires -um contra (*sc. Homerum*) fecerint (*sc. ut ei versum subtraherent*). 2 *vis non infertur*: TERT. Scap. 5 p. 550, 1 Oe. cum persequeretur ..., omnes ... Christiani ante tribunalia eius se -u f a c t a obtulerunt.

***syn.*:** ars: *p. 356, 40. 357, 59. 60.* bracchium: *p. 343, 10.* caterva: *l. 12.* cohors: *p. 366, 68. 71.* copiae: *p. 366, 58. 70. 83. 367, 2.* factum: *p. 357, 71. 74.* ferrum: *p. 353, 75.* gens: *p. 367, 38. 40.* labor: *p. 357, 60.* littera: *p. 357, 25.* machina: *p. 358, 28.* ops: *p. 362, 20.* pars: *p. 351, 18.* populus: *p. 367, 41.* potestas: *p. 352, 34. 56.* scriptura: *p. 357, 27. 39.* subscriptio: *p. 357, 43.* turba: *p. 367, 75. 77. 82.* virtus: *p. 354, 47.* vis: *p. 354, 54. 366, 68.* ulna: *p. 343, 19.*

***app.*:** animus: *p. 354, 46.* SEN. dial. 5, 3, 3 animo simul ac -u saevit. arma: *p. 354, 29. 37.* ars: *p. 356, 83.* auxilium: *p. 354, 68.* consilium: *p. 352, 77.* copia: *p. 367, 48.* copiae: *l. 15 sqq.* ferrum: *p. 353, 27. 354, 27. 36. 38.* gestus: *p. 358, 63.* ictus: *p. 354, 14.* instrumentum: *p. 358, 41.* lingua: *p. 353, 80. 359, 9.* mancipium: *p. 254, 76.* multitudo: *p. 366, 76.* nutus: *p. 358, 62. 63.* operae: *l. 17.* opus: *p. 356, 83.* potestas: *p. 274, 79. 351, 42. 51. 352, 60.* praesidium: *l. 17.* pugna: *p. 354, 34.* ratio: *p. 357, 3.* tela: *p. 354, 32.* tutela: *p. 351, 52.* virtus: *p. 352, 79.* vis: *p. 354, 18. 36 sqq.* vox: *p. 344, 80. 345, 14. 358, 57 sqq. 359, 11.* vultus: *p. 358, 61.*

***opp.*:** animus: CIC. orat. 100. consilium: *p. 352, 66. 68. 73. 76. 353, 19. 354, 40.* CIC. S. Rosc. 97 Mil. 47 QVINT. decl. 317 p. 247, 22. 382 p. 427, 6. exercitus: *p. 367, 20. 57.* lingua: CIC. Catil. 3, 16 Balb. 54 Ov. Pont. 4, 9, 11. locus: *p. 356, 69.* natura: *p. 356, 32. 36. 65.* (*cf.* naturalis *p. 356, 22. 29 sqq. al.*). pectus: *p. 354, 42. 355, 48.* positus: *p. 356, 70.* ratio: CIC. nat. deor. 1, 115 qui ... *non* -bus ..., sed rationibus deorum ... templa ... everterit. verbum: *p. 354, 4. 358, 76.* LIV. 9, 34, 23. vox: *p. 353, 77.* LIV. 3, 71, 8.

***comp. et deriv.*:** malluviae. manceps, manclavium (CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 27 p. 152, 18 οἱ ἐπὶ τοῦ μαγκλαβίου. 1, 32 p. 174, 24 *al. cf. Ducange s. v.*). mando, manifestus, manifolium, manipulus, mansuesco, mantele, manuballista, manuductor, manufactilis, manumitto, manupletium, manupositio, manupretium, manutergium, manutigium. mascarpio? masturbo(r)? aequimanus, anguimanus, centimanus, longimanus, quadrimanus, trimanus, unimanus. comminus, eminus. mancina(?), manica, manua, manualis, manuarius, manuatus, manubiae, manubrium, manuleus, manuensis, manuor, manutus. *Bulhart.*

2. mānus, -a, -um *et* **mānis,** -e (*v. l. 78. 81. 84. p. 369, 9*). [*cf.* immanis, mane, maturus, Mater Matuta *et quae s.* manes *dicta sunt. J. B. H.*] mānes: CE 1164, 1. *de signif.* (*cf. p. 369, 6 et p. 250, 58*): VARRO ling. 6, 4 bonum antiqui dicebant -um (PAVL. FEST. p. 125. 159. 160 Mater Matuta, -is, mane ... ut ait Verrius, quia sint bona. LIB. de praen. 5 GRAMM. suppl. 241, 1 SERV. Aen. 1, 139. 2, 268. 3, 63. auct. Aen. 1, 110 quidam immane pro malo accipiunt positum ...; nam -um bonum dicunt. MACR. Sat. 1, 3, 13 Lanuvini -e pro bono dicunt. ISID. orig. 5, 30, 14. 10, 139). NON. p. 66, 8 (*confuditne c. v. q. e.* manos [*p. 323, 14*]?) -um dicitur c l a r u m ...; inde ... deos manes -es appellari, id est bonos ac prosperos ...; inde immanes

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non boni. [*loco dub. interpret. et lectionis*: INSCR. Dueni (CIL I^2 4) Duenos med feked en -om einom dzenoine (*aut* duenoi ne) me malos (*aut* -os; *v. p. 213, 64*) tatod (*v. post alios Goldmann, Die Duenos-Inschrift 1926 p. 123 sqq.; Runes, Glotta 21, 1931, 126; Brandenstein, Glotta 25, 1936, 30*).]

PAVL. FEST. p. 122 in carmine Saliari (frg. 4) 'Cerus -us' intellegitur 'creator bonus' (*cf. Buecheler, Umbrica 98 sqq.; Wissowa, Rel. u. Kult.^{2} 192 sq.*). TIB. 3, 11, 9 -e (*codd.*, magne *vel* alme *Itali*) geni, cape tura libens. CE 1164, 1 di mánes, -es sitis.

comp.: immanis. *cf.* manes, mane, manuus *et v. Onom. s.* Mana *et* Manus.

3. mānus, -a, -um *v. s.* manos (*p. 323, 11*).

4. mānus, -a, -um *v. s.* magnus (*p. 121, 81*). *R.*

manūscrīptio, -ōnis *f.* *a* manus *et* scribere. *i. q. libellus manu scriptus*: CONC. Carth. a. 348 Mansi 3, 149^A pactum mecum habuit (*i. egit, fecit*) et divisimus plebes. -es (*in mg.*: manus) nostrae tenentur et pittacia. GLOSS. V 350, 13 chirographum -o.

manuspretium *v. p. 342, 16.*

manutergium, -ī *n.* *a* manus *et* tergere. *de origine*: ISID. orig. 19, 26, 7 manitergium ... a tergendo ... manus vocatur. *de notione* (*cf. p. 370, 37*): GLOSS. χειρόμακτρον. GLOSS.^{L} Corp. M 19 lin (*anglosax.*). *i. q. mantele, mappa*: *in usu ecclesiae*: *v. p. 315, 2.* *in usu privato*: CAES. AREL. testam. 109 Leoni presbytero -um dari volo.

manutigium, -ī *n.* *a* manus *et* tangere. *in sermone medicorum i. q. fricatio*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 121 turbatos oculos -o, quod Graeci χειρᾰψίαν vocant, ... fricando relevare.

manuturbo *v.* masturbo.

manūtus, -a, -um. *a* manus. GLOSS. V 605, 5 -[i]us magnas manus habens. *Bulhart.*

manuviae *v. s.* manubiae (*p. 335, 59 sqq.*).

mānuus, -a, -um. [*a* *mānus (-ūs), *cf.* ianua: ianus. *formam* manues *errore ad* manes *assimilatam esse monet W. Schulze, Eigennamen 474. J. B. H.*] FEST. p. 146 -os (manues PAVL. FEST.) in carminibus Saliaribus Aelius Stilo significare ait bonos. *cf.* 2. manus.

manzer *v. s.* mamzer. *R.*

mapālia (mappālia), -ium *n.* [*vox Punica, quae utrum eadem sit quae v.* magalia (*q. v.*) *an ex ea a Romanis sec.* mappa (*cf. script.* mapp-) *deformata sit, ambigitur; v. Lewy, KZ 59, 1932, 190; primitus vocem c.* mappa *cohaerere suspicatur Müller-Graupa, Philol. 73, 1914, 314 sqq. (cf. 85, 1930, 311 sq.), id quod a brevi primae syllabae (v. l. 46) vetatur. J. B. H.*] *scrib.* -pp- (*cf. Ahlberg, Eranos 9, 1909, 160. Heraeus, ALL 12, 1902, 279*^{2}): *l. 84. p. 370, 16. 17. et al.* *inter* neutra semper pluralia *habet* CHAR. gramm. p. 37, 9 B. -a καλύβαι Ἀφρῶν. EXC. Bob. gramm. I 550, 10 PHOC. gramm. V 428, 13. *singulari utuntur* VAL. FL. (*v. l. 76*) *et* AVSON. (*v. p. 370, 14*). *de prosod.*: SERV. Aen. 4, 259 magalia ma producit, -a vero corripit. *syll. primam producunt* AVSON. (*v. p. 370, 14*) *et* CYPR. GALL. (*v. p. 370, 17*). NOT. Tir. 100, 24 *inter* casula *et* magalia. *de signif.* (*cf. l. 43. 62 sqq. 70. 75 et v. Müller-Graupa l. c. 73, 302 sqq.*): FEST. p. 146 -a casae Poenicae appellantur: in quibus quia nihil est secreti solet solute viventibus obici id vocabulum. SERV. Aen. 4, 259 *v. p. 50, 47.* auct. georg. 3, 340 -a casae Maurorum, qui in eremo habitare dicuntur. PROB. Verg. georg. 3, 339 Numidae -a vocant tecta sua *eqs.* 3, 340 -a loca deserta Punica. HIER. in Am. praef. p. 990^A casae ... furnorum similes, quas Afri appellant -a. GLOSS.^{L} I Ansil. MA 751 -ppalia casa pastoralis (*cf.* II Abav. MA 11. 65 III Abol. MA 4 V Aa M 161). 752 pastoralia tabernacula (III Abstr. MA 36). 753 -bus aedificiis Numidarum. II Philox. MA 88 -ppalia καλύβαι. V Aa M 160 -ppalia tentoria papiliones (Corp. M 63).

A ***proprie***: 1 *sensu strictiore i. q. tuguria vel casae Numidarum solo fixa vel mobilia (cf. l. 69. 75. p. 370, 2. 3. 7), interdum f. i. q. vicus (cf. l. 66. 68. 76. 78)*: CATO orig. 78 -a vocantur, ubi habitant *Poeni*; ea quasi cohortes rotundae sunt. SALL. Iug. 18, 8 aedificia Numidarum agrestium, quae -a illi vocant, oblonga incurvis lateribus tecta quasi navium carinae sunt. 46, 5 ex oppidis et -bus ... procedebant (*cf.* HIER. epist. 130, 6, 3 non solum ad urbes oppida viculosque sed ad ipsa quoque -ppalia [-galia *S*] ... fama penetravit). VERG. georg. 3, 340 raris habitata -a tectis. LIV. 29, 31, 8 familiae aliquot cum -bus ... persecuti sunt regem. MELA 1, 41 proximis nullae quidem urbes stant, tamen domicilia sunt, quae -a appellantur. LVCAN. 2, 89 vacuis ... -bus (4, 684). 9, 945 surgere congesto non culta -a culmo (*cf.* PLIN. nat. 16, 178 *scirpis* -a sua Mauri tegunt. SIL. 17, 89 castra levi calamo cannaque intecta palustri qualia Maurus amat dispersa -a pastor). PLIN. nat. 5, 22 Numidae ... -a sua hoc est domos plaustris circumferentes. VAL. FL. 2, 460 coit e sparso ... -i agrestum manus. SIL. 2, 85 per longa (4, 374) -a lectos ... equos. 2, 438 *in clipeo Hannibali donato* caelata -a fulgent. 2, 691 vastatis disiecta -a tectis. 3, 287 desertis in castra -bus itis (*seq.*: nulla domus; plaustris habitant). 5, 263 *non* possessa -a soli (*sc. tibi*) profuerunt. 14, 7 Tyriae ... regnata -a genti. 15, 418 orsi Carthaginis ... fundamenta novam coepere -bus urbem. MART. 8, 53 (55), 3 ad Poena -a pastor ... revocat tauros. 10, 13 (20), 7 sicci Gaetula -a Poeni et ... Scythicas ... casas. PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 14 castra antiquitus Romani ... per corpora cohortium velut -a (-pp- *GHP*) constituere soliti erant. TAC. hist. 4, 50, 4 vagi per inaccessa -ium. ann. 3, 74, 3 *Blaesus* mutantem -a Tacfarinatem proturbabat. 4, 25, 1 adfertur Numidas ... positis -bus consedisse. SERV. Aen. 4, 40 *Gaetuli* in -bus habitabant. CLAVD. 15, 360 iuvenci semineces *leonis incursu* et adhuc infecta -a tabo. 24, 344 agricolae reserant iam tuta -a Mauri. SIDON. carm. 5, 591 captiva -a Bocchi. CORIPP. Ioh. 2, 5 posuit ... -a (*Partsch*, in prelia *cod.*) silvis. 2, 63 horrida ... -a ... condunt.

2 *sensu latiore de quolibet genere tuguriorum vel casarum (praecipue pastoralium)*: CALP. ecl. 5, 90 conveniet ... tua cervino lustrare -a fumo. 7, 42 sordida tecta, casas et sola -a nosti (*cf.* PAVL. NOL. carm. 10, 245 nigrantes ... casas et texta -a culmo [*cf. p. 369, 72*]. SIDON. epist. 2, 2, 7 tuguria seu -a). AVSON. 460, 1 p. 400 P. commune Eumaeus -e et divus Ulixes (*cf. Hom. Od. 16, 1* τὼ δ' ... ἐν κλισίῃς). PRVD. psych. praef. 46 angelorum trinitas senis revisit hospitis (*sc. Abraham*) -a (-pp- *U*, mag- *S*). CYPR. GALL. gen. 1066 parva ... frondoso posuit -ppalia (*A*; -p- *rell.*) tecto (*sc. Iacob*). ENNOD. carm. 1, 8 praef. 4 p. 528, 21 -ium alumnus (*i. pastor*).

B ***translate*** (*in proverb.; cf. Otto, Sprichw., Heinze, Herm. 61, 1926, 64*) *i. q. res inordinate dispositae, nugae*: SEN. apocol. 9, 1 interrogare vobis permiseram, vos mera -a fecistis. PETRON. 58, 13 at nunc mera (*Her.*, aut numera *cod.*) -a.

cf. magalia *et v. Onom.*

mapella *v.* mappella.

mappa, -ae *f.* [*originis Punicae secundum* QVINT. (*v. l. 27*); *cf. H. Lewy, KZ 59, 1932, 190 sq. J. B. H.*] *de orig.* (*cf. l. 39*): QVINT. inst. 1, 5, 57 -am circo quoque usitatum nomen Poeni sibi vindicant. *de formis*: *formas vulgares v. l. 46 et p. 371, 38.* *inter* nomina generis feminini numeri semper pluralis *habet* PROB. app. gramm. IV 195, 25 (*cf.* CLEDON. gramm. V 42, 27 POMP. gramm. V 176, 36). SERV. Aen. 2, 202 *ars* exigit, ut quae de pluribus constant, plurali tantum numero dicamus ut ... -as. sed haec plerumque corrumpit auctoritas ut Horatius (epist. 1, 5, 22 [*v. l. 61*]. *cf.* POMP. gramm. V 167, 9). *sing. utuntur*: HOR., PETRON. *al.* NOT. Tir. 97, 60 *inter* sabanum *et* culcita. *de signif.* (*v. etiam p. 332, 41*): SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 11 gausape ...: -a villosa. epist. 1, 5, 22 -a ... manute⟨r⟩gium illud est, quod variis formis textum est. *ibid.* -a mantele. ISID. orig. 19, 26, 6 -ae convivii et epularum appositarum sunt, quasi manupae atque ob id nominatae; cuius diminutivum mappella (mapella *T*, mappula *K*) est. CHAR. gramm. p. 459, 68 B. -a χειρόμακτρον (GLOSS.^{L} II Philox. MA 87). GLOSS.^{L} I Ansil. MA 687 (*v. p. 332, 43*). GLOSS. gausape. χειρεκμαγεῖον haec mantela, haec -a (*cf.* LYD. mag. 1, 32. mens. 1, 12 τὰ τῶν χειρῶν ἐκμαγεῖα . . . μάππα λέγονται). μαππίον. μάκτρον. *de re cf. Schuppe, RE XIV 1413 sqq.* *recipitur a Graecis* (*cf. l. 43 sq. p. 371, 24. 26*): PAP. Oxyrh. 1051 (*s. III*) μάπιν. 1741 (*s. IV*) μαμπίων. [*pedem.* mapa, *francog.* nappe, *hisp.* lapa. *M.-L.*] [*loco mutilo*: CIL IV 1786 (*cf.* add. p. 212). *dub. interpret.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 5 p. 377, 10 qui dicit proximo suo: ignoscit nobis peccata nostra deus, siquidem et in talibus sacramentis ludimus vicissim nobis pollicentes, -am mittet deus (*fort. ex usu p. 371, 7 allato ita explicandum, ut signum poenae futurae intellegendum sit*).]

A ***proprie*** *i. q. linteum*: 1 *i. q. tegumentum, stramentum*: CATO agr. 10, 5 pulvinos XVI, operimenta X, -as III, centones pueris VI (11, 5). VARRO ling. 9, 47 quis facit -as triclinaris non similes inter se? quis pulvinos? CE 2054, 6 -a torum velet, lintea nostra cave. *huc pertinere videtur*: CIL VI 8891 *officialis* a -is (8892).

2 *i. q. mantele, manutergium in usu convivantium*: LVCIL. 1164 velli -as. HOR. sat. 2, 4, 81 vilibus in scopis, in -is, in scobe quantus consistit sumptus? 2, 8, 63 Varius -a compescere risum vix poterat. epist. 1, 5, 22 procurare ... imperor ... ne turpe toral, ne sordida -a conruget naris. PETRON. 32, 2 circa ... cervices laticlaviam (*cf. p. 371, 3*) immiserat *Trimalchio* -am fimbriis hinc et illinc pendentibus. PLIN. nat. 19, 19 ardentes ... in focis conviviorum ex eo (*sc. quod linum igne non absumeretur*) vidimus -as ... splendescentes. STAT. silv. 1, 6, 31 *servi* panaria candidasque -as subvectant epulasque lautiores. MART. 8, 59, 8 latet in tepido plurima -a sinu *furto subducta*. *cf.* 12, 28 (29), 11 attulerat -am nemo, dum furta timentur (*cf. ibid.* 21 sq.). IVV. 5, 27 pocula torques saucius et rubra deterges vulnera -a. SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 72 obtorta -a . . . feriturus. VEN. FORT. vita Radeg. 17, 41 ipsa aquam sive -am singulis porrigebat et invalidis . . . os et manus tergebat. *adhibentur ad cibos vel munuscula asportanda*: PETRON. 60, 7 quibusdam . . . poma rapientibus et ipsi -as implevimus. 66, 4 duo (*sc. mala*) sustuli et ecce in -a alligata habeo. MART. 2, 37, 7 condita . . . madente -a traduntur puero domum ferenda. 7, 20, 8 buccis placentae sordidam linit -am. 7, 20, 13 -a . . . rosos tepenti spondylos sinu condit.

3 *de pannis ad varios usus adhibitis*: SEN. dial. 5, 30, 1 taurum color rubicundus excitat . . ., ursos leonesque -a proritat. PLIN. nat. 24, 103 *selago* legitur sine ferro . . .; fertur in -a nova. MART. 12, 28 (29), 1 -arum . . . fur. *ibid.* 4. 8 cum Myrino peteretur missio laeso, subduxit -as quattuor Hermogenes (*cf. Friedländer, Sittengesch. II*^{5} *74 adn. 7*). PHILVM. med. 2 p. 124, 13 *sucum* cum -a munda colant diligenter.

[*Deicke*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4 *-ae (imprimis mantelia) propter vilitatem Saturnalibus donantur*: STAT. silv. 4, 9, 25 defuerunt ... mantelia luridaeve -ae? MART. 4, 46, 17 lato variata -a clavo (*cf. p. 370, 62*). 4, 88, 4 missa nec a querulo -a cliente fuit. 5, 18, 1 Decembri mense ... volant -ae. 7, 53, 4 his comes accessit spongea, -a, calix. 7, 72, 2 nec ... triplices brevesque -ae ... veniant (10, 87, 6).

5 *-a missa initium ludorum significatur (cf. p. 370, 27)*: MART. 12, 28 (29), 9 cretatam praetor cum vellet mittere -am, praetori -am surpuit Hermogenes (SVET. Nero 22, 2 aliquo liberto mittente -am unde magistratus solent. *cf.* SCHOL. Iuv. 10, 37. *allegor. interpretatur* TERT. spect. 16 p. 18, 3 non vident missum quid sit, -am putant, sed est diaboli ... figura. *in imag. proverbialiter* [*cf. Otto, Sprichw. p. 213*]: TERT. adv. Val. 36 p. 210, 14 -a quod aiunt, missa semel octoiugem ... excusam. *cf. etiam p. 370, 50*). POL. SILV. fast. Ian. 7 prima consulis -a (*v. l. 21*) ... ideo sic vocatur, quia rex Tarquinius ... de mensa sua -am foras ut ... currendi signum daret, abiecerat (*cf.* CASSIOD. var. 3, 51, 9 *Nero* -am qua tergendis manibus utebatur iussit abici ... ut libertatem daret certaminis ...; ostensa -a certa ... promissio circensium). *metonymice de ipsis certaminibus circensibus*: IVV. 11, 193 Megalesiacae spectacula -ae, Idaeum sollemne, colunt. POL. SILV. fast. Ian. 7 (*v. l. 14*). 13 secunda -a. April. 19 consulis tertiae -ae. MARCELL. chron. II p. 102, 3, 521 una dumtaxat ultimaque -a insanienti populo denegata. NOVELL. Iust. 105, 1 *consul* spectaculum equorum certantium edit seu quae vocatur -a (μάππαν) *eqs.* IVLIAN. epit. novell. 98, 1 *consul* faciat -am. MALALAS p. 412, 13 μετὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ μάππαν. *ab usu circensi explicandum videtur nomen vici aut aedificii prope circum siti (cf. Richter, Topogr. 210; Kroll, RE XIV 1414)*: REG. urb. 13 p. 19, 6 -am auream (CVRIOS. urb. reg. 13 p. 18, 4). CIL XV 7182 ad -a aurea in Abentino.

6 *i. q. genus librorum vel chartarum linteo confectum*: COD. Theod. 11, 27, 1 aereis tabulis vel cerussatis aut linteis -is scripta ... proponatur lex. GROM. p. 358, 12 -a quas lineas habuerit, observetur (*cf.* 360, 31). LIB. col. I p. 244, 13 in -a Albensium.

B **translate** *(cf. etiam l. 13. 20 sqq.) de peritonaeo*: CASS. FEL. 51 p. 131, 7 peritonaeon ⟨id est⟩ membranam quam vulgo -am dicunt. GLOSS.[L] III Abstr. OM 9 omentum -a ventris (*cf.* GLOSS. V 377, 6 o. n a f f a).

demin.: map(p)ella. mappula. *deriv. gr.*: μαππίον (*v. p. 370, 45*). μαππάριος (μαμπ-).

mappālia *v.* mapalia.

map(p)ella, -a *f.* *a* mappa *demin.* ISID. orig. 19, 26, 6 (*v. p. 370, 40*).

mappula, -ae *f.* *a* mappa *demin.* GLOSS. matta -a. [*var. lect. fals.*: HIER. epist. 52, 6, 4 (*v. s.* matula). 108, 27, 2 (*v. p. 250, 6*).] *i. q. facitergium, sudarium (cf.* GLOSS. V 513, 35 semicentia [*i.* semicinctia] oraria vel -ae): GREG. M. dial. 2, 19 p. 170[C] monachus ... a feminis -as accepit *eqs.* BENED. reg. 55 dentur ab abbate ... necessaria, id est ... graphium, -a, tabulas. CAES. AREL. reg. virg. 45 *v. vol. VI 133, 57.* *in imag.*: PS. PRIMAS. in I Cor. p. 516[C] *sumus* omnium humillimi, abiecti et despecti, -a (*interpret. I Cor. 4, 13* omnium peripsema). *i. q. genus vestis clericorum et monachorum*: GREG. M. epist. 3, 54 p. 214, 5. 13. 3, 66 p. 228, 9 de usu pallii et -is. p. 229, 21. 28 quotiens ad ordinationem ... sacerdotes ... venerunt, ... cum -is ... procedebant. ISID. reg. monach. 12, 2. 3 si quis forte pallium non habet, humeris -am superponat. *Deicke.*

maptola *v.* martola.

? **maragās** (*A*, emaratas *B*, madidas *α*) ... ofellas ANTH. 206, 3.

maranatha *indecl.* *aram.* מָרַנָא תָא. *de signif.*: HIER. nom. hebr. p. 75, 24 -a dominus noster venit syrum est. *sim.*: epist. 26, 4, 2 AMBROSIAST. *et* PELAG. I Cor. 16, 22 EVCHER. instr. 2 p. 146, 5 GLOSS. *in formula devotionis*: ITALA I Cor. 16, 22 (Tert. pudic. 14 p. 248, 6 Priscill. tract. p. 56, 27) *et* VVLG. si quis non amat dominum Iesum, sit anathema -a (μαρὰν ἀθά). POTAM. epist. ad Athan. p. 280, 12 W. haeresis sectam anathema -a.

maranion *v. s.* marone.

marasmōdēs *adi.* *gr.* μαρασμώδης. ORIBAS. syn. 2 add. p. 843[med.] si iam totus maragmodis effectus est. ALEX. TRALL. 2, 40[extr.] febres ethicas vel -es ([*2 p. 289, 5 P.* μαρασμῶν]. 3, 52 -ae [*1 p. 353 P.* μαρασμώδους] f. signa).

marasmos (marasmus), *acc.* -on *m.* *gr.* μαρασμός. GLOSS. καχεξία. nelatrophium (? vel atrophium?). GLOSS.[L] Corp. M 7 -on corium adhaerens ossibus. *scriptura gr.*: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 217. PS. SORAN. quaest. med. 115 partes ... in -on transeunt. ORIBAS. syn. 2 add. p. 843[med.] quia ecticas febres et maragmius commemoravimus (*seq.*: -os ... siccidior ..., quod et gyras [*i.* geras] nominant, quod Latini senecionem appellant. *ibid.* ad -on decedit). 6, 22. [*dub.*: CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 483, 3 matramus *trad.*]

marat(h)rinus, -a, -um. *a* marathrum. DIOSC. 5, 86 de bino -o. vinu -u (*gr. 5, 65* μαραθίτης) ... medicatur.

marath(r)ītēs, *acc.* -ēn *m.* *gr.* μαραθ(ρ)ίτης (*sc.* οἶνος). COLVM. 12, 35 vinum absinthiten ... et -en (-thiten *SA*).

marath(r)um, -ī *n. et* **marath(r)us,** -ī *m.* *gr.* μάραθ(ρ)ον, μάραθ(ρ)ος. *de scriptura cf. Mayhoff ad Plin. nat. 30, 27 append. p. 496.* GLOSS. feniculum (*v. vol. VI 164, 18*). [*falso trad.*: DIOSC. 3, 44 maratru (*gr. 3, 42* μάρον [*cf. p. 414, 45*]). *dub.*: ANTH. 209, 5 ad -tros (*A*, -dros *B*; maragnos *Stowasser, WSt. 32, 1910, 108 comparans gr.* μάραγνα) dabitur grandis formica caballus *nano.*]

PLIN. nat. 21, 54 nervosi cauliculi quibusdam *satis* ut -tho. DIOSC. 4, 75 hastas habet nodosas sicut -tru (*gr. 4, 78, 1* μάραθον). *in usu (fusius* DIOSC. 3, 75): OV. medic. 91 profuit et -thos bene olentibus addere murris; quinque parent -thi scripula. PLIN. nat. 8, 99 *serpens* -tho (*F*, -tro *E*², -thro *vg.*) herbae se adfricans oculos inunguit (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 97 herba quaedam dicitur -thros *eqs.*). 20, 110 radici -thri (30, 27 -thi [*item* MARCELL. med. 20, 64]). SER. SAMM. 203 expressae -tro guttae. 312 semina. 905.

marca, -ae *f.* *vox germ.* GLOSS. I p. 298 marchas regni extremitates. MAR. AVENT. chron. II p. 239, 581 in -a Childiberti regis ... confugit. [*coni. dub.*: LEX Sal. capit. 5, 8.]

marcellus *v. s.* martellus. *R.*

marceo, -ēre. [*cf. c. gr.* ἀμόργη *'olei pars aquosa'* (*v.* amurca), *gall.* embrekton (*v.* imbractum *et* bracis), *cambr.* braen *'putris'*, *lituan.* mir̃kti *'macerari'*, *slavon.* morokvá *'palus'*; *cf. etiam* murcus *et* fraces. *J. B. H.*] VARRO ling. 6, 50 *v. p. 38, 84.* CHAR. gramm. p. 468, 17 B. *affert inter* verba, quae voce tantum activa proferuntur Latine, apud Graecos autem passivam significationem habent. *sim.* PRISC. gramm. II 378, 13. *inf. praes. quartae coniugationis v. l. 40.* *de perf. v. p. 374, 2 sqq.* *de significationibus (cf. p. 373, 15)*: SYNON. Cic. p. 445, 13 B. friget, -et, torpet, sensu caret. GLOSS.[L] II Philox. MA 92 -et τήκεται. Abav. MA 66 -et marricet (marcescit?). III Abstr. MA 39 -et languet aut arescit. [*it.* marcire, *francog. vet.* marcir. *M.-L.*] NOT. Tir. 113, 44. [*dub.*: SEN. Herc. f. 980 Macetumque (*E, Leo*, -entque *A, Richter*) Tempe. PETRON. 22, 2 quidam in ipso limine coniunctis manebant (*L, Her.*, -bant *edd. vett.*) capitibus. 128, 1 numquid spiritus ieiunio -ens? (*Büch.*³, macer *trad.*, -et *L mg.*). ORIENT. comm. 2, 65 vergentia (-entia *Thomas*) lumina.]

A ***strictiore** sensu i. q. vigore destitutum esse (c. abl. lim. v. l. 37, abl. instr. l. 42. 45)*: 1 *de herbis sim. i. q. flaccere*: STAT. Theb. 10, 98 nova -ent gramina. silv. 5, 5, 29 taxea -et silva comis. AVIEN. Arat. 736 -bunt sata cocta ... ac decoctorum languebunt germina florum. AVSON. 325, 8 -ent ... flores. CLAVD. rapt. Pros. 3, 247 -bant fronte coronae (*cf. p. 373, 19*). DIOSC. 3, 50 p. 400, 9 cum -ire (priusquam maturescere *v. l.*; *cf. gr. 3, 48, 2* ἀρτιβλάστων ὄντων) ceperit *panace.* SIDON. carm. 11, 48 -bant violae (*cf.* DRAC. laud. dei 2, 452 nec -ret honos violae pallore decenti). CE 1489, 1 subito -et quod floruit ante. *in comparatione*: SYMM. epist. 1, 34, 2 si neglegentius tractes (*sc. animum diligentis*), -et ut rosa. 2 *i. q. putere*: AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 5 (*trop.*) *caro* criminum -bat fetore.

B ***latiore** sensu i. q. viribus carere, languere, invalidum, segnem, inertem, immotum esse (add. abl. instr. l. 59. 62. 66. 67. 72 al., abl. lim. l. 60. 70. ab l. 52. in c. abl. l. 56. 57)*: 1 *de animantibus eorumque partibus*: a *de ipsis hominibus (de remissione vigoris animi [e. g. l. 56 sqq. 74] aut corporis [l. 60. p. 373, 44 al.] aut utriusque; de bestiis infra l. 55. 59)*: LVCR. 3, 956 omnia perfunctus vitai praemia -es. OV. am. 1, 13, 41 vir tibi -et ab annis (*cf. et l. 72*). LIV. 23, 45, 2 *milites* -ere Campana luxuria, vino et scortis ... confectos *eqs.* SEN. Ag. 183 sine hoste victus -et ac Veneri vacat. Oed. 146 taurus armento pereunte -et. benef. 4, 6, 3 unde ista quies, in qua putrescis ac -es? dial. 7, 26, 3 otiosi divitiis luditis ...; -etis in vestris rebus. 9, 2, 6 hi, qui levitate vexantur ... et illi, qui -ent et oscitantur (*cf. p. 373, 31*). CVRT. 4, 13, 18 non somno quiescere, sed pavore -ere *Alexandrum.* CALP. ecl. 5, 94 inani debilis ore -et *serpens.* STAT. Theb. 4, 667 ore et pectore -et *Bacchus* (*sc. ebrietate. sim.* 8, 220 -ent excubiae. *cf. etiam l. 64. 66. p. 373, 46*). ARNOB. nat. 2, 30 p. 73, 11 ne deliciis -eat et corrumpatur mollitudine. IVST. 30, 1, 3 depositis militiae studiis, otio ac desidia corrupti -bant (*cf.* MART. BRAC. form. vit. 2, 10). AMM. 21, 12, 15 largiore ... potu saginisque distenti -bant *milites.* 27, 11, 3. 31, 5, 6 Lupicinus diu discumbens vino (*cf. l. 60. 64*) -bat et somno. VVLG. Ios. 18, 3 usquequo -etis ignavia ...? PRVD. psych. 745. CLAVD. 20, 434 gravibus -ent epulis (*cf.* 26, 368). *huc pertinet*: VELL. 2, 84, 1 vigebat in hac (*Octaviani*) parte miles et imperator, illā -bant omnia. PETRON. 55, 6 v. 1 luxuriae rictu Martis -ent moenia. PRVD. cath. 5, 133 -ent suppliciis tartara mitibus (SCHOL. deficiunt). b *de partibus animantium (bestiae v. l. 75)*: LVCR. 3, 946 si tibi non annis (*cf. et l. 52*) corpus iam -et et artus confecti languent. CELS. 2, 2, 3 *nota adversae valetudinis*: si -et animus (*cf.* SEN. clem. 2, 2, 1 animus ... vivit aut -et [marcescit *pars codd.*]). SEN. Oed. 356 cor *victimae* -et ac aegrum penitus. nat. 6, 18, 6 cum *spiritus* senectute languescit et venis torpentibus -et. LVCAN. 4, 326 iam -ent venae. ENNOD. carm. 2, 79, 3 fortia -bant ... membra. VEN. FORT. virt. Hil. 5, 15 fluxa suo stamine digitorum tela -bat.

2 *de variis rebus*: a *de rebus incorporeis (plerumque ad hominis animum spectantibus)*: SEN. contr. 9 praef. 1 *memoria* senilis per se -et. dial. 1, 2, 4 -et sine adversario virtus. 7, 7, 4 *voluptas* post primum impetum -et (*cf. ibid.* extinguitur). epist. 95, 59 ista praecepta ... -ent. 114, 23 artes *animi* ... actusque -ent et omnis

[Bachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex languido ... conatus est. NEMES. ecl. 1, 60 segnem ... -ere iuventam. PRVD. cath. 1, 76 quiescant improba, ... culpa furva obdormiat, ... noxa letalis suum perpessa somnum -eat (SCHOL. deficiat vel flacceat). CLAVD. 10, 205 neu -eat ulla segnities. carm. min. 30, 226 nec deside cura segnis -et amor. CAEL. AVR. acut. 2, 33, 171 *vires* disici per sudorem atque -ere. **b** *de rebus lucidis i. q. tenui luce, igne praeditum esse*: SERV. gramm. IV 458, 30 -ent lucernae. AVIEN. Arat. 232 nequaquam ... obscurior ... *Ophiuchi* lux -eat. 253 hebes ollis *stellis* ignis et optunso -ent incendia crine. 535 -ent ... vicina *arietis*. 652. 844 ignis (*cf.* PRVD. apoth. 480). 1754 stellarum lumina -ent (*Arat. 1016* ἀμενηνὰ φέρωνται).

part. praes. pro adi. **marcēns**, -entis (*eos quoque locos hic attuli, quibus vis verbalis magis retinetur*). *comp.* -ior: *v. l. 72.* *abl. in* -e: *v. l. 37. 44. 49. 63; in* -i: *l. 19. 22. 25. 69. 73.* NON. p. 341, 7 lassum -s, gravatum. GLOSS. -s τετηκώς.

A *strictiore sensu i. q. vigoris expers* (*c. abl. instr. l. 21*): **1** *i. q. flaccus*: PLIN. nat. 9, 147 -i similis *urtica*. MART. 5, 78, 12 -es (*i. passae, siccatae*) uvae. AMBR. hex. 6, 1, 2 -ia serta. PRVD. psych. 883 lilia ... nescia -i florem submittere collo. CLAVD. 31, 96 coronas. DRAC. laud. dei 1, 182 nunquam -bus herbis. GREG. TVR. vit. patr. 1, 1 (*trop.*) liliis decoris nullo temptationis aestu -bus. *huc pertinet*: POTAM. tract. 1 p. 299, 26 W. cum rosa ... -i morte tristis albescat. **2** *i. q. putidus*: HEGES. 5, 18, 2 nec -ia (*pro subst.*) sumere ullus horror. *huc referendum videtur*: ENNOD. carm. 2, 9, 7 sordida -i latuisset terra recessu.

B *latiore sensu i. q. virium expers, languidus, immotus* (*c. abl. instr. l. 33. 36 sqq. 46. 50 sq. 60 sq. et al.; abl. lim. l. 39*): **1** *de animantibus eorumque partibus i. q. segnis, enervis*: **a** *de ipsis personis* (*bestiis: infra l. 35*): HOR. sat. 2, 4, 58 tostis -em squillis recreabis et Afra potorem coclea. SEN. dial. 10, 2, 2 -es oscitantesque (*cf. l. 40 et p. 372, 58*). epist. 74, 1 epistula tua ... me ... -em excitavit. PETRON. 22, 4 ancillae super torum -is. FRONTIN. strat. 2, 2, 14 cum barbaris vigiliā -bus. TAC. hist. 3, 36, 2 *Vitellium* desidem et -em. VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 72, 14 non phocae turpes, non -es ballenae. IVST. 34, 2, 7 Ptolemaeo segni admodum et cotidiana luxuria ... -i. AVSON. 108, 11 p. 351 P. -em calidi fervore lavacri. AMM. 27, 9, 6 luxu ... *exercitu* -e. 28, 1, 55 mancipia squalore diuturno -ia. AMBR. Hel. 14, 50 in ipso iuventatis flore -es. COD. Theod. 1, 5, 9 iudices corpore (torpore *l. v.*) -es, desidiae somniis oscitantes (*cf. Cod. Iust. 1, 26, 3* propter adversam ... corporis valetudinem). MART. CAP. 7, 725 -em ... maritum. SIDON. epist. (carm. 22) 2 Dionysum inter triumphi Indici oblectamenta -em. **b** *de partibus animantium*: OV. met. 7, 314 *arietis* -ia (*sc. senio*) guttura. SEN. Ag. 789 iam recipit diem -e visu. Med. 112 digitis -bus *Hymenaei*. benef. 4, 13, 1 animi -is oblectare torporem (*cf.* APVL. met. 11, 3). COLVM. 10, 428 Satyros ... bracchia iactantes vetulo -ia vino (*cf.* EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 113, 7 bracchiis *morbo* -bus). PERS. 4, 36 -īs pandere *pathicum* vulvas (*v. Wageningen ad l.*). STAT. Theb. 2, 632 -ia colla *moribundi*. SVET. Cal. 58, 1 -e adhuc stomacho pridiani cibi onere. APVL. met. 4, 25 fatigata -es oculos demisit ad soporem (10, 2. *cf.* FVLG. myth. 1 praef. p. 13, 21 languore somni. AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 22). PORPH. Hor. epod. 8, 17 *nervi*. AVIEN. Arat. 46 corda. AMM. 16, 12, 11 inedia siti laboreque membris -bus (*cf.* AVG. nupt. et concup. 2, 19, 34 p. 287, 25 deus ... -ia aevo m. vegetavit). CYPR. GALL. iud. 669 defessa labore ... -ia pectora. MART. CAP. 6, 704 *Venus* -ia terga reclinat magisque lassa pulchrior. ENNOD. epist. 1, 4, 4 p. 8, 16 (*trop.*) inediam ... -bus debui tolerare visceribus.

2 *de rebus i. q. debilis, enervis, segnitiam prodens vel efficiens* (*cf. l. 61. 62. 63. 64. 68. 69*): **a** *de rebus incorporeis*: VAL. MAX. 2, 6, 3 inertia ... languore -s. PLIN. nat. 22, 81 -esque iam senio coitus excitat *enthryscum*. SIL. 15, 743 senex -bus annis. TAC. Germ. 36, 1 Cherusci nimiam ac -em diu pacem inlacessiti nutrierunt. CYPR. GALL. num. 360 expletos somno -e. PRVD. c. Symm. 2, 1045 -em sub corde fidem. ENNOD. carm. 2, 66, 9 curas. dict. 1, 18 p. 428, 7 -s incuria. *n. pl. pro subst.* (*cf. l. 23*): SEN. epist. 89, 18 -ia in te excita, soluta constringe. **b** *de rebus corporeis*: α *in universum*: STAT. silv. 4, 6, 56 tenet haec *manus Herculis* -ia fratris pocula (*cf. p. 376, 45*). ENNOD. carm. 2, 112, 5 ebria -i locupletas flumine menta. opusc. 2, 15 p. 292, 14 -i (*i. sterili*) solo lolia commendantes. β *i. q. tenui lumine, igne praeditus*: LVCAN. 6, 646 -es intus tenebrae. IVL. VAL. 3, 11 quod solis ... ferventior orientis vigor, -ior viseretur occiduus sol. AVIEN. Arat. 482 *iuba equi* languida -i vix est spectabilis igne (*opp. 479* plurimus ignis). 1345 ortus -is lunae (*cf. 1346* languentis luminis). 1604 si ... -i similis defluxerit extimus orbis *solis* (*Arat. 851* εἰ ... ὠχρήσῃ). 1626 cum radiis -bus (*Arat. 862* μαραινομένῃσιν ὁμοῖαι ... ἀκτῖνες) ardor languet. MART. CAP. 9, 888 facibus lassos ... -bus ignes. *trop.*: PANEG. 3, 17, 4 -em iam cupiditatis meae flammam spei bonae flatibus excitasti.

deriv.: marcesco, marcidus, marcor. *cf.* marculentus. *comp.*: com-, permarceo.

marcero *v. s.* marcido. **mārcerōsus** *v. p. 375, 57.*

marcēscibilis (-isc-), -e. *a* marcescere. NOT. Tir. 113, 48ª *post* marcerat. *comp.*: immarcescibilis.

ˣ**marcēsco**, -uī, -ere. *a* marcere. *in codd. interdum scrib.* -isc-. *perf.* -ui: AMBR. hex. 3, 9, 39 VVLG. Ezech. 19, 12 AVG. conf. 13, 26, 39 epist. 147, 2 DIOSC. 3, 4 p. 377, 21. 5, 40 p. 184, 19. *de vi incohativa dubites*: AVG. anim. 1, 9, 11 pecc. mer. 1, 3, 3. NOT. Tir. 113, 47. GLOSS.^{L} III Abstr. MA 40 -it languet aut arescit. II Philox. MA 91 -it μαραίνεται, λεπτύνεται. *legitur inde a* VARRONE, OV. [*confunditur c.* mac- (*v. p. 10, 47. 52 sq.*); *saepius variat cum* inaresco (*q. v.*).]

A *strictiore sensu i. q. vigorem amittere* (*c. abl. instr. v. l. 16. 20. 30. 31. 36 al.; c. in c. acc. l. 33*): **1** *i. q. flaccescere* (*de herbis sim.*): PLIN. nat. 21, 2 quae spectatissime floreant, celerrime -ere. 21, 33 *Cyrenaicus crocus* celerrime -it. 21, 67 abeunt et hi *flores* -untque (*cf.* 21, 89 FRONTO p. 197, 13 N. AMBR. hex. 5, 11, 34). 21, 168. 22, 62 *opp.* viret. 27, 13 causa nominis *agerati*, quoniam diutissime non -it. PALLAD. 11, 22 (*Geopon. 5, 52, 2* μαρανθῆναι). HIER. in Ier. 3, 29, 1 p. 175, 19 quare cuncta ariditate -ant. epist. 60, 13, 2 (*trop.*) -bat ... flante austro lilium. VVLG. Is. 19, 6 iuncus -et. Ezech. 19, 12 (*trop.*) -uerunt et arefactae sunt virgae roboris *vitis*. sap. 2, 8 coronemus nos rosis, antequam -ant (πρὶν ἢ μαρανθῆναι). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 11, 1 corona ... nulla senectute -et. PS. AVG. carit. p. 1225 avelle palmitem a vite, quid fiet? -et, steriliscet, morietur. DIOSC. 3, 4 p. 377, 21 *aristolocia* florem purpureum proferet ..., ⟨qui cum⟩ -uerit (*gr. 3, 4, 2* ἐξανθήσαν) sicut florem pire paret. 5, 40 p. 184, 19 uvas cum -uerint (*cf. gr. 5, 19, 1* σταφιδώσαντες τὴν σταφυλήν), mittunt in doliolis *eqs.* PROSP. epigr. 83, 5 (*trop.*) cunctarum frugum -it (macr- *vg.*) inutile germen. OP. imperf. in Matth. 1 p. 614$^{med.}$ -endo siccatur *medulla arboris*. *in imag.* (*cf. p. 375, 7*): CASSIOD. in psalm. 111, 10 sicut ... vota beatorum in regno domini plantata florebunt, ita peccatorum desideria succisa -ent. GREG. TVR. vit. patr. 12 prol. quae ... temptationis aestu *non* -unt. GREG. M. moral. 18, 52 internis desideriis virentes nulla teporis reprobi ariditate -unt. *i. q. corrugari*: PLIN. nat. 13, 48 Thebaidis *palmae* fructus ... celeriter exspirat -itque. 15, 52 celerrime in rugas -unt pannucea *mala*.

2 *i. q. putrescere, umore (vel situ) corrumpi*: VARRO rust. 1, 55, 1 *olea*, quae vapulavit, -it (*Keil*, mac- *codd., Goetz*). VITR. 2, 9, 9 cerrus ⟨et⟩ fagus ... humores penitus recipiendo celeriter -unt (*cf.* PLIN. nat. 16, 218). PLIN. nat. 17, 247 ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum vero eius -it. 21, 74. POTAM. tract. 1 p. 299, 16 W. quia ... *Lazarus*, putris gleba, -ret. HIER. adv. Iovin. 2, 37 cito caro consumpta -it (*cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 11, 135 caro *sale* condīta sicca servatur ... nec collecta -it). ENNOD. epist. 1, 5, 2 p. 10, 3 -entium cardinum limina iuveniscunt (*cf. ibid.* cariosas fores). VEN. FORT. vita Sev. 8 cum ... *vi imbrium* segetes -rent. *inde fere i. q. dissolvi, concidere*: GREG. M. dial. 2, 15 Roma ... terrae motu fatigata in semet ipsa -et.

B *latiore sensu i. q. viribus deficere, debilem, segnem fieri, languescere, tabescere* (*c. abl. instr. v. l. 54. 56 al., lim. p. 375, 25*; ad *l. 59*): **1** *de animantibus eorumque partibus* (*plerumque de remissione vigoris animi, studii aut ratione universali dictum*): **a** *de bestiis*: VARRO rust. 3, 5, 3 desiderium -ere facit volucres inclusas. 3, 16, 20 propter laborem asperantur ac -unt *apes*. CALP. ecl. 3, 48 non sic destricta -it turdus oliva. CHIRON 376 amens -it (*Veg. mulom. 2, 112, 1* mac-) nec ulla res illum delectabit. AMBR. hex. 5, 18, 59 *accipitres* cavent, ... ne -ant otio (*cf. l. 57*). **b** *de hominibus*: VARRO rust. 3, 16, 9 Axius noster ne ... -at. OV. Pont. 1, 5, 45 nec iuvat in lucem nimio -ere vino. LIV. 28, 35, 3 equitem -ere desidia. 33, 45, 7 -ere otii situ ... civitatem et inertia sopiri. 35, 35, 9 otio (*cf. l. 54*). ITALA IV Esdr. 7, 87 *syn.* detabescunt. TERT. anim. 27 p. 346, 2 *syn.* devigescimus. NOVATIAN. cib. Iud. 2 quo *cibo* defecti ad opera -rent. HIL. trin. 9, 4 p. 283^{B} aetate. VVLG. Is. 25, 5 quasi calore ... torrente propaginem fortium -ere facies (*cf.* HIER. in l. p. 290^{B} [*syn.* flaccescit]). Iac. 1, 11 (*trop.*) dives in itineribus suis -et (μαρανθήσεται). AVG. conf. 13, 26, 39 taedio -uerant et quasi exaruerant (*cf.* catech. rud. 2, 3 serm. 362, 28, 29). doctr. christ. 2, 6, 8 fastidio. pecc. mer. 1, 3, 3 senectute. in psalm. 119, 8 *syn.* putrescimus. *al.* FAVST. REI. epist. 9 p. 212, 20 ut ... homo vomere crucis edomitus commoda infirmitate (*cf. l. 76*) -at (*Krusch*, marescat *Sang.*). PAVL. PELL. praef. 2 me ... aerumnosi otii maerore -entem (*P*, marcentem *B*). *et al.* **c** *de partibus animantium*: VARRO ling. 6, 50 corpus -ere (*cf.* PLIN. nat. 10, 134 HIER. in Is. 12 p. 412^{A}). HERM. vulg. vis. 3, 9, 3 qui non habent escas, -it (λυμαίνεται, *Pal.* fatigatur) caro ipsorum ... et consumitur corpus eorum (*cf.* VVLG. Is. 17, 4 pinguedo carnis. EVAGR. sent. virg. [Rev Bénéd. 28] p. 150, 76 [*gr.* τηκομένας]). VVLG. Iob 30, 16 in memetipso -it anima mea. 33, 19 omnia ossa eius (*sc. hominis*) -ere facit *deus*. RVFIN. Basil. hom. 2, 3 anima ... fatiscere corporis statum et commoda infirmitate (*cf. supra l. 66*) -ere facit. Greg. Naz. orat. 5, 11, 2 *corporis* forma -it et praeterit. PS. AVG. serm. 317 p. 2353 senex ... -ente iugulo. SVLP. SEV. Mart. 8, 3 vivescente vultu, -entibus oculis (*i. mortis rigore solutis, cf. 7, 3* laxatis in usum videndi luminibus). MACR. Sat. 7, 12, 4 per animae discessum membra -unt. ENNOD. carm. 2, 133, 1 sollicitata levi -unt corda virorum tormento. ORIBAS. syn. 5, 46 p. 83 (*rec. Ab*) -unt (*gr. 5, 46, 14* ἀπομαραίνονται ... καὶ ... ταχύγηροι ... εἰσίν) quae circa capite sunt omnia. *al.*

2 *de rebus*: **a** *de rebus incorporeis*: OV. Pont. 2, 9, 61

[Bachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nec tua -ant per inertis otia somnos. APVL. met. 10, 28 tam multiforme facinus ... -ere (*i. neglectum manere*). TERT. anim. 29 p. 349, 4 quia ex iuventa senecta -at (*cf.* PS. CYPR. pudic. 9 p. 20, 18 annis ... -entis aetatis. AVG. in psalm. 112, 2 senectus vestra ... non vetustate carnis -et). AMBR. hex. 3, 9, 39 conio ... furores libidinum -uerunt. *al.* HIER. adv. Pelag. 3, 9 hominum fortitudo -it et deperit. PELAG. in I Cor. 3, 6 p. 142, 2 sicut planta sine aqua, sic fides sine doctrina -it. VVLG. sap. 6, 13 clara est et quae nunquam -it (ἀμάραντος) sapientia. AVG. c. epist. fund. 40 p. 246, 9 languescant vires, -at robur. epist. 102, 35 cuncta illa, quae ... prius ... viguerunt, evacuata -unt. *al.* CAEL. AVR. chron. 5, 11, 135 appetitio minima -it et eius acies ... obtunditur. MAX. TAVR. serm. 19 p. 572[B] abstinentiā -it calor *corporis*. GREG. M. in Ezech. 2, 2, 4 omnia, quae hic amantur, cum festinatione -unt. *et al.* DIDYM. in I Petr. p. 11, 8 haec *in caelis* hereditas nec corrumpi nec posse -ere (*gr.* ἀμαράντου). MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 7 non aegritudine ulla -et *pulchritudo* (*opp.* floret, viget).
b *de rebus corporeis*: α *in universum*: COLVM. 2, 9, 14 arva segetibus *hordei* ... -ere (*A*[2], mac- *recc.*, manescere *sim. SA*[1]). PLIN. nat. 16, 248 visco ... -unt *acini*. TERT. adv. Val. 27 p. 203, 19 ne -ret ... reliqua farsura. HIER. epist. 1, 7, 2 gladio -ente (*cf. 17, 3* languidus ... mucro). ENNOD. carm. 1, 9, 156 interpellata nec ullis frigoribus -it humus. β *speciatim i. q. lumine, igne destitui*: PLIN. nat. 37, 125 *hyacinthi gemmae fulgor* -ens celerius nominis sui flore. APVL. met. 4, 33 taedae lumen atrae fuliginis cinere -it. AVIEN. Arat. 1533 *circulus lunae* -ens tenui sensim caligine. 1665 stella ... igne. 1779 denso iam fomes in igni -it penitus. PRVD. apoth. 621 sidus et hircinum laceris -ere villis. MART. CAP. 1, 2 pervigilio -entes ... lucernas (*cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 37, 213 lucernae flamma -ens ... parvā ... adiectione *olei* ... recrescit et rursum ardescit). *trop.*: ISID. epist. 10, 4 in domino fruar te, lucerna ardens et non -ens.

deriv.: marcescibilis. *comp.*: com-, de-, e-, permarcesco.

marcha *v.* marca.

marciaton (-um; -āt-?), -ī *n.* [*orig. inc., nisi derivatum est a* Marcius. *J. B. H.* *ex* *macirātum (*cf.* macir) *depravatum esse putat Niedermann.*] *gr. ubique respondet* μαρκίατον. *i. q. genus unguenti* (*cf.* ISID. orig. 4, 12, 10): ALEX. TRALL. 1, 30 oleum nardinum aut glaucinum aut -on. 1, 47 epithima ... -on quod vocatur. 2, 45 (*bis*). ORIBAS. syn. 3 add. 35 p. 907 -on unguentum ad stomacu et epar et omnem dolorem corporis (*sequitur confectio*). HIPPIATR. I 447, 14 μαρκιάτον.

marcido, -āre. *a* marcidus. GLOSS.[L] II Philox. MA 102 -at et marcerat (i. e. macerat *Nettleship, sed cf. l. 44*) τήκει, τήκεται, λεπτύνει. *forma vulgaris (cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 85 et Sommer, Handb. 211)* marcero (*cf. l. 42 et p. 8, 33*): NOT. Tir. 113, 48 (*post* marcescit). *i. q. laxari*: HIPPOCR. num. sept. 22, 10 (cod. G *et* A) dolores marcescere marcedante calore, qui in mundo est et qui in corporibus.

marcidātus *i. q. putidus*: CONC. Matiscon. a. 585 p. 171, 9 comperimus multos necdum -a (*i. putore consumpta*) mortuorum membra (*acc. abs.*) sepulchra reserare.

marcidulus, -a, -um. *a* marcidus *demin.* *i. q. aliquantum languidus*: FVLG. aet. mund. 7 p. 150, 23 -is coëuntibus vulva folliculis. MART. CAP. 7, 727 *Venus* -is decenter paeta luminibus.

×**marcidus**, -a, -um. [*cf. c.* marcere, marcor. *J. B. H.*] *comp.* -ior: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 100, 5. NOT. Tir. 113, 46. GLOSS. μεμαρασμένος. παρειμένος, κραιπαλῶν. -a (III 620, 30 martida) canana (χαῦνα *Buech.*). GLOSS.[L] II Philox. MA 103 -us et marcerosus (*cf. Svennung, Unters. Pallad. 275 n. 1*) τετηκώς, νωθής. 105 νωθὴς ἀπὸ κραιπάλης. Abav. MA 70 lassus vel gravatus. III Abstr. MA 38 -us languidus aut ariditati proximus. [*val.* marced. *M.-L.*] [*confunduntur* -us *et* murc-: MART. CAP. 1, 10. 9, 999.]

A *strictiore sensu i. q. vigore destitutus*: 1 *i. q. flaccidus* (*de herbis*): Ov. met. 10, 192 *lilia* -a demittant subito caput. HERM. Pal. *et* vulg. sim. 9, 1, 7 -ae (μεμαραμμέναι) *herbae* (*opp.* laetae). *in imag.*: PRVD. perist. 3, 210 ego serta ... texta feram pede dactylico vilia, -a, festa tamen. 2 *i. q. putidus*: VITR. 2, 8, 20 *craticii* vetustate -i fiunt. VAL. MAX. 6, 9 ext. 5 *Polycratis* laevam ... situ -am. PLIN. nat. 23, 7 cicatricibus -is (*i. cariosis, purulentis*). GARG. MART. pom. 3, 5 *amygdalae* nubilo prius -ae, deinde austris insequentibus concrematae. *inde i. q. instabilis, dissolubilis*: SEN. contr. 2, 1, 13 montes silvasque in domibus -is ... imitantur. MACR. Sat. 7, 12, 3 omne corpus suāpte naturā dissolubile et -um est et ... facile defluit. *trop.*: ENNOD. epist. 2, 14, 2 p. 55, 2 -a ecclesiae membra (*opp.* sana). opusc. 1, 56 p. 276, 20 Roma iuvenescit -a senectutis membra resecando.

B *latiore sensu i. q. virium expers*: 1 *de animantibus eorumque partibus i. q. languidus, enervis, effeminatus, segnis* (*add. abl. instr. l. 80 sqq. p. 376, 1. 2. 4 al.; abl. lim. p. 376, 7; acc. gr. l. 81*): a *de ipsis personis*: SEN. suas. 6, 7 vino et somno (*cf. p. 376, 1 sq.*) -us. SEN. Med. 69 huc incede gradu -us ebrio, *Hymenaee*. Herc. O. 376 hirtam Sabaea -us myrrha comam. dial. 1, 3, 10 hunc voluptatibus -um. PS. SEN. mon. 27 nec in negotio sis inquietus nec in otio -us. STAT. Theb. 4, 652 -us (*i. ebrietate lassus*) edomito bellum referebat ab Haemo Liber (*cf.* DRAC. Romul. 10, 272). TAC. ann. 6, 4, 4 *Haterius* somno aut libidinosis vigiliis -us et ob segnitiem ... principem non metuens. PLIN. paneg. 63, 3 -i somno hesternaque cena redundantes. APVL. met. 1, 15 ille -us et semisopitus (*ibid.* semisomnus). 1, 17. NOVATIAN. cib. Iud. 6 p. 962[C] -os vino. VEG. mil. 3, 11 p. 94, 21 ad aciem -us (*sc. itinere*) adventat. VVLG. Sirach 11, 12 est homo -us ([νωθρός]. *opp. 11, 11* laborans et festinans). HIL. euang. 105 homo *aeger* pallenti -us ore. PRVD. psych. 316 pervigilem ructabat *Luxuria* -a cenam. CLAVD. 15, 444 dux ... -us ibit unguentis. AVG. in euang. Ioh. 10, 9 *syn.* frigidus (*i. segnis*). util. ieiun. 2, 2 cum istis ... pigris, torpidis, -is, somnolentis. DRAC. Romul. 6, 19 *Veneri* militat omnis -us *Mars.* satisf. 228 nec sub flore genae -us est iuvenis (*in re veneria; cf.* laud. dei 2, 632). ENNOD. carm. 2, 97, 4 -a *senio* cur iuveni sociaris, Galla, marito? ORIBAS. syn. 5, 46 p. 82 (*rec. La*) -i citius (*cf. p. 374, 82*). b *de partibus hominum* (*bestiae: l. 16. 17*): SEN. epist. 92, 10 animal iners ac -um (*de corpore humano*). LVCAN. 1, 628 pars *iecoris victimae* aegra et -a pendet. PLIN. nat. 11, 137 aures -ae fessis *equis*. APVL. met. 2, 17 lassis animis et -is artibus defatigati. 3, 14 oculos Fotidis ... libidine -os (*cf.* 3, 20 luminibus nostris vigilia -is). HERM. vulg. vis. 3, 11, 2 spiritus ... -us (*sc. senio*) est (*Pal.* fatigatus; *gr.* μεμαραμμένον). CYPR. ad Donat. 12 p. 13, 25 epulis -um corpus. ZENO 2, 12, 1 -ae mammae *Sarae*. SCHOL. Hor. epod. 12, 7 vietis *membris*: -is ... sive rugosis et vetustate confectis. AVG. epist. 158, 11 *animam* -am, et quasi segnem et torpidam. SIDON. epist. 1, 6, 3 pingui otio -us et enervis animus. 2, 9, 7 pectora -a cibis. DRAC. Romul. 10, 224 -a funereum laxavit dextera *Medeae* ferrum.

2 *de rebus i. q. debilis, enervis, segnitiam prodens vel efficiens*: a *de rebus incorporeis*: VAL. MAX. 7, 7, 4 -am senectutem (*cf.* ORIBAS. syn. 5, 1). APVL. met. 5, 22 *Psyche* -o pallore defecta (*sc. ob metum*). 10, 11 -o sopore discusso. ANTH. 449, 4 cura ... a multo -a facta mero. AMBR. Cain et Abel 2, 6, 19 nova ... fides renovatorum, valida, pubescens ... non remissa, non fessa, non senio quodam -a et vigore ignava (*cf.* HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 3 fides tepore -a). CLAVD. 7, 40 non ... desidias molles nec -a luxu otia nec somnos ... inertes. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 100, 5 lenem et ... molliorem et ... -iorem *propositionem*. CAEL. AVR. gyn. frg. p. 147, 6 color ... aegrotantis est pallidus et -us. OP. imperf. in Matth. 3 p. 654[B] *iustitia* in tentationibus floret, in prosperitate autem -a est. ENNOD. dict. 1, 6 p. 424, 20 -a est sine sermone hilaritas. b *de rebus corporeis*: CE 29, 8 (*s. II*) unguento -o (*v. adn. Büch. et cf. p. 377, 10*). STAT. Theb. 7, 685 -a ... Ismara (*de locis ebriorum luxuriā vel lassitudine repletis*; *cf.* 8, 347 Cithaeron. 12, 788 Ganges). silv. 1, 6, 33 -a vina largiuntur (*v. Vollmer ad l.; alii de carie vini vetusti interpretantur*). ANTH. 803, 8 nive, quae nullo -a (*i. tabescens*) sole iacet. CLAVD. rapt. Pros. 1, 282 stagna ... tranquillae potantes *iugales* -a (*i. pigra; an segnitiem efficientia?*) Lethes. ENNOD. dict. 9, 6 p. 452, 2 tu Castalii gurgitis lautus possessor incedis: at ego vix arentibus labiis stillantem guttam -i (*i. tenuis, exigui*) liquoris infundo. epist. 4, 7, 2 p. 102, 16 -a (*i. pigra*) profundo squalore terga ... infundit *flumen*. carm. 1, 4, 50 *Amor* laxo remeabat arcu -am damnans otiis pharetram. c *de rebus lucidis i. q. tenui luce praeditus*: VERS. metr. Diom. gramm. I 450, 28 -o dies sole pallet. AVIEN. Arat. 515 -a *arietis* ... forma (*cf. 512* indigus ignis [*Arat. 227* νωθής]). PRVD. cath. 7, 18 (*trop.*) frequenti -a oblectamine scintilla mentis ut tepescat. AVG. in psalm. 40, 12 flammae lentae et -ae.

deriv.: marcido. [**marcio**, -ōnis *v. p. 20, 21.*]

emacitas (?) **marcitūdo** GLOSS.[L] III Abol. EM 5.

[**marcitus** (*P*, murcitus *N*, amarities? *Nettleship*) πικρότης IDIOM. gen. gramm. Char. gramm. p. 451, 66 B.]

marcor, -ōris *m.* *a* marcere. NOT. Tir. 113, 45. GLOSS.[L] I Ansil. MA 768 -r defectus quidam; Statius (*v. p. 377, 5*). III Abol. MA 14 -r collapsio. *cf.* ISID. orig. 10, 127 inmarcescibilis ... sine -e et languore. [*dub.*: SEN. Herc. f. 1043 *v. p. 41, 62.*]

A *strictiore sensu i. q. defectus vigoris*: 1 *de herbis sim.*: SEN. nat. 3, 27, 4 segetum sine fruge surgentium -r. APON. 8 p. 155 palmarum comae semper viroris virtute ... numquam -is infirmitate. *trop.*: PS. AMBR. serm. 59 b, 5 nescit umquam in sanctis viridis decor ille -em. 2 *de rebus putidis, vapidis*: PLIN. nat. 22, 94 panni -r (*Diosc. 4, 82, 1* ῥάκεσι σεσηπόσι). CAEL. AVR. chron. 3, 2, 39 ex depositis, quae temporis requie, nullo accepto -e, inflabilis virtutis careant qualitate.

B *latiore sensu i. q. remissio, defectus virium, languor, torpor*: 1 *de hominibus (bestia: infra l. 79) eorumque partibus*: a *de languore aegrotantium*: CELS. 3, 20, 1 *in morbo phrenetico* prompta ad omnem audaciam mens est, in hoc (*sc. morbo contrario*) -r et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas: λήθαργον Graeci nominarunt. GARG. MART. med. 41 p. 182, 11 compositio ... contra -em stomachi (*cf.* PLIN. med. 2, 4 p. 45, 10 MARCELL. med. 20, 84). CHIRON 517 -r (mergor *cod.*) fit corporis *iumenti*. PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 9 totius corporis stupor somnusque gravis quasi -r. VINDIC. med. 13 umbilici -r. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 66 totius corporis -r. 3, 2, 19 -r ac defectio animi, quam Graeci λειποθυμίαν vocant. acut. 2, 32, 171 aegrotantes ... -e quodam demersi moriuntur. 2, 37, 217 in -em ..., quem Graeci μαρασμόν vocant. gyn.

[Bachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4 *de locis, aedificiis ad -e sitis*: **a** *de oppido, emporio, arce sim.*: VARRO frg. Char. gramm. p. 75, 22 B. a -e operta oppida (CIC. rep. 2, 10. *cf.* LIV. 26, 20, 8 ad arcem a -i aditus. 26, 26, 3 gravior a -i oppugnatio. 28, 5, 18 ut Romani a -i, regii a terra oppugnarent [44, 12, 4 VVLG. I Macc. 15, 4]. *et al.*). CIC. Att. 6, 2, 3 Graecos in eo reprehendit, quod -e tantum secuti sunt *in oppidis condendis*. HOR. epist. 1, 11, 26 locus effusi late -is arbiter. LIV. 24, 3, 8 arx Crotonis, una parte imminens -i *eqs.* (28, 6, 2. 37, 26, 5). 38, 29, 10 urbs in -e devexa. SEN. Tro. 819 -is ... domitrix Iolcos. 828 -is lati sinuosa Troezen. nat. 4, 2, 4 commercia Indici -is. PLIN. nat. 6, 103. 149. TAC. hist. 3, 43, 1 Foroiuliensem coloniam, claustra (*cf. l. 14*) -is (*cf.* ann. 2, 5, 3). PLIN. epist. 9, 33, 2. FLOR. epit. 1, 16, 4. 6 urbes ad -e *eqs.* (*sim.* SIDON. epist. 1, 5, 7 Hadriatici -is oppida *eqs.*). INSCR. NSc. 1918 p. 137, 4 colon⟨iam ad -e⟩ dedux⟨it⟩. **b** *de villa, thermis, aedificio sim.*: LEX par. fac. Put. (CIL I^2 698) 1, 12 ex eo pariete antas duas ad -e versum proicito (*cf.* VITR. 1, 4, 1 si secundum -e erunt moenia [1, 7, 1]). HOR. carm. 2, 18, 20 -is ... Bais obstrepentis ... summovere litora. 3, 24, 4 caementis licet occupes ... tuis ... -e publicum (*cf.* PORPH. *ad l.*). SEN. epist. 122, 8 qui fundamenta thermarum in -i iaciunt. MART. 10, 37, 19 venit ad -e (*i. ad villam in -i*) cena. PLIN. epist. 2, 17, 10 cenatio, quae ... plurimo -i lucet. 2, 17, 11 calida piscina ..., ex qua natantes -e aspiciunt. POMPON. dig. 1, 8, 10 quod in -e aedificatum ..., privatum. 41, 1, 30, 4 si pilas in -e iactaverim *eqs. ibid.* si insulam in -i aedificaverim. 41, 1, 50. PORPH. Hor. carm. 2, 18, 20 molibus (*cf. l. 3. 6 sqq.*) in -e (-i *codd.*) iactis (*l. 8*) praetoria superaedificare. 3, 1, 33 sibi aedificia ... in -i ponere. *et al.* **5** *-e locus otii, quietis, delectationis sim.*: SEN. benef. 7, 20, 3 ludibria regum in -i lascivientium. TAC. ann. 15, 51, 2 Nero multo apud Puteolos et Misenum -is usu laetabatur. PLIN. epist. 1, 9, 6 o -e, o litus, verum secretumque μουσεῖον *eqs.* 4, 23, 1 nunc terra nunc -i corpus agitare (*cf.* paneg. 81, 4 [*de ludis*] corporis robur in -a proferre). 5, 18, 1 frueris -i. SVET. Nero 34, 1 terra -ique praetervehentes. AVR. VICT. Caes. 4, 3 pervium -e theatris curribusque ... efficere contendit. CAEL. AVR. chron. 3, 1, 10 *utilis* plurima -e tenus conversatio (*i. commoratio*). **6** *de imperio -is vel rei navalis*: CIC. Verr. II 5, 97 -i plurimum poterant *Carthaginiensium classes* (LIV. 5, 33, 7. 28, 7, 17. *et al.*). Manil. 35 Pompeius Italiae duo -a ... classibus firmissimisque praesidiis adornavit. 54 civitas Atheniensium, quae ... -e tenuisse dicitur (prov. 36 tutum et clausum [*cf. p. 386, 16*]. Att. 10, 8, 4. VERG. Aen. 1, 26 dicione. *et al.*). CAES. civ. 3, 111, 4 *ut* portum ac -e totum in sua potestate haberent (LIV. 32, 21, 32 frg. 22). BELL. Afr. 8, 2 -e tuendum ab hostibus (NEP. Con. 4, 2. *cf.* LIV. 27, 22, 12 oram -is vicinam urbi Romanae. 41, 1, 3). NEP. Timoth. 2, 2 Athenienses -i duces. LIV. 8, 14, 8 interdictum ... -i Antiati populo. 22, 20, 3 levi pugna toto ... -i potiti erant (25, 11, 12. *cf.* 27, 30, 16 Romanos ... in ea regione potentis -is [FEST. p. 355 Tyria -a in proverbium deductum, quod ... Poeni adeo p. -is fuerunt, ut *eqs.* TAC. ann. 4, 44, 2]). 26, 39, 10 si navali proelio possessionem -is ademissent (37, 8, 1 ne ... pelleretur. 37, 26, 13 hosti eripere). 36, 41, 3 -i ... pollere Romana arma (*cf.* TAC. ann. 11, 14, 1 praepollebant). 37, 14, 6 ademptum se -is usum hostibus. 37, 31, 5 confessionem ... concessi -is. VELL. 2, 51, 1 -e praesidiis classium ... saepserat. 2, 72, 4 custodiae -is praefuerat (*cf.* SEN. dial. 1, 2, 10 custodiantur ... classibus -a). VAL. MAX. 6, 5 ext. 2 dominatio -is. SEN. Phoen. 374 *Adrasti* imperio -e regitur (*de imperatore* [*cf. et Magie, iuris publ. sacrique vocabula, 1905 p. 32. 67*]: IVV. 4, 83 -a ac terras populosque regenti. PLIN. paneg. 4, 4. *cf.* SEN. Phaedr. 149 -a qui regno premit). OCTAVIA 484 nutu ... -a subiecit *Fortuna* tuo. CVRT. 4, 4, 19 *Tyrus* -e ... dicionis suae fecit. PLIN. nat. 7, 98 cum imperium -is populo Romano restituisset ([AMPEL. 15, 14]. SIL. 1, 192 cessisse imperio tantum terraeque -isque). 37, 16 qui oras -is defendissent. TAC. Agr. 30, 4 postquam cuncta vastantibus (*i. Romanis*) defuere terrae, -e scrutantur (*cf. p. 382, 78*) *eqs.* PLIN. paneg. 29, 1 exactus hostis -i. 50, 1 unius (*sc. imperatoris; cf. p. 385, 84*) oculis flumina fontes -a deserviunt. SVET. Aug. 49, 1 ad tutelam superi et inferi -is. FLOR. epit. 2, 6, 2 urebat ... populum ablatum -e, raptae insulae *eqs.* VIR. ill. 84, 2 cum -i feliciter uteretur (*v. l. 50*). VEG. mil. 4, 32 *liburnae* Ionio -i locatae.

7 *de bellis navalibus sim.* (*huc pertinere videtur* ENN. scaen. 119 -a ... spumant sanguine): CIC. Verr. II 4, 130 cum tam multa ex illo -i bella emerserint. Manil. 32 mercatoribus -e tutum (NEP. Them. 2, 3 LIV. 37, 25, 2. *et al.*). 53 ita ... clausa ... -a ..., ut neque privatam rem transmarinam neque publicam ... obire possemus (SEN. contr. 1, 8, 12 cum piratae -a clausissent. HIER. epist. 7, 2, 2. *et al. cf.* LIV. 44, 14, 10 -i ... intercluso. FLOR. epit. 3, 6, 1 -a bello quasi tempestate [*v. p. 384, 82*] praecluserant). prov. 31 -e ..., cuius fervore (*i. sollicitudine bellica*) ... maritimi ... cursus tenebantur (*sim.* SIL. 14, 559 perfusum bello fervet -e). rep. 3, 24 -e ... infestum uno myoparone (LIV. 34, 32, 18 navibus piraticis [*cf.* CVRT. 4, 8, 15 -e a p. classibus vindicare. *cf.* VELL. 2, 73, 3 p. sceleribus]. perioch. 128 p. 117, 13 latrociniis [VELL. 2, 73, 3]. *et al.*). Att. 9, 19, 3 superum -e obsidetur (CVRT. 4, 2, 11 classibus. CYPR. ad. Donat. 6 p. 8, 17 praedonibus. *cf.* COLVM. 1 praef. 8). CAES. civ. 3, 15, 1 -i portibusque Caesarem prohibebat. HOR. carm. 2, 1, 34 -e Dauniae ... decoloravere caedes (*cf.* 2, 12, 2 Siculum -e Poeno purpureum sanguine. SEN. Phaedr. 552 *cruore* [clem. 1, 11, 1 LVCAN. 4, 568]. PLIN. paneg. 12, 1 infecta victoriis -a). 4, 5, 19 pacatum volitant per -e navitae (R. GEST. Aug. 25 a praedonibus. SEN. epist. 94, 64. *et al.*). LIV. 7, 26, 13 nec illi (*sc. Graeci*) terra nec Romanus -i bellator. 21, 40, 5 quos terra -ique priore bello vicistis (22, 19, 1 t. -ique coeptum bellum. 27, 5, 3 cladibus bellatum. 28, 4, 7 victor [VAL. FL. 1, 345 CIL III 13620, 4. *et al.*]. 32, 21, 18 *arma* intulerunt. 36, 41, 5 dimicandum. *et saepe*). 25, 11, 11 -e liberum (27, 15, 7 erat liberum -e *eqs.*). 35, 49, 5 rex ... consternit -a classibus (CVRT. 9, 6, 7). 37, 13, 6 vacuo ab hostibus -i. perioch. 99 p. 98, 23 -i eos (*sc. piratas*) expulit. SEN. contr. 1, 2, 8 terras et -a latrocinantes (FLOR. epit. 3, 6, 3 -i). 7, 2 (17), 6 terrarum -isque domitor. suas. 2, 17. MELA 1, 78 -e quo pugnatum est (*cf.* FLOR. epit. 2, 22, 32 in -i pugna. VEG. mil. 4, 43 navalis p. tranquillo committitur -i *eqs.*). LVCAN. 3, 524 servatum bello iacuit -e. TAC. hist. 2, 32, 1 nullo -is (*i. a -i*) subsidio (*cf.* VEG. mil. 3, 26 p. 123, 9 -e ... habere subsidium) *Italiam esse*. ann. 2, 49, 1 primus rem Romanam prospere -i gessit. FLOR. epit. 2, 2, 7 -i congredi. 4, 2, 20 per triumphatum a se -e. 3, 8, 2 piratica rabie -a corruperant (*cf. l. 23*). VLP. dig. 43, 7, 31 viae militares exitum ad -e ... habent. 47, 9, 3, 2 AMM. 23, 5, 9. VEG. mil. 4, 46 utile est, ut alto et libero (*v. l. 37*) -i tua ... classis utatur (*v. supra l. 11*). *latiore sensu fere i. q. pugna navalis*: LVCAN. 5, 109 Salaminiacum meminit -e.

8 *de regione caeli* (*secund. hebr.* יָם): ITALA gen. 13, 14 (Aug. quaest. hept. 1, 28) vide ... ad aquilonem et africum et orientem et -e ([*Vulg.* occidentem]. *item i. q. occidens*: Ezech. 42, 17 [Wirc.; *Vulg. v. 19* ad ventum occid.] VVLG. exod. 36, 27 Is. 49, 12. Os. 11, 10 formidabunt filii -is. AVG. loc. hept. 6, 9 p. 616, 3 consuetudinis est ... scripturarum, ut occidentalem partem a -i appellet *eqs. et al.*). VVLG. psalm. 88, 13 aquilonem et -e (*i. meridiem?* [*sed cf. Hoberg, Die Psalmen d. Vulg. 1906 ad l.*]. *cf.* 106, 3 AVG. in psalm. 85, 14 p. 1092$^{in.}$).

C *in religione vel magia*: **1** *propter divinam naturam* (*cf.* CIC. ac. 2, 119 solem, lunam ..., terram, -e deos esse) *-e testantur, venerantur* (*v. et p. 387, 51*): VERG. Aen. 6, 351 -a aspera iuro (12, 197. OV. met. 3, 638 per -e ... perque omnia numina [trist. 2, 53 per -e, ... terras, ... tertia numina. *et al.*]). SEN. Med. 616 exigit poenas -e provocatum. PLIN. nat. 14, 52 -a ... temerata. 30, 17 expuere in -a aliisque (-i *artis quae VG*) mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. PLIN. paneg. 86, 4 precatus ... est prona -a. TERT. spect. 9 p. 11, 18 aurigas coloribus idolatriae vestierunt: ... consecraverunt ... venetum Caelo et -i (*cf. p. 381, 56*). AVG. in euang. Ioh. 10, 1 p. 1467$^{med.}$ super -e oratis (*cf. Heiler, Gebet, 1922, 102*). CIL VI 31171, 7 Terrae, Caelo, -i, Neptuno.

2 *de dis dominatoribus -is*: **a** *universis*: VERG. Aen. 3, 528 di -is et terrae (OV. Ib. 67) tempestatumque potentes. OV. am. 3, 12, 38. met. 2, 531 di -is adnuerant. 13, 949 di -is ... Oceanum Tethynque rogant. trist. 1, 2, 1 et caeli. LIV. 29, 27, 1 divi divaeque ..., qui -a terrasque colitis. CVRT. 9, 9, 27 praesidibus ... -is ... dis sacrificio facto (*cf. p. 387, 51*). VAL. FL. 3, 259. PLIN. epist. 9, 26, 4. paneg. 35, 1 ultionem ... diis -is commendasset. *adde de deo Iudaeorum vel christianorum*: PSALT. Cas. 73, 13 stabilisti in virtute tua -em ([*i. -e rubrum*, VVLG. -e]. *cf. et* SVLP. SEV. chron. 1, 15, 5 Moyses ... percussum virga -e discidit. PS. BOETH. fid. cath. 153. *et al.*). ITALA Matth. 8, 27 (cod. d) et venti et -is obaudiunt ei ([VVLG. -e]. TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 484, 1 CYPR. idol. 13 p. 29, 14. *et al.*). COMM. instr. 1, 2, 1 dominus caeli, terrae -isque (PRVD. c. Symm. 2

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praef. 25. *et al.*). b *singulis*: *α varia*: PLAVT. Rud. 1 qui gentes omnes -aque et terras movet ([*i. Iuppiter*]. *cf.* HOR. carm. 3, 4, 45. SEN. Thy. 607 rector -is. PS. APVL. Ascl. 27 p. 65, 7 terrae ... et -i dominatur [*cf. l. 19. 33*] Iuppiter Plutonius. *et al.*). CATVLL. 64, 30 Oceanus ..., -i totum qui amplectitur orbem (*v. Kroll ad l. cf. et* OV. met. 7, 267 Oceani ... -e). VERG. georg. 1, 29 an deus ... venias -is, *Caesar*, ac tua nautae numina ... colant. Aen. 10, 221 *nymphas* alma Cybele numen habere -is ... iusserat (*cf.* VAL. FL. 1, 50 n. -is ... Helle [5, 199]. CYPR. idol. 2 p. 19, 10 Melicertes et Leucothea ... -is n.). HOR. carm. 2, 19, 17 tu (*i. Bacchus*) flectis ... -e barbarum (*item de Baccho*: SEN. Herc. f. 903). PROP. 2, 26ª, 14 Ionii ... puella -is (*i. Nereis*). 2, 26ᵇ, 52 hic deus (*Boreas*) et terras et -a ... domat (*cf.* 3, 7, 57 di -is Aegaei ..., venti). OV. ars 3, 311 monstra -is Sirenes (*v. etiam l. 69*). met. 8, 731 -is incola, Proteu. PAVL. FEST. p. 327 Salaciam ... quam putabant ... -e movere ([*cf. l. 2 et 35*]. AVG. civ. 4, 10 p. 157, 29 D. *al.*). SEN. Oed. 450 tumidum Nereus posuit -e. PREC. terr. 4 *Tellus* caeli ac -is diva (*cf.* HOMER. 93 d. -is *Thetis*). PLIN. nat. 2, 101 *Pollucem et Castorem* in -i deos. 7, 234 Tusci dominam -is (*i. Venus [v. infra l. 41 sqq.] sub Circes specie*). SIL. 17, 352 turbasti (*Iuno*) -a ac terras (*item de Iunone*: CLAVD. DON. Aen. 1, 65). APVL. met. 10, 32 illos ... puellos diceres ... Cupidines ... de ... -i commodum involasse. *nominantur numina vice -is* (*cf. infra l. 39*): GLOSS.ᴸ II Abav. MA 68 -e Amfitritem. V Abba TY 15 Thitis (*i. Tethys*). *β speciatim de iis dis, quorum numen significantius ad -e pertinet*: Ⓘ *de Neptuno*: NAEV. carm. frg. 12 Neptunum regnatorem -um (*sim.*: OV. met. 11, 207 rector [FLOR. epit. 4, 8, 3]. SEN. Herc. f. 515 regentem [599]. VAL. FL. 1, 414 rex [SIL. 17, 284 *al.*]). TER. Ad. 790 -a Neptuni. VARRO ling. 5, 72 Neptunus quod -e terras obnubit. CIC. nat. deor. 1, 40 *qui* aer per -a manaret, eum esse Neptunum (*cf.* 3, 64 N. esse ... animum cum intellegentia per -e pertinentem [*sim.* AVG. civ. 7, 22 p. 300, 26 D.]). VERG. Aen. 5, 799 domitor ([SIL. 9, 291]. *cf.* SEN. Med. 4 dominator. AVIEN. Arat. 705 dominus). DIRAE 59 Neptunus ... atrum convertens aestum -is undique ventis. HOR. carm. 1, 5, 16 potenti ... -is deo. SEN. nat. 6, 23, 4 *Neptuno* adsignata est -is movendi potentia. CVRT. 4, 4, 5. VAL. FL. 4, 571 pater ... -is. QVINT. inst. 3, 7, 8. SERV. auct. Aen. 1, 139 effectum est, ut ... -a Neptunus *sortiretur* (*cf.* AVG. civ. 4, 10 p. 157, 25 D.). AVG. civ. 7, 28 p. 311, 23 D. *ponitur Neptunus pro -i*: CIC. de orat. 3, 167 N. pro -i (MIN. FEL. 19, 10). nat. deor. 3, 52 sin terra *dea est*, -e etiam, quem Neptunum esse dicebas. LVCR. 2, 655 -e N. ... vocare. Ⓘⓘ *de Venere* (*cf. supra l. 19*): VARRO ling. 5, 63 de caelo ... semen igneum cecidisse ... in -e ac natam e spumis Venerem *eqs.* (*cf.* OV. fast. 4, 62 a spumis est dea dicta -is). TIB. 1, 2, 42. OV. epist. 15, 24 in -e ... ius habet orta -i (EPIST. Sapph. 213. *cf.* PAVL. FEST. p. 52 concepta [TAC. hist. 2, 3, 1]). MELA 2, 102 *Palaepaphos* quo primum ex -i Venerem egressam accolae adfirmant (*cf.* PLIN. nat. 35, 91 exeuntem e -i *simulacro expressam*). APVL. met. 4, 31. AVSON. 407, 12 p. 231 P. qualis emerserat -i.

3 *in cultu* (*cf. Krauss, Interpretation of the omens, Philadelphia, 1930 p. 132 et adn. 18*): **a** *varia*: *α apud paganos*: CIC. nat. deor. 3, 51 *nostri* duces -e ingredientes immolare hostiam fluctibus (*cf.* LIV. 29, 27, 5 cruda exta caesa victima, uti mos ..., in -e proiecit. MACR. Sat. 3, 2, 4. *v. Wissowa, Rel. u. Kult.², 1912 p. 227 adn. 8*). LIV. 27, 37, 6 *androgynum* vivum in arcam condidere provectumque in -e proiecerunt (OBSEQ. 81 deportatus. 92 delatus. 96 -i demersus *al.*). PAVL. FEST. p. 181 Rhodi ... quotannis quadrigas soli consecratas in -e iaciunt. AVG. civ. 3, 11 p. 108, 21 D. simulacrum in -e ... esse proiciendum. *β apud christianos*: HIL. in psalm. 68, 28 p. 337, 6 cum profundum -is sedem intellegamus inferni. **b** *speciatim i. q. locus poenae*: *α in iure*: VAL. MAX. 1, 1, 13 Tarquinius ... M. Atilium ... culleo insutum in -e abici iussit *eqs.* (IVV. 13, 155 [*cf.* SCHOL. *ad l.*]. PAVL. sent. 5, 24 MOD. dig. 48, 9, 9 pr. *et al. cf. et* IVV. 15, 16 in -e [inma ** que *P*] nemo hunc abicit). *β apud christianos*: RVFIN. Orig. in exod. 6, 3 p. 195, 7 angeli nequam de exercitu Pharaonis ..., quos demerget dominus in rubrum -e ... in die iudicii (*fere in imagine*). ORIG. in Matth. 16, 26 p. 1462ᴬ *Satanas* in -e, abyssum scilicet, proicitur.

4 *in magia*: OV. met. 7, 154 *verba* quae -e turbatum ... sistunt. SEN. Med. 356 cum Ausonium dirae pestes (*i. Sirenes*) voce canora -e mulcerent. 755 evocavi nubibus siccis aquas egique ad imum -a. Herc. O. 456 turbidum explicui -e (*v. 452* artibus magicis). MELA 3, 48 *Gallizenas* ingeniis singularibus praeditas -a ac ventos concitare carminibus. VAL. FL. 8, 352 dirā ... levat *Medea* -a ardua linguā. SIL. 11, 472 ad puppim sacrae ... carinae adductum cantu *Orphei* venit -e (*sim.* STAT. Theb. 5, 342). APVL. met. 1, 3 magico susurramine ... -e pigrum conligari. DRAC. Romul. 10, 139 *Medea* precibus elementa quatit: -e, sidera, terras.

D *de certis -bus* **nom. prop.** *sim. significatis* (*de ratione -a appellandi cf.* MANIL. 4, 657 SERV. Aen. 3, 211. ISID. orig. 13, 16, 6 sq. a gentibus Gallicum, Ausonium ..., ab oppidis Argolicum, Corinthium ..., a positione caeli ut superum et inferum ..., a memoria regum ut Ionium *eqs.*): PLAVT. Men. 236 -e superum (*cf.* CIC. Flacc. 30 in -e superum et inferum [de orat. 3, 69. ISID. orig. 13, 16, 7]. LVCAN. 2, 400 inferni [*aliter p. 388, 15*] superique -is. *al. cf. infra l. 75 et v. V. Burr, Nostrum Mare, Würzb. Studien 1932 p. 68 sqq.* *adde*: VERG. georg. 2, 158 -e quod supra ... quodque adluit infra). TRAG. inc. 105 ab Ionio -i (SERV. Aen. 3, 211. auct. georg. 3, 153 *Io* se in -e praecipitavit, ⟨quod⟩ I. vocaverunt. *saepe*). LVCIL. 466 Carpathium -e (*v. Onom. II 205, 40*). AFRAN. com. 112 -a Tyria (FEST. p. 355. *et al.*). VARRO rust. 3, 9, 17 in -i Tusco (LIV. 5, 33, 7. *et al.*). frg. Sol. 33, 1 ad rubrum ... -e, quod Erythraeum ab Erythra rege ..., non solum a colore appellatum ([frg. Char. gramm. p. 75, 25 B. PLIN. nat. 4, 120. *al.*] CIC. nat. deor. 1, 97 in rubro -i. HIER. epist. 22, 41, 1 post r. -e [*i. post transitum per r. -e*]). VARRO AT. carm. frg. 18 cingitur ... Libyco -e (PLIN. nat. 5, 1. *et al.*). CIC. Manil. 35 Illyrici -is (TAC. hist. 3, 2, 2. *et al.*). 55 in Aegaeo -i (*v. vol. I 945, 1*). rep. 6, 21 -i quod Atlanticum, quod magnum (*aliter l. 71*), quem oceanum (*v. l. 20*) appellatis (*v. vol. II 1045, 9*). Att. 8, 3, 5 infero -i (SERV. auct. Aen. 8, 149. *cf. p. 387, 83.* *adde*: SEN. nat. 4ª, 2, 29 infernum -e [*i. Propontidem*]). 10, 7, 1 Adriano -i (*v. infra l. 25*) ..., Fretensi. carm. frg. 21 -e Tyrrhenum (MELA 1, 17 quod ... nos Tuscum [*v. supra l. 6*] Grai Tyrrhenicum perhibent. *al.*) CATVLL. 4, 23 a -ei novissimo ([*Itali*, novissime *V*] *i. Euxino; aliter infra l. 75*). 115, 6 usque ... -e ad oceanum (CAES. Gall. 3, 7, 2. TAC. hist. 4, 12, 2 -e oceanus [ITIN. Burdig. p. 549, 8]. *v. etiam l. 14. 59. 62. 76. et al.*). CAES. Gall. 5, 1 in nostro -i ([*de natura et situ*: MELA 1, 6]. SALL. Iug. 17, 4. MELA 1, 13 nostra -a [*cf.* 1, 15 reliqua nostri -is]. *saepe. v. et Burr l. l. 119 sqq., 128 sqq.*). civ. 1, 25, 3 Hadriaticum (LIV. 1, 1, 3. 5, 33, 7. *et al. cf.* HOR. carm. 1, 16, 4 Hadriano [VITR. 2, 10, 1. *cf. et l. 16*]. PROP. 1, 6, 1 Hadriae ... -e [TAC. ann. 15, 34, 1 -is Hadriae]. LVCAN. 4, 404 -is Adriaci. *addi potest*: HOR. sat. 1, 10, 31 natus -e citra [*i. vernaculus, Italus, cf.* 2, 8, 47]). SALL. Iug. 18, 9 -e Africum (*v. vol. I 1255, 32 sqq. cf. et* BELL. Alex. 28, 2 eo -i, quod Africae partis esse dicitur). hist. frg. 3, 65 -e Ponticum (FLOR. epit. 3, 5, 1 *al. cf.* ITIN. Theod. p. 143, 11 -e Pontus). 3, 67 -i nomen inhospitali quaesierant (*cf.* OV. trist. 4, 8, 42 -is Euxini. 5, 10, 2. ISID. orig. 13, 16, 7 a moribus accolarum Eu. *et al.*). NEP. Hann. 8, 4 in Pamphylio -i (PLIN. nat. 5, 96 -e P. Cilicio [*v. infra l. 52*] iungitur. *et al.*). VERG. Aen. 5, 52 Argolico ... -i (*cf.* SERV. *ad l.*). HOR. carm. 1, 1, 14 Myrtoum (PLIN. nat. 4, 51 Aegei pars M. datur. *al.*). 1, 26, 2 Creticum (*v. Onom. II 711, 8*). 2, 9, 2 -e Caspium (*v. Onom. II 229, 59*). 2, 12, 2 Siculum -e (LIV. 33, 17, 5. *et al.*). 3, 29, 36 Etruscum ... -e (LIV. 4, 52, 5. *et al.*). TIB. 2, 2, 16 Eoi ... -is (SEN. Herc. f. 25. *et al.*). PROP. 2, 15, 44 Actiacum ... -e (SEN. clem. 1, 11, 1). 2, 30, 20 Hyrcani ... -is (CVRT. 7, 3, 21. *et al.*). OV. epist. 12, 104 qui ... -is gemini distinet Isthmos aquas (*v. vol. VI 1743, 52 sqq.*). 17, 108 Hellespontiaci ... -is (*cf.* trist. 1, 10, 15 -e ... in Helles. EVSTATH. Bas. hex. 4, 4 p. 906ᶜ). fast. 4, 287 -e Trinacrium. Pont. 3, 8, 8 Sarmatico ... -i (4, 10, 38). trist. 2, 298 Bosphorico ... -i (*v. et vol. II 2145, 36*). LIV. 44, 11, 4 a Macedonico ad Toronaicum -e perducit. 45, 34, 7 Oricum. FEST. p. 322 in Aegypt⟨i⟩o -i (PLIN. nat. 1, 5, 12. *et al.*). SEN. Ag. 41 Iliaca ... -a. Herc. f. 1327 Arctoum (CLAVD. 20, 262). Herc. O. 103 Euboicum (STAT. Ach. 1, 449). 776 Phrixeum. Med. 408 Ausonium (*v. vol. II 1539, 6*). Phaedr. 392 Indici -is (CVRT. 7, 3, 7. *et al.*). apocol. 7 ab Hesperio -i (Med. 727 H. ... -a. AVIEN. orb. terr. 53 *al.*). dial. 7, 14, 1 -i Syrtico. OCTAVIA 382 Corsici ... -is. CVRT. 3, 1, 13 Cilicio -i (*cf.* PLIN. nat. 5, 130. *v. etiam l. 34*). 5, 3, 2 Persico -i (PLIN. nat. 1, 12, 21. *et al.*). COLVM. 8, 2, 2 in Ligustico -i (PLIN. nat. 2, 121. *et al.*). MELA 1, 9 Arabicum (COSMOGR. 1, 2 *al. cf.* HIER. sit. et nom. p. 91, 31 ad -e Araba ..., quod est -e mortuum [*cf. p. 389, 2 sq. aliter* PLIN. nat. 4, 95]). 1, 21 Aethiopicum (*v. vol. I 1157, 52*). 3, 48 Britannicum (*v. vol. II 2198, 10*). LVCAN. 5, 109 Salaminiacum (*v. et p. 386, 51*). PLIN. nat. 2, 173 *oceanus* interna -a adlatrat (3, 4 AVIEN. ora 628. *et al. cf.* PLIN. nat. 2, 217 interiora ... -a [3, 3. *et al.*]. FLOR. epit. 4, 2, 76 -e et intestinum et externum [SVET. frg. 157 p. 242, 7 externum -e oceanus est, internum *eqs. item de oceano*: AETNA 95 extremi ... -is]). 2, 244 Alcyonio (*an* Laconico?, *v. app. crit.*) -i. 3, 6 Hiberico a -i (4, 110 ISID. orig. 13, 16, 5). 3, 54 ex Italo -i. 3, 74 -a nuncupantur: ... Gallicum (TAC. Agr. 24, 6. *et al.*). 3, 120 Atrianorum paludes, quae Septem -a appellantur (ITIN. Anton. Aug. p. 126, 6). 4, 83 silvestris regio Hylaeum -e, quo adluitur, cognominavit. 4, 103 Germanicum. 4, 104 Cronium. 5, 67 Phoenicium. 5, 97 Lycium (5, 131. *et al.*). 5, 102 Asiaticum (*v. vol. II 784, 57*). 6, 39 Albanum. 6, 153 in Azanio -i (*v. vol. II 1643, 42*). 6, 215 Icarium (SIL. 4, 245. *et al. cf.* PLIN. nat. 4, 68). 9, 47 e magno -i ([*i. nostro vel mediterraneo, cf. Burr l. l. 131 sq., aliter supra l. 13*]. OROS. hist. 1, 2, 3. *et al.*). STAT. Theb. 1, 117 Achaei ... -is (*cf.* SERV. Aen. 3, 104 Achaicum). 8, 229 Sidonium (CLAVD. 8, 600). silv. 3, 2, 85 Lucani ... ora -is. Ach. 1, 411 -is ... superni (*i. Thracici. aliter p. 387, 82*). TAC. Agr. 10, 4 novissimi -is ([*de oceano, cf.* ann. 2, 24, 1 ita vasto et profundo ut credatur n. ac sine terris -e]. *cf.* VVLG. deut. 34, 2 Zach. 14, 8 *al. aliter supra l. 19*). Germ. 45, 2 Suebicum. hist. 5, 7, 2 Iudaico -i. ann. 2, 60, 3 Bithynum. 3, 9, 1 Delmatico -i (*cf.* ISID. orig. 13, 16, 6 Dalmatium). 4, 59, 1 Amunclanum. FLOR. epit. 2, 2, 17 Punici -is. SERV. gramm. IV p. 462, 17 medium (*i. mediterraneum*) ... -e. APVL. met. 10, 35 Saronico -i. TERT. apol. 40, 4 Corinthium (*v. et Onom. II 603, 25*). PORPH. Hor. epod. 2, 50 *sqq.* in orientali -i (HIER. in Ezech. 47, 6 p. 472ᶜ -e o., -e videlicet mortuum. *et al.*). PEREGR. Aeth. 3, 8

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e illud Parthenicum (AMM. 14, 8, 10 Parthenium. *et al.*). ITIN. Eucher. p. 130, 1 Salinarum (HIER. epist. 129, 5 -i ... S., quod nunc mortuum dicitur [sit. et nom. p. 139, 23 mortuum sive asfalti. *v. et p. 388, 56. 84*]. *cf.* VVLG. gen. 14, 3 -e salis. num. 34, 3 salsissimum. deut. 3, 17 -e deserti [*cf.* 4, 49 solitudinis] quod est salsissimum). AVIEN. ora 150 Sardum. orb. terr. 152 Sicanum. 768 Scythici ... -is. 944 Threicii ... -is. AMM. 22, 8, 2 a Thessalo ... -i. 22, 15, 2 Issiaco ... -i. VVLG. exod. 23, 31 Palaestinorum. num. 34, 11 -e Cenereth (Ios. 12, 3 *al.*). VVLG. Matth. 4, 18 ambulans ... iuxta -e Galilaeae (PS. HIER. expos. in Matth. p. 543^A ipse est stagnum Genezareth *eqs.* [*cf. p. 379, 8*]. *et al.*). Ioh. 21, 1 -e Tiberiadis (ITIN. Anton. Plac. rec. A 11 p. 167, 17. *et al.*). MART. CAP. 9, 908 Scyllaei (*v. app. crit.*) ... -is. GLOSS. III 246, 4 mediterraneum (ISID. orig. 13, 16, 1. *cf. p. 388, 81 et Burr l. l. p. 132 sqq.*). III 246, 15 -e Cimbricum τὸ κιμμερικὸν πέλαγος.

E ***in proverbiis*** (*cf. p. 385, 76 et v. Otto, Sprichwörter s. v.*): NAEV. trag. 52 -e interbibere (*sim.* PLAVT. frg. inc. 64 [78] interluere -e). PLAVT. Asin. 100 venari ... in medio -i (SEN. nat. 3, 17, 1 exspecto, ut aliquis in -i venetur [versetur *codd.*]). Curc. 86 quisnam istic fluvius est, quem non recipiat -e? (*cf.* Poen. 627). Mil. 664 leniorem dices *me* quam mutum est -e (Poen. 356 illam ... tam tranquillam ... quam -e. Stich. 529). Poen. 105 *filias pater* -ique terraque usquequaque quaeritat (VATIN. Cic. epist. 5, 9, 2 SALL. Catil. 13, 3. *cf. et* PLAVT. Pseud. 317). LVCR. 3, 842 terra -i miscebitur (IVV. 2, 25 caelum terris non misceat et -e caelo. FLOR. epit. 3, 22, 2 malis suis -a terrasque permiscuit. *sim.* IVV. 6, 283 -e caelo confundas). SALL. Catil. 23, 3 -a montesque polliceri. HOR. carm. 1, 26, 1 tristitiam et metus tradam protervis in -e Creticum portare ventis (*sim.*: OV. am. 2, 8, 19 iubeas animi periuria puri Carpathium tepidos per -e ferre Notos. ars 1, 388 mea dicta ... per -e ventus agit). OV. am. 3, 2, 34 in -e fundis aquas (trist. 5, 6, 44. *cf. et* 5, 2, 20 exiguum pleno de -e [*abl.*] demat aquae).

II ***metonymice i. q. aqua marina*** (*cf. Langen ad* VAL. FL. 1, 479): PLAVT. Rud. 588 quasi vinis Graecis Neptunus nobis suffudit -e. CATO agr. 96 *oves* lavito in -i: si aquam marinam non habebis *eqs.* (*sim.* COLVM. 7, 5, 5). HOR. sat. 2, 8, 15 Chium -is (*ad v. q. e.* mas *revocat Housman, Hermes 66, 1931 p. 405*) expers (*inde per metaphoram*: PERS. 6, 39 nostrum hoc *sapere* [*i. sapientia*] -is expers [*cf. Nemethy et Wageningen, aliter Housman l. l.*]. *cf.* PLIN. nat. 14, 73 Clazomenium ... parcius -i condiunt [14, 75 Ephesium -i et defruto]. 14, 120 Graecia ... aut sale aut -i lenitatem *vini* excitat. *cf. et l. 33*). OV. met. 3, 686 acceptum patulis -e naribus efflant. MANIL. 5, 609. SEN. nat. 3, 18, 2 *piscis*, qui ... saperet ipsum -e (PLIN. nat. 14, 73 Lesbium sponte suae naturae -e sapit). OCTAVIA 319 *ratis* sorbet ... -e (VAL. FL. 1, 638. *cf.* 1, 479 ne ... trahat ... puppis -e). CVRT. 9, 9, 7. PLIN. nat. 9, 85. 31, 62 *syn.* marinae *aquae.* 31, 66 praecordia maciemque corporis piscinae -is corrigunt (*praecedit*: marina calefacta). 31, 67. 68 aequis portionibus -is, mellis, imbris *eqs.* 31, 81. SIL. 14, 550. STAT. Theb. 9, 403 pectore anhelo ... in matrem ... -e respuit infans. DIOM. gramm. I 462, 23 -e concretum (*i. sal*). PLIN. med. praef. p. 8, 8. BOETH. c. Eut. 6 p. 207, 37 si quis ... vinum fundat in -e non mixtum est -i vinum, sed in -e corruptum (*cf. p. 381, 73*).

III ***in comparatione vel translatione*****: A** ***in comparatione vel imagine*****: 1** *generatim*: **a** *de animantibus (de bestia: l. 65) vel ipsis vel eorum moribus, qualitatibus sim.*: PLAVT. Asin. 134 -e haud est -e, vos -e acerrumum (*sim. de hominibus malis*: Truc. 568 meretricem ... esse reor -e ut est *eqs.* *adde*: VVLG. Iob 7, 12 numquid ego -e sum ...?). Men. 231 an quasi -e omnis circumimus insulas? CIC. Planc. 15 si campus atque ... undae comitiorum ut -e profundum et immensum sic effervescunt quodam quasi aestu *eqs.* (*item de multitudine hominum*: CATVLL. 64, 269 qualis flatu ... -e ... horrificans zephyrus ... incitat undas ... sic *eqs.* HOR. epist. 2, 1, 202 sonum, referunt quem nostra theatra: ... mugire putes ... -e Tuscum. Liv. 28, 27, 11 multitudo omnis sicut natura -is per se inmobilis *eqs.* [CVRT. 10, 7, 11]. *et al.*). VERG. georg. 4, 262 susurrant *apes* ut -e sollicitum stridit refluentibus undis. OV. trist. 1, 11, 34 pectora sunt ipso turbidiora -i. Sen. dial. 10, 2, 3 velut profundum -e (-i *A, corr. Gertz*) . . . fluctuantur *quidam homines.* PLIN. paneg. 66, 3 quod ... tam infidum -e quam blanditiae principum *eqs.* VVLG. Sirach 29, 24 repromissio ... commovit illos quasi fluctus -is (GREG. M. moral. 12, 10 -e mens hominis et quasi fl. -is sunt cogitationes mentis. *sim.* 8, 39 p. 824^B appellatione -is ... corda carnalium tumidis cogitationibus fluctuosa ... exprimitur). OP. imperf. in Matth. 2 p. 639^med. quemadmodum ... -e concutitur, sic ... populus ... vexatur. VEREC. in cant. 7, 5 '-e' populum intellige *eqs.* CASSIOD. in psalm. praef. p. 9^B -e ipsius (*sc. Augustini*) quorumdam psalmorum fontibus profusum. **b** *de rebus*: *α* *incorporeis* (*praecipue de vita, aerumna, motu animi sim.; de bello: p. 390, 2*): CIC. Tusc. 1, 73 tamquam in rate in -i inmenso nostra vehitur oratio ([ratio *Camerar.*] *i. in disputatione de rebus incorporeis*). 4, 57 in hanc (*sc. virtutem*) ... tamquam in -e, quod est ventis subiectum, perturbationem cadere. OV. trist. 1, 1, 42 me -e ... iactat (*i. cura, aerumna. opp.*: otia). SEN. dial. 12, 9, 7 in hoc ... procelloso ... -i navigantibus *hominibus* nullus portus nisi mortis (*cf.* epist. 67, 14 vitam securam et sine ullis fortunae incursionibus -e mortuum vocat). FRONTO p 18, 7 N. non -e ullum tam ... profundum quam ... amor. SERV. Aen. 7, 529 sic bella ... surrexisse ... sicut ... -e turgescit. VVLG. Is. 48, 18 iustitia tua sicut gurgites -is. thren. 2, 13 magna est ... velut -e contritio tua (*aliter gr.*). *β* *corporeis: de terra, harena*: OV. Pont. 3, 1, 20 in terra est altera forma -is. LIV. 32, 4, 4 velut -is vasti sic ... panditur planities. SEN. Herc. f. 320 fluctuantes more turbati -is harenas (*sim.* MELA 1, 39 *auster* harenas ... quasi -a agens. *cf.* PLIN. nat. 6, 73 harenis ambientibus haut alio modo quam insulas -i).

2 *speciatim apud christianos*: **a** *de saeculo, mundo, peccato sim.*: TERT. bapt. 12 p. 212, 3 in -i id est saeculo (HIL. in Matth. 7, 10 p. 958^A AVG. civ. 20, 15 p. 441, 12 D. 22, 5 p. 559, 22 cum retibus fidei ad -e ... saeculi [PETR. CHRYS. serm. 20 p. 254^B] ... misit. in psalm. 39, 9 p. 440^in. saeculum -e est. habet amaritudinem [*cf.* conf. 13, 21, 29 distincta ... terra fidelis ab aquis -is infidelitate amaris]. *et al.*). CYPR. patient. 16 p. 409, 10 si ... christianus a furore carnali ... tamquam de -is turbinibus excessit *eqs.* HIER. epist. 2, 4 diabolus ... nova impedimenta proponens -a undique circumdat *eqs.* (*cf.* 45, 7 memento mei ... fluctusque -is [*i. labores vitae*] tuis precibus mitiga. RVFIN. Orig. in Ios. 19, 4 p. 413, 7 transire ... '-e salsum' [*spectat ad Ios. 15, 15*], vitae scilicet ... undas et turbines superare). AVG. serm. 252, 3 p. 1173^med. verbum dei missum ... in hoc -e, id est in ... mundum (civ. 18, 49 p. 333, 13 D. in hoc mundo tamquam in -i. POMER. 1, 16 p. 432^A GREG. M. moral. 9, 11 p. 864^C. *cf. et* PROSP. in psalm. 129, 1 mundani -is. *et al.*). in epist. Ioh. 2, 10 p. 1995^in. in -i fluctuamus, sed ancoram spei in terra iam fiximus. **b** *de sacramento*: VVLG. I Cor. 10, 2 in Moyse baptizati sunt in nube et in -i. *cf.* CYPR. epist. 69, 15 p. 764, 8 -e sacramentum baptismi fuisse declarat ... apostolus Paulus. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 163, 1 '-e' baptismus est. in Ios. 26, 2 p. 459, 10 post digressionem rubri -is id est post gratiam baptismi (AVG. in euang. Ioh. 45, 9 p. 1723^med. -e r. significat baptismum *eqs.* serm. dub. 363, 2 p. 1635^in. et ex. *et al.*).

B ***in translatione*** (*cf. etiam p. 387, 59. 67*): *de aëre*: LVCR. 5, 276 quodcumque fluit de rebus, ... aëris in magnum fertur -e. *de saxis liquefactis*: STAT. silv. 4, 4, 84 credetne ... ventura propago ... proavita ... tosto (*Vollmer*, toto *cod.*) rura abiisse -i? *de vase quodam in Hebraeorum templo collocato*: VVLG. III reg. 7, 23 fecit ... -e fusile decem cubitorum. 7, 24. 25. 39 -e ... posuit ad dexteram partem templi. IV reg. 25, 13 -e aereum, quod erat in domo domini. II par. 4, 2. 3 alvum -is. Ier. 27, 19. 52, 17 *al.*

IV ***stilistica*** (*de coniunctione verborum terrae et -is v. K. Klinck, Beiträge z. Gesch. d. Lokat. u. d. lok. Abl. im Lat., Diss. München 1932, 15 sqq. Anhang p. I*): **1** *personate*: COMM. apol. 635 hunc (*i. deum*) -e pertimuit (PRISCILL. tract. 4, 80 p. 60, 21 adnuntiatum pascha domini -e timuit). VVLG. psalm. 113, 3 -e vidit et fugit. 113, 5. Is. 23, 4 ait ... -e, fortitudo -is, dicens. AVG. serm. ed. Mai 53, 3 sensit -e in Petro fidem deficere et coepit maiore undarum lingua latrare.

2 *ellipsi subst.* -a *solo adi. significantur*: **a** *adi. geogr.*: CIC. Att. 9, 5, 1 superum ... inferum. CATVLL. 4, 6 hoc negat minacis Adriatici negare litus (OV. fast. 4, 501 Hadriacum. PLIN. nat. 1, 3, 30. *et al.*). VERG. Aen. 3, 211 insulae Ionio in magno (PROP. 3, 11, 72 OV. fast. 4, 566. *et al.*). 12, 366 Boreae ... spiritus alto insonat Aegaeo (OV. fast. 4, 565 PERS. 5, 142. *et al.*). OV. met. 14, 223 Tusco ... profundo (*cf.* MART. 13, 80, 1 in Siculo ... profundo [PRISC. periheg. 400]). fast. 4, 566 Icarium ... legit (VELL. 1, 4, 3 in Aegaeo atque I. ANTH. 674^b, 2). STAT. Theb. 6, 307 Libycum. silv. 3, 2, 88 Carpathium. AMPEL. 18, 19 Caspium rubrumque. TERT. pall. 2 p. 922, 2 Oe. Tyrrheno (IVL. VAL. 1, 22 T. transmisso. SCHOL. Iuv. 6, 94 [2] HIER. adv. Rufin. 3, 32 p. 481^A. *et al.*). **b** *aliis*: ENN. ann. 616 per altum (*v. vol. I 1781, 72*). VERG. Aen. 12, 263 penitus ... profundo vela dabit (AETNA 320 HOR. carm. 4, 4, 65 OV. met. 5, 439. 7, 65. *et saepe al.*) LIV. 31, 23, 4 tranquillo pervectus Chalcidem (LACT. inst. 3, 23, 2 in tr. se ultro praecipitant).

3 *syn. et iuxtapos.*: pelagus (*v. et p. 380, 20*): PACVV. trag. 411 (416) VERG. Aen. 5, 212. 6, 112 sq. OCTAVIA 128 sq. *et al.* aequor (*v. et p. 378, 7. 380, 26*): LVCR. 2, 1. 766 VERG. Aen. 3, 290. 5, 778 LVCAN. 8, (722) 724. *et al.* pontus (*cf.* VERG. Aen. 10, 377 SEN. Ag. 499 sq.): VERG. catal. 9, 47 sq. DIRAE 55 (57) SEN. Phaedr. 1204 epist. 80, 7 LVCAN. 5, (605) 606. *et al.* salum: PAVL. FEST. p. 327 salum ciere h. e. -e movere. fretum (*v. et p. 378, 6*): SEN. Herc. f. 535 sq. CVRT. 7, 3, 19. 9, 4, 18 (*cf. et* DRAC. laud. dei 1, [150] 164. *v. et vol. VI 1311, 72 sq.*). oceanus (*cf. p. 388, 20*): PLIN. nat. 16, 3. 6, 53. 32, 143.

deriv.: marinus, maritimus. *comp.*: bimaris, permarinus, semimarinus, transmarinus. cismare, maritenus, rosmarinus.

maredus, -a, -um *v. p. 36, 27.* *Tietze.*

mareitus *v. s.* maritus.

marga, -ae *f.* [*vocab. gallicum, cf.* acaunu- marga. *J. B. H.*] [*it. vet., hisp.* marga. *M.-L.*]

i. q. genus cretae (*cf. Blümner, Technol. II 8 adn. 6*): PLIN. nat. 17, 42 alia est ratio, quam Britanniae et Galliae invenere, alendi eam (*sc. terram*) ipsa, genusque quod (*delendum?*) vocant -am *eqs.* 17, 47 omnis ... -a arato inicienda est. *comp.* (*cf. l. 79*): glisomarga.

[Deicke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inquintu (*i. hyacinthus*) id est **margabare** DIOSC. 4, 58.

apud quos (*sc. Graecos*) ... non XII signa sed sedecim habentur, quorum sunt nomina mon ... **margaleth** (*P*, -let *N*) VIRG. gramm. epit. 4 p. 22, 15 H.

margaris, -idis *f. gr.* μαργαρίς. 1 *i. q. margarita* (*v. Rommel, RE XIV 1683, 58*): SERV. Aen. 1, 655 haec -is, quod Graecum est quomodo Nais. 2 *per comparationem de genere quodam palmarum*: PLIN. nat. 13, 42 praecipuam obtinent nobilitatem syagri proximamque -es. hae breves candidae rotundae acinis quam balanis similiores; quare et nomen a margaritis accepere. *v. Onom.*

***margarīta,** -ae *f.* (margarītum, -ī *n.*). [*gr.* μαργαρίτης. *J. B. H.*] *de orig.* (*cf. l. 27*): ISID. orig. 16, 10, 1 -um aiunt vocatum quod in conchulis (*cf. l. 65*) ... inveniatur. *secunda brevis metro probatur* MAECEN. carm. frg. 2 PRVD. perist. 10, 648; *producitur* VALG. carm. frg. 1? (*de metro non satis constat*). PRVD. psych. 873 EVCHERIA anth. 390, 7 VEN. FORT. carm. 3, 20, 2. *scribitur* -ret-: GREG. TVR. vit. patr. 17, 6 GLOSS. V 399, 6. *notatur* marg: CIL II 2060, 6. 8. 9 VI 9543. *de genere et formis*: CAPER gramm. VII 110, 12 -a haec feminini et haec pluraliter neutri. CHAR. gramm. p. 72, 9 B. -a an -um dicendum sit, quaeritur. et ferunt peritiores huius conchae ipsum corpus quo plena est, animal esse et ideo ... feminino genere -am proferendum quemadmodum ostream. ego de -o contra sentio. non enim ipsa caro, qua concha praegnans est, -um est, sed dicitur illi inesse calculus hic, quem nos -um vocamus ...; quare ... -um neutrali genere dicitur. p. 138, 6 -a feminini generis est, quia Graeca nomina ης terminata in a transeunt et fiunt ... feminina ut ... μαργαρίτης -a (*cf.* PRISC. gramm. II 143, 14) ... ergo neutraliter hoc -um dicere vitiosum est; et tamen multi dixerunt ut Valgius in epigrammate (carm. frg. 1) 'situ rugosa, rutunda -a' et Varro epistularum VIII '-um unum, -a plura' (*cf. etiam l. 19*); sed idem Varro saepe et alii plures -a feminine dixerunt; in genetivo tamen plurali non nisi feminino genere -arum. *item fem. et neutr. testantur*: NON. p. 213, 25 SERV. Aen. 1, 655 SCHOL. Stat. Theb. 6, 63. *legitur fem. inde a* VARRONE CIC. VITR. SEN. phil., *neutr. inde ab* EPIST. imp. Aug. (*p. 393, 23*). VALG. MAECEN. SEN. rem. fort.; *v. Neue-Wagener I*³ *821, ubi e formis rarioribus addas*: SCAEV. dig. 35, 2, 26 -orum. VVLG. apoc. 18, 12 (*Amiat.*) -i. CASSIAN. conl. 23, 2, 4 -o (*dat.*). 23, 3, 2 -i. CIL II 3386, 15 -o (*abl.*). *nom. sg. decl. Graecae* -es: SCHOL. Stat. Theb. 6, 63. NOT. Tir. 99, 74 *inter* inaures *et* unio. *de re* (*cf. Rommel, RE XIV 1682 sqq.*): VLP. dig. 34, 2, 19, 18 -as nec gemmis nec lapillis contineri. SERV. Aen. 1, 655 multi separant gemmam a -a *eqs.* (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 6, 63). GLOSS. μαργαρίτης (μαργαρῖτις) -a. [*coni.*: COMM. instr. 2, 19, 14 obruitis collum -is (*Domb.*, colūnāturalis *C*, collum naturale *Durel; Martin, Commod. 46*) gemmis. *loc. manc.*: VALG. carm. frg. 1 (*v. l. 29*). ALC. AVIT. hom. 21 p. 137, 21.]

A *proprie*: 1 *de natura* -arum (*cf.* PLIN. nat. 9, 106 sqq. SOL. 53, 23 sqq. AMM. 23, 6, 85): *de origine et proventu*: PLIN. nat. 9, 107 partum ... concharum esse -as pro qualitate roris accepti (*cf.* ISID. orig. 12, 6, 49. 16, 10, 1). TERT. cult. fem. 1, 6 p. 708, 9 Oe. conchae ... dura et rotunda verruca (*cf. p. 392, 29*). CVRT. 8, 9, 19 -as ... mare litoribus infundit (*cf.* PAVL. dig. 41, 2, 1, 1 EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 943 C). PLIN. nat. 33, 70 e profundo maris petere -as. CVRT. 8, 5, 3 dives regio *Indica* ... -is (*cf.* 8, 9, 19 PLIN. nat. 32, 31 Indicis -is. 34, 163 *v. p. 392, 53.* 36, 51. 37, 62. SOL. 53, 28 dat et India -as. AMM. 23, 6, 85 apud Indos et Persas -ae inveniuntur). MELA 3, 51 fert *Britannia* ... flumina ... -as ... generantia (*cf.* PLIN. nat. 9, 116 ex Britannicis -is. TAC. Agr. 12, 6 gignit et Oceanus -a sed subfusca ac liventia. SVET. Iul. 47 *Caesarem* Britanniam petisse spe -arum. SOL. 53, 28). PLIN. nat. 6, 81 incolas *Taprobanae insulae* ... auri -arumque grandium fertiliores quam Indos (*cf.* 6, 89. 9, 106 SOL. 53, 3 MART. CAP. 6, 696). 6, 110 Stoidis quaestuosa -is (9, 106). 6, 148 Tylos insula .. plurimis -is celeberrima. 12, 84 *Arabiae mare* -as mittit (*cf.* 37, 62). ADNOT. Lucan. 10, 139 in mari ... rubro sunt conchae, in quibus -ae nascuntur (*cf.* HIER. epist. 125, 3, 3). *nota i. q. concha animal*: TAC. Agr. 12, 6 -a in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Britannia prout expulsa sint, colligi. ADNOT. Lucan. 6, 678 -as hae *viperae* in mari rubro custodire dicuntur (*cf. vol. IV 27, 50*). *de generibus* -arum (*cf. etiam p. 392, 79 sq.*): PLIN. nat. 9, 112 sqq. ISID. orig. 16, 10, 1 meliores ... candidae -ae quam quae flavescunt. *de qualitatibus* -arum: VITR. 8, 3, 19 -a ... aceto sparso dissiliunt (PLIN. nat. 9, 120. *cf. p. 392, 66 et* HIER. epist. ed. Morin [Bull. d'anc. litt. 3 p. 56, 78] = PS. HIER. epist. 18, 3 pretiosum est -um sed cito frangitur). TERT. cult. fem. 1, 1 p. 702, 14 Oe. si ... -ae *canderent* (*cf. p. 392, 3 et* HIER. epist. 66, 7, 1 lucet -um in sordibus. CASSIOD. or. frg. 4 p. 480, 17 EVCHERIA anth. 390, 8). *comparantur aliae res formae vel nitori -ae*: PLIN. nat. 13, 42 *v. l. 10.* 25, 135 cacalia sive leontice vocatur, semen -is minutis simile. 27, 98 *herba quincuncialis* gerit ... in earum (*sc. barbularum*) cacuminibus lapillos candore et rotunditate -arum (*cf.* 27, 99 velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus -is). TREB. trig. tyr. 30, 15 tantus candor in dentibus, ut -as eam plerique putarent habere non dentes. PEREGR. Aeth. 19, 6 archiotepam ... tanti nitoris ac si de -a esset. *laudatur, expetitur tamquam res pretiosa*: VARRO Men. 283 libram ocellatorum ... semodium -arum. CIC. Verr. II 4, 1 gemmam aut -am (*v. vol. VI 1754, 75 sqq.*). MAECEN. carm. frg. 2 lucentes ... nec smaragdos, beryllos neque ... nitentes, nec percandida -a quaero (*cf.* MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7. EXPOS. mundi 6 p. 105, 26 sunt ... smaragdi -as (*acc. plur. pro nom.? aliter Sinko, ALL 13, 1904, 544*) iacinti carbunculus. ARNOB. nat. 2, 41 p. 81, 21 gemmas lapillos -as. SCHOL. Iuv. 6, 459. HIER. in Ezech. 9, 28 p. 270 B hyacinthus crystallus ... et pretiosissimum -um). LABEO dig. 19, 2, 60, 6 aurum, argentum, -am (VITR. 8 praef. 3 SEN. benef. 2, 12, 1. CVRT. 9, 1, 2 gemmis -isque et auro atque ebore. PLIN. nat. 31, 77. HIL. in Matth. 24, 6 p. 1050 A aurum, argentum, aes, aurichalcum, -ae, crystallus. VVLG. apoc. 18, 12 merces auri et argenti et lapidis pretiosi et -ae). PETRON. 55, 6 v. 7 quo -a cara tibi *optas* ...? PLIN. nat. 9, 105 purpuras, conchylia, -as (*cf.* 9, 124). 9, 106 principium ... omnium rerum pretii -ae tenent (*cf.* 19, 20. 32, 21. 37, 62. 204). 33, 40 in secreto -arum sacculi e collo dominarum auro pendeant (*sc. custodiendi causa; sim.* AMM. 22, 4, 8 sacculum Parthicum in quo erant -ae. *cf.* FIRM. math. 3, 9, 5 -arum ... praepositos. COD. Theod. 3, 30, 3, 2ª. CIL VI 7884 Phoebo ... ad -a [9543 Felix ad (-a)]). VVLG. apoc. 21, 21 duodecim portae duodecim -ae sunt (*cf.* VICTORIN. POETOV. in apoc. 21, 1 HIER. Victorin. Poetov. apoc. 21, 3 PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 6, 5). *commemoratur propter pretium in proverbiis, fabulis, parabolis*: VARRO Men. 382 imperito nonnumquam concha videtur -a, vitrum smaragdos. PHAEDR. 3, 12, 2 in sterquilino pullus gallinaceus, dum quaerit escam, -am repperit (*cf.* GREG. M. in euang. 40, 12 p. 1312 A [*trop.*]). TERT. mart. 4 p. 13, 11 Oe. tanti vitreum, quanti verum -um? (*cf.* HIER. epist. 79, 7, 8 tanti vilissimum vitrum quanti pretiosissimum -um?). PS. HIL. epist. ad fil. 1 sqq. HIER. epist. 22, 20, 1 lego ... de terra aurum, de concha -um. VVLG. Matth. 7, 6 neque mittatis -as vestras ante porcos (*citant vel attingunt* TERT. bapt. 18 p. 255, 15 praescr. 26, 1. 41, 2 PS. HIL. elench. 6 p. 915 C HIER. quaest. hebr. in gent. p. 1, 15 PRVD. perist. 10, 648 *al.* *allegorice interpretantur* TERT. uxor. 2, 5 p. 689, 22 Oe. -ae vestrae sunt ... cotidianae conversationis insignia. RVFIN. Orig. in Ios. 21, 2 p. 429, 18 conculcantes verbi dominici -as. *al.* OP. imperf. in Matth. 17 p. 728 mysteria veritatis -ae sunt. *et al.*). Matth. 13, 45 simile est regnum caelorum homini negotiatori, quaerenti bonas -as. inventa ... una pretiosa -a abiit et vendidit omnia quae habuit et emit eam (*ad hanc parabolam alludunt* HIER. epist. 10, 3, 1 -am de evangelio postularis. 15, 1, 2. 52, 6, 5 minori labore -um Christi emi poterat. 54, 11, 1 *al.* PRVD. psych. 873 AVG. discipl. 2, 2 CASSIAN. conl. 11, 2, 2. 23, 2, 4. 23, 3, 2. *et al.* *allegorice interpretantur* CYPR. eleem. 7 p. 379, 10 -am hoc est vitam aeternam [PETR. CHRYS. serm. 47 p. 331 B]. HIER. in Matth. 13, 45/46 p. 94 D est pretiosissimum -um scientia salvatoris. AVG. in epist. Ioh. 5, 7 p. 2016 in. est -a pretiosa caritas. CHROMAT. beat. 1 p. 323 C illas beatitudinum -as. *et al. cf. etiam p. 393, 25*).

2 *de usu*: **a** *generatim*: PLIN. nat. 9, 123 cum Aelius Stilo circa Iugurthinum bellum unionum nomen imponi ... grandibus -is prodat. 37, 12 victoria ... Pompei primum ad -as gemmasque mores inclinavit. *praecipue dono vel pro mercibus comparandis donantur*: LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 2 aurum -aque corpori ⟨detracta trad⟩idisti mihi. SEN. dial. 11, 16, 3 te non -ae flexerunt. PLIN. nat. 13, 91 *mensas* feminae viris contra -as regerunt. 34, 163 India ... -is suis *aes et plumbum* permutat. SVET. Iul. 50, 2 *Serviliae matri* sexagiens sestertio -am mercatus est. Aug. 30, 2 ut qui in cellam Capitolini Iovis ... -as quingenties sestertii ... contulerit. Nero 11, 2 gemmae, -ae, tabulae pictae. FLOR. epit. 4, 12, 62 cum gemmis et -is elephantos quoque inter munera trahentes. PROC. dig. 34, 2, 11 si quis legaverit ... -as (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 88). AFRIC. dig. 30, 108, 13 -a quae tibi pignori dedi. VLP. dig. 9, 2, 27, 30 cum ... -as extricatas dedisset in usu. 17, 2, 44 si -a tibi vendenda dedero. 19, 5, 17, 1 PAVL. dig. 14, 2, 2, 2. FIRM. math. 3, 12, 10 -arum mercatores. *et al.* *nota in exemplo eximiae luxuriae*: PLIN. nat. 9, 122 ut experiretur *Aesopi filius*, quidnam saperent -ae (10, 142 a quo devoratas -as diximus. TERT. pall. 5 p. 954, 2 Oe. *cf.* SVET. Cal. 37, 1 ut ... pretiosissima -a aceto liquefacta sorberet. MACR. Sat. 3, 17, 17).

b *adhibentur in ornamentis*: SEN. benef. 2, 12, 1 socculum ... aureum -is distinctum (*cf.* PLIN. nat. 9, 114. 37, 17). rem. fort. 16, 6 non quam -a suffocent. CVRT. 9, 1, 29 bracchia -is ornata. PLIN. nat. 9, 117 Lolliam ... vidi zmaragdis -isque opertam ... fulgentibus toto capite, crinibus, [spira] auribus (*cf.* 9, 114. 11, 136 HIER. in Ezech. 7, 23 p. 219 D *et l. 79*), collo (*cf.* FRONTO p. 38, 4 N. *et l. 74. 81*), digitis (*cf. p. 393, 5*). SVET. Iul. 43, 1 usum ... -arum ... nisi certis personis ... ademit (*cf.* HIER. chron. a Abr. 1970). Galba 18 monile -is gemmisque consertum (PAVL. dig. 34, 2, 32, 7). MARCELL. dig. 34, 2, 61. SCAEV. dig. 34, 2, 40, 2 lineas duas ex -is (*cf.* 35, 2, 26 pr. VLP. dig. 47, 2, 52, 25). VLP. dig. 34, 2, 25, 2 vittae -arum. 34, 2, 25, 10 acus cum -a. PAVL. dig. 34, 2, 32, 1 -ae ... ornamentis muliebribus contextae (*cf.* 34, 2, 32, 9 ornamentum ... ex ... tympanis -is). 34, 2, 32, 8 inaures in quibus duae -ae elenchi (VVLG. prov. 25, 12). *al.* TERT. cult. fem. 2, 13 p. 733, 17 Oe. *cervix* -arum et smaragdorum laqueis occupata. CYPR. hab. virg. 13 p. 197, 7 *al.* FIRM. math. 3, 11, 18 -as aliqua ratione tractantes. 4, 10, 2. GAVDENT. serm. 13, 33 feminae onerant auro et -is ... membra. VVLG. I Tim. 2, 9. apoc. 17, 4 mulier erat

[*Deicke*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

circumdata purpura, lapide pretioso et -is (18, 12. 16). *et al.* *nota in statuis*: CIL II 2060 poni statuam sibi testamento iussit ... item ornamenta: septentrionem cylindr(orum) XXXXII (-arum) VII; ... fasc(iam) ... (-arum) C, item lineam (*cf. p. 392, 76*) arg(enteam) (-arum) XII. 3386 in basilio *Isidis* -a ... ⟨in auribus⟩ ... in collo ... in digito. *cf.* MACR. Sat. 3, 17, 17 impositae ... simulacro Veneris. *viros dedecent*: PLIN. nat. 37, 14. QVINT. inst. 11, 1, 3 ut monilibus et -is ... deformentur viri. *in ornamentis rerum*: CVRT. 8, 9, 24 aurea lectica -is circumpendentibus. PLIN. nat. 7, 108 *v. vol. VI 1754, 64.* 9, 116 thoracem ... ex Britannicis -is factum. 37, 14 imago Cn. Pompei e -is. SVET. Nero 12, 4 pyxidem ... -is adornatam. COD. Iust. 11, 12 pr. in frenis et equestribus sellis et in balteis -as ... aptare. *in comparationibus: ornamenta -arum comparantur cum luminibus orationis*: CIC. orat. 79 removebitur omnis insignis ornatus quasi -arum. SIDON. epist. 8, 9, 1 litteras ... plenas nectaris, florum, -arum. *apud Christianos -is significantur virtutes*: FAVST. REI. serm. 27 p. 331, 25 in ... diversarum gratiarum spiritalibus -is. CAES. AREL. serm. 116, 7 p. 465, 5 castitate nitidi, patientiae -is ornati. *al.* PASS. Andr. long. 10 crux ... ex membrorum eius (*sc. Christi*) -is (tamquam -is *al.* ὥσει μαργαρίταις) ornata.

B ***translate*** *de bonis pretiosissimis (cf. p. 391, 83): de hominibus permagni aestimatis*: EPIST. imp. Aug. Macr. Sat. 2, 4, 12 (*ad Maecenatem*) vale, Tiberinum -um. PETRON. 63, 3 ipsimi nostri delicatus decessit, mehercules -um. *in sermone christiano (plerumque metaphora revocanda videtur ad interpretationem allegoricam parabolae p. 392, 36 allatae): de Christo* (*cf.* Ps. PHOEBAD. fid. 6 p. 42^C^): EVAGR. alterc. 4 p. 54, 7 tu es domine vita et -a. ORIENT. carm. app. 2, 4 ALC. AVIT. hom. 25 p. 146, 3 APRING. in apoc. 21, 21. *nota de corpore Christi mystico in pane eucharistiae consecrato*: VEN. FORT. carm. 3, 20, 2 sacrati ... corporis agni -um ingens. *de doctrina evangelica*: HIER. epist. 22, 8, 4 -a ... est sermo dei (*cf.* CASSIOD. in psalm. praef. p. 11^C^ -um quoddam est scriptura divina). RVFIN. Orig. in Rom. 2, 11 verae fidei -as (*cf.* symb. 2 p. 339^A^ AVG. serm. ed. Mai 56, 2). EVCHER. form. 7 p. 47, 11 -a doctrina evangelica vel spes regni caelorum. RVSTIC. Conc.^S^ I 4 p. 145, 27 orthodoxiae mundissima -a.

deriv. (*v. et l. 63. 67 et cf. gr.* μαργαριτάριον): margaritarius. margaritatus. *comp.*: margaritifer. *cf.* margaris *et v. Onom. s. v. et s.* Margaris.

margarītārius, -a, -um. *a* margarita. *i. q. ad margaritarum negotiatores pertinens*: CVRIOS. urb. reg. 8 p. 12, 2 (REG. urb. p. 13, 2) porticum -um.

pro subst. margarītārius, -ī *m.* *notatur*: mar: CIL VI 5199 *an* mar(morarius)? marg: VI 3981. margar: VI 641. margarit: VI 1925. margaritar: VI 9548. INSCR. Dessau 7603 negotiator (-ius). *qui margaritas tractat vel venumdat (cf. Blümner, Privatalt. 265; Rommel, RE XIV 1762)*: FIRM. math. 4, 13, 1 tinctores aut -i. 8, 16, 3 emplastratores, -i. *in titulis* (*cf. l. 43 sqq.*): CIL I² 1212, 4 Euhodus -us de sacra via (VI 37803 Euhodus m⟨argarit⟩arius de vela⟨bro⟩. *cf.* VI 9546. X 6492 de sacra via). II 496. VI 9544 sqq. 30973 margarItário. 37804 ⟨marga⟩ritarius. X 6638 B 16 marg⟨aritarius⟩. XIV 2655. margarītāria, -ae *f.*: CIL VI 5972 Domitia ... margarI⟨taria⟩.

margarītātus (-ār- *l. 56*) -a, -um. *a* margarita. *i. q. margaritis ornatus* (GLOSS. baccatum -um): VEN. FORT. carm. 8, 3, 266 vitta ... -o flexilis arte sinu.

arma **margarīticandicantia** (margarita kandikantia *M*; margarito cand. *ob lemma Iunius*) VARRO Men. 97. *ab* margarita *et* candicans.

margarītifer, -a, -um. *a* margarita *et* ferre. *i. q. margaritas continens*: PLIN. nat. 32, 147 concharum genera, inter quae et -ae (*cf.* ISID. orig. 12, 6, 49).

margarītio, -ōnis *m.* *a* margarita, *cf.* unio. CIL VI 13637 Sex(tio) Brittid(io) Iuveni -i carissimo (*cf. Harrod, Lat. terms of endearment 76*).

margarītum *v.* margarita.

κοράλλιον **margella** GLOSS. [*a* margarita *vel a gr.* μάργαρον, -ος *'margarita' quasi deminutive; cf. Ducange s. v.* μαργέλλ(ι)ον. *J. B. H.*] [*val.* margeá. *M.-L.*] *Deicke.*

[**margettis** (*pro* magudaris) *v. vol. VI 598, 65.*]

margino, (-āvī), -ātum, -āre. [*a* margo. *J. B. H.*] *i. q. margine instruere vel ornare: proprie*: LIV. 41, 27, 5 vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas -andasque (*cf. p. 394, 37*). PLIN. nat. 35, 154 crustas parietum (*sc. cum picturis*) excisas tabulis -tis inclusas (*cf. p. 394, 70*). SIDON. epist. 4, 20, 2 viridantia saga limbis -ta puniceis (*cf. p. 394, 62*). *in imag.*: ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 35 triduum ..., quod inter ascensionis ... cultum diemque dominicum quasi ... limbo circumpositis sollemnitatibus -retur.

LIV. *v. p. 484, 79.* SEN. suas. 2, 21 quae apud -as disserebat liberos non esse tollendos. SVET. Galba 5, 1 Galbam adeo ... sollicitaverat *Agrippina*, ut in conventu (*cf. p. 489, 73*) -arum correpta iurgio ... sit a *socru Galbae*. VOPISC. Aurelian. 49, 6 senatum sive senaculum -is reddi voluerat, ita ut primae illic, quae sacerdotia senatu auctore meruissent (LAMPR. Heliog. 4, 3 *v. p. 489, 71*. HIER. epist. 43, 3, 3 -arum cotidie visitetur senatus: nobis adhaerere deo bonum est. *cf.* CIL VI 997 Iulia Aug., mater Augg. et castrorum, -is restituit. *ibid.* Sabina Aug. -is [*ad conventum -arum pertinere coniecit Mommsen*]). *alia*: LIV. 2, 40, 1 -ae ad Veturiam, matrem Coriolani ... coeunt. 3, 47, 1 Verginius ... filiam ... comitantibus aliquot -is ... in forum deducit (3, 47, 67. 3, 48, 8). 34, 5, 8 nonne intercursu -arum inter acies duas (*Romanorum et Sabinorum*) proelium sedatum est? VAL. MAX. 8, 3, 3 Hortensia ..., cum ordo -arum gravi tributo a triumviris esset oneratus ..., causam feminarum apud triumviros ... egit. CIL X 688 sacerd(oti) public(ae) Veneris ...; huic -ae statuam ... ponendam curaverunt (XII 519 flaminicae Augustae. *cf.* II 3373 *p. 487, 41*). ζ *a viris coluntur*: AFRAN. com. 326 nominis -ae sanctitudinem. CIC. Cael. 32 petulanter facimus, si matrem familias secus, quam -arum sanctitas postulat, nominamus. *publice honorantur*: LIV. 5, 25, 9 honoremque ob eam munificentiam (*v. p. 484, 81*) ... -is habitum, ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur (FEST. p. 245 SERV. Aen. 11, 478 CIL VI 31075 *v. p. 484, 57. cf. l. 42*). 5, 50, 7 *pro auro conlato* -is gratiae actae honosque additus, ut earum sicut virorum post mortem sollemnis laudatio esset. VAL. MAX. 5, 2, 1 *v. p. 487, 18.* CAPITOL. Maximin. 33, 2 *pro crinibus collatis* (*v. p. 484, 83*) in honorem -arum templum Veneris Calvae senatus dicavit. PAVL. FEST. p. 155 -ae a magistratibus non summovebantur. VAL. MAX. 2, 1, 5 quo matronale decus verecundiae munimento tutius esset, in ius vocanti -am corpus eius adtingere non permiserunt *antiqui* (QVINT. decl. 358 p. 391, 11). η *-arum mores describuntur*: *pravi*: PLAVT. Aul. 498 *sqq.* PRIAP. 8, 5 OV. epist. 16, 41. SCHOL. Cic. Bob. p. 136, 1 Clodiam ... studiosam fuisse saltandi ... immoderatius quam -am deceret (*cf. p. 484, 55*). *probi*: OV. fast. 6, 621. trist. 2, 309 supercilii ... -a severi. SEN. contr. *p. 484, 64.* MART. 3, 68, 1. ϑ *-arum vestitus* (*cf. p. 489, 42*): TERT. pall. 4 p. 941, 8 Oe. habes spectare, quod Caecina Severus graviter senatui impressit, -as sine stola in publico (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 28 stola [*cf. p. 486, 1*] utuntur ad imos pedes demissa, cuius imam partem ambit instita subsuta. *cf.* 1, 2, 35 ad vestem albam, qua -ae maxime utuntur). VAL. MAX. 9, 1, 3 *lex Oppia* -is nec veste varii coloris uti nec auri plus semunciam habere nec iuncto vehiculo propius urbem mille passus nisi sacrificii gratia vehi permittebat. SEN. nat. 7, 31, 2 colores meretricios -is ... non induendos. APVL. met. 2, 2 aurum in gemmis et in tunicis ... -am profecto confitebatur (TREB. Gall. 8, 3 cum auratis vestibus -arum). LAMPR. Alex. 27, 4 -as intra urbem paenulis uti vetuit, itinere permisit. 40, 6 purpurae clarissimae ... ad usum ... -arum ... gravissimus exactor fuit (*cf.* VOPISC. Aurelian. 29, 1. 46, 4). VOPISC. quatt. tyr. 15, 8 (*enumerantur vestes nupturae dono dandae*). *aurea ornamenta*: PLAVT. Aul. 748 LIV. 5, 25, 8. 34, 1, 5. PROP. 3, 13, 11 -a incedit census induta nepotum. *alius cultus* (*cf.* VAL. MAX. 5, 2, 1): PLAVT. Mil. 791 eam huc ornatam adducas ex -arum modo, capite compto, crinis vittasque habeat (SERV. Aen. 7, 403 'crinales vittas' quae solarum -arum erant; nam meretricibus non dabantur). TERT. pall. 4 p. 942, 7 Oe. armillis, quas ex virorum fortium donis ... -ae temere usurpassent (CLAVD. DON. Aen. 7, 275 p. 45, 21 monilia ... qualia -ae habent. *cf. etiam* LAMPR. Alex. 41, 1). PORPH. Hor. sat. 1, 3, 98 calamistrorum, ... quibus -ae capillos crispabant. NON. p. 541, 28 flammeus ... quo capita -ae tegunt. SERV. Aen. 4, 698 -is numquam flava coma dabatur, sed nigra (SCHOL. Iuv. 6, 120). ι *-is opponuntur meretrices*: PLAVT. Cas. 585 non -arum officiumst, sed meretricium viris alienis ... subblandirier (Cist. 78. Most. 190 -ae, non meretricium est unum inservire amantem. TER. Eun. 37 CIC. fin. 2, 12 HOR. epist. 1, 18, 3). LIV. 22, 1, 18 -ae ... libertinae. *et al. cf. p. 489, 32.* κ *alia notabiliora*: PAVL. FEST. p. 63 -ae Iunonis Curitis in tutela sint. PLIN. epist. 7, 19, 2 virgines, cum vi morbi atrio Vestae coguntur excedere, -arum curae custodiaeque mandantur. FIRM. math. 1, 7, 32 *Sulla* in proscriptionum tabulis etiam mulierum ac -arum nomina adscripsit (*opp.* solos viros). HIER. epist. 50, 3, 3 lustrare nobilium domos, haerere salutationibus -arum (ENNOD. opusc. 6, 23 p. 409, 17 -arum ... aditio). VLP. dig. 48, 5, 14 (13) pr. si modo ea sit, quae in concubinatum se dando -ae nomen non amisit, ut puta quae patroni concubina fuit.

b *epitheta*: α *spectantia ad (ig)nobilitatem*: ENN. scaen. 259 opulentae, optumates ([*Eur. Med. 314 Κορίνθιαι γυναῖκες*]. *cf.* AMM. 26, 8, 12 opulentam et nobilem). PLAVT. Cist. 25 summo genere natas, summatis -as. HOR. ars 116 potens (IVV. 1, 69. *cf.* APVL. met. 10, 19 pollens et opulens). LIV. 29, 14, 12 primores civitatis. SCRIB. LARG. 16 honestam (PETRON. 140, 1 inter primas honesta. SCHOL. Cic. Bob. p. 85, 11 honestissimas. *cf. p. 486, 14*). APVL. met. 9, 18 nobilis (AMM. *v. l. 76.* NICET. virg. laps. 24 AVG. civ. 1, 19 p. 31, 12 D. *cf.* LAMPR. Alex. 41, 2 pernobiles). apol. 62 ornatissima. DRAC. laud. dei 3, 389 inlustris. ENNOD. opusc. 3, 158 p. 372, 12 sublimis. INSCR. JHS 22, 1902, 106 τὴν ἀξιολογωτάτην ματρῶναν. INSCR. (*quarum aetas certa, saeculi III*) graec. Rom. Cagnat I 1097 Βησοδῶρα ματρῶνα στολᾶτα ἡ κρατίστη (III 116 τὴν σεμνοτάτην ματρῶναν στολᾶταν. Graec. XIV 1868 RevA. 1930 p. 351 n. 53 PAP. Berol. 511 II 8. 860 Flor. I 16, 2. 100, 1 Oxyrrh. VI 907, 4 XIV 1705, 3 Ryland II 165, 9 Strassb. 8. *cf. p. 484, 1. al. v. Cameron, AJPh. 52, 1931, 250. de re cf. Kübler, ZSavSt., Roman. Abt., 31, 1910, 183. Schroff, RE XIV 2301, 59*).

LIV. 10, 23, 6 convocatis plebeis -is. *ad statum*: religiosa: *p. 487, 51* (*cf.* sanctimonialis *p. 488, 73*, vidua dei *p. 489, 2*). γαμετή: *p. 487, 45.* *ad opes*: ENN. *et* APVL. *v. p. 485, 74. 78.* CYPR. eleem. 14 p. 384, 14 locuples et dives. AMM. 28, 4, 26 divitum. 26, 8, 12 *v. p. 485, 76.* *ad mores*: CIC. har. resp. 27 quae -arum castissima putabatur ([INSCR. RevA. 36, 1932 p. 201 n. 16 sancta, pudica, castissima -arum]. PRIAP. 8, 1 -ae procul hinc abite castae. MART. 10, 68, 9). VLP. dig. 25, 4, 1, 6 domum honestae -ae (CE 1554, 6 bona mater, bona coniunx, ... -a honesta praeter alias feminas. CIL VIII 12183. X 1784 *illi* honestae et incomparabilis sectae -ae. 1785 *illi* honestissimae -ae et rarissimae feminae. XI 2702 *illam* honestam -am, sancte indolis et disciplinae. *cf. l. 27. 33. p. 485, 79*). APVL. met. 9, 23 qualis ... -a, quam fida (*cf. infra l. 29*) quamque sobria. NICET. virg. laps. 24 religiosae. CIL XIII 7118 laudabili. 7307 pientissimae (INSCR. Afr. Gsell I 2497 simplici -ae p.). *v. et l. 29. 33.* *ad aetatem* (*cf. p. 488, 51*): SEN. Ag. 372 te permixto -a minor maiorque choro colit. *ad patriam*: CIL I² 378 *v. p. 483, 78.* PROP. 2, 33, 1 Ausoniis. LIV. 30, 13, 11 Carthaginiensem. VAL. MAX. 4, 4 praef. Campana.

c *coniung.*: α *-a (et) coniux sim.*: CIL II 4326 *illi* -ae honestissimae, uxori pudicissimae, matri piissimae *ille* maritus et *illa* filia (VIII 11294 *illa* incomparabilis coniux, mater bona, avia piissima, ... totius industriae et fidei -a). VI 1398 *illi* veteris sanctitatis -ae et lectissimae pudentissimaeque coniugi. 1404 *illi* c(larissimae) m(emoriae) f(eminae) -ae et uxori supra omnia exempla. 13671 C. Chiriache -a coiux bona (*fort. ad p. 488, 53 sqq.*). VIII 8647 *illi* castae -e *ille* coniugi amantissimae. 22774 *illa* h(onesta) m(atrona) uxor eius. β *-ae, pueri, virgines sim.* (*v. etiam l. 44 sqq.*): VERG. Aen. 11, 476 -ae puerique (SIL. 13, 306). OV. trist. 2, 501 virgo -aque virque puerque. LIV. 29, 17, 15 -as, virgines, ingenuos. 31, 17, 5 -as ..., pueros ingenuos virginesque, infantes etiam cum suis nutricibus. MART. 5, 2, 1 -ae puerique virginesque (OPTAT. 2, 26 p. 65, 17 -ae, pueri simul et virgines).

2 *speciatim*: a *i. q. femina nupta*: α *in universum*: PLAVT. Mil. 791 *v. p. 485, 52.* Poen. 32 -ae tacitae spectent, tacitae rideant (*opp. 35* viris). TER. Andr. 364 video ... -am nullam in aedibus (*sc. quamquam nuptiae celebrandae erant*). CIC. Verr. II 4, 77 -as et virgines (*item opp.* virgines: Sulla 19. SALL. hist. frg. 3, 98 virgines -asque [LIV. 32, 21, 24 CVRT. 4, 7, 24]. *et al. cf.* QVINT. inst. 11, 3, 74 -ae, puellae). HOR. sat. 1, 2, 54 -am nullam ego tango. OV. trist. 2, 255 nil igitur -a legat, quia carmine ab omni ad delinquendum doctior esse potest. SEN. benef. 1, 9, 3 inter -as abominandus ... est, si quis coniugem suam in sella prostare vetuit. *et al.* *de femina modo nubente*: LVCAN. 2, 358 (*in descriptione nuptiarum*:) -a ... translata vitat contingere limina planta. *de viduis* (*cf.* TAC. ann. 15, 44, 1 propitiata Iuno per -as [*sc. feminas nuptas et viduas*] ... et sellisternia ... celebravere feminae, quibus mariti erant. *de feminis per tempus aliquod maritorum convictu orbatis*: OV. met. 14, 833 IVST. 16, 5, 3): PRVD. psych. 66 *de Iudith vidua*. EDICT. Theodor. 62 si -a vidua ... volens corrupta sit, stuprum admittitur, nisi forte vilis ... sit mulier.

β *locis, quibus una maritus commemoratur, usurpatur pro v. q. e. uxor* (*cf. p. 487, 54. 490, 12*): *abs.*: HOR. sat. 2, 7, 62 estne marito -ae peccantis in ambo iusta potestas? (*cf. p. 406, 56 et* GENNAD. dogm. 72 maritum duarum ... -arum). OV. Ib. 349 nec tibi contingat -a pudicior illa, qua potuit Tydeus erubuisse nuru (IVV. 6, 49 si tibi contigerit capitis -a pudici). LIV. 22, 55, 6. SEN. dial. 5, 18, 4 quosdam ex illis cum -is. IVV. 6, 448 -a, tibi quae iuncta recumbit. PORPH. Hor. carm. 3, 8, 1 quamvis -am id est uxorem non habeat (GENNAD. dogm. 72 qui ... concubinam, non -am habuit. *cf.* DRAC. Romul. 10, 249 est *tibi* consors -a decens an caelibe vita degis?). ENNOD. dict. 15, 7 p. 471, 3. CIL III 222 (*bilinguis*) *illi* dulcissimo marito *illa* -a (ματρῶνα). *c. add. maritum indicante* (*cf. p. 487, 53*): *c. gen.*: HOR. carm. 3, 2, 7 tyranni (OV. met. 6, 581). OV. epist. 5, 85 cupio fieri -a potentis. VITR. 1, 1, 5 viris interfectis ... -as eorum in servitutem abduxerunt. PLIN. nat. 9, 117 PORPH. Hor. carm. 2, 18, 7 PANEG. 2, 29, 2 IVST. 14, 6, 3 GREG. TVR. Thom. p. 119, 12 VEN. FORT. vita Germ. 33, 96. 34, 99. 47, 129 CIL III 7315. 9533 XI 4384. *et al.* *c. pron. poss.*: HOR. carm. 4, 15, 27 nos ... cum prole -isque nostris (SEN. benef. 7, 9, 5 AVR. Fronto p. 72, 5 N. FRONTO p. 89, 7). FRONTO p. 86, 4 N. tuae. COMM. instr. 2, 30, 10 vestrae (RVRIC. epist. 2, 65 p. 442, 3). SEV. MINOR. p. 743ᶜ suam (CIL XIII 3690 dulcesime sue matrune). *c. adi.*: QVINT. decl. 291 p. 160, 17 alienam. *translate*: PASS. Perp. 18, 2 sequebatur ... placido incessu ut -a Christi, ut dei delicata (ὡς ματρῶνα Χριστοῦ). AVG. serm. 213, 7, 7 honoremus *ecclesiam*, quia tanti domini -a est.

γ *locis, quibus magis respicitur cura domus et liberorum, significat i. q. mater familias* (*cf. p. 489, 66*): OV. medic. 13 cum -a ...
[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adsiduo durum pollice nebat opus (ENNOD. opusc. 1, 27 p. 268, 24 indumentum -a neverat). COLVM. 12 praef. 10 cum ... occiderit vetus ille matrum familiarum mos ..., necessaria irrepsit villicae cura, quae tueretur officia -ae. 12, 3, 10 nisi ... villicus saepius et aliquando tamen dominus aut -a ... animadverterit ..., ut ordinatio instituta conservetur. PETRON. 126, 10. PLIN. nat. 14, 89 Fabius Pictor ... scripsit -am, quod loculos, in quibus erant claves cellae vinariae, resignavisset, a suis inedia mori coactam (TERT. apol. 6, 4). IVV. 3, 110 -a laris (SCHOL. domina domus). APVL. met. 7, 7. EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 954^C vos, -ae, quando sedetis *bombylionum* resolventes opera (*αἱ γυναῖκες*). *i. q. patrona* (?): ENNOD. epist. 1, 5, 12 p. 12, 20 mater ... vos apud deum precibus suis -a fortis adtollit.

b *i. q. femina nobilis* (*cf. p. 489, 14. 71. 490, 26*): LYD. mens. 3, 33 *τὰς ... ματρώνας, τουτέστιν τὰς εὐγενίδας*. 4, 42 *αἱ λεγόμεναι παρ' αὐτοῖς ματρῶναι, τουτέστιν εὐγενεῖς*. LIV. 10, 23, 4 Verginiam ... patriciam plebeio nuptam ... -ae, quod e patribus enupsisset, sacris arcuerant. 10, 23, 12 nec -is solum, sed omnis ordinis feminis. VAL. MAX. 5, 2, 1 senatus -arum ordinem benignissimis decretis adornavit (8, 3, 3 *v. p. 485, 14. cf. p. 489, 56*). PAP. Berol. 511, 2 (*a. 53*) *legatio Iudaeorum apud imp. Claudium orat πα⟨ρούσης Ἀγριππίνας Σεβαστῆς μετὰ⟩ τῶν ματρωνῶν* (*cf. Wilcken, Hermes 30, 1895, 494*). LVCAN. 10, 67 an mundum ne nostra quidem -a (*sc. Cleopatra*) teneret. SVET. Cal. 26, 4 elisi per eum tumultum viginti amplius equites R., totidem -ae, super innumeram turbam ceteram (Nero 4. 11, 1). PAVL. coll. Mos. 2, 5, 4 fit autem iniuria ..., cum dignitas laeditur, ut cum -ae vel praetextatae comites abducuntur. APVL. met. 2, 2 *v. p. 485, 44*. TERT. Scap. 5 p. 550, 9 Oe. uxor. 2, 8 p. 695, 4 Oe. quanto dives aliqua est et -ae (commatrona *BCD*) nomine inflata. ACT. lud. saec. Sept. Sev. (RhM. 81, 1932 p. 388 sqq.) 84 ⟨pueri⟩ senatores, item puellae (*cf. l. 34. p. 488, 48*) -ae carmen cecinerunt (*cf.* CYPR. epist. 80, 1 p. 840, 1 ut ... senatores ... capite ... multentur, -ae ... relegentur). LAMPR. Alex. 41, 1 -as regias. PEREGR. Aeth. 31, 4 si quae -ae sunt aut si qui domini. OROS. hist. 5, 24, 3 ENNOD. epist. 2, 13, 7 p. 54, 15. VITAE patr. 5, 2, 7 venit una -a virgo (*cf. l. 30. p. 488, 47. 490, 31*) de Roma, dives valde (*3, 65 p. 771^B* quaedam mulier virgo, *Cot. p. 360^C μία συγκλητικὴ παρθένος*). ACT. Petr. 30 p. 79, 19 -ae (*ματρωνῶν*) et aliae ... honestae (*i. divites*) feminae. 34 p. 87, 3 (*ματρώναις*). *et al.* *pro titulo honorifico*: VITAE patr. 5, 2, 14 abbatissa -a. INSCR. christ. Diehl 3593 -a nomene Remico. *huc potius quam ad nomen proprium p. 488, 40 referenda videntur etiam haec*: CE 1390, 5 Candida praesenti tegitur -a sepulcro. CIL II 3373 Cosanae C. f. Fidentinae -ae (*an nom. ut p. 485, 16?*) post mortem. 5335 *illi illa* -⟨a p(atri)⟩. 7547 *ille* ... et *illa* -a[m]. V 6243 (*a. 388*) deposita est -a Restuta. INSCR. Arch.-epigr. Mitt. aus Öst. VIII p. 17 n. 48 *ματρώνας γαμετῆς*. *de personatis Virtutibus*: MART. CAP. 2, 127 quaedam -ae ... conveniunt (*sc. Prudentia, Iustitia, Temperantia*). 6, 577 *de Philosophia*.

c *i. q. quaevis mulier*: IVST. 20, 4, 8 -arum ... separatam a viris doctrinam ... habuit *Pythagoras*. SCHOL. Stat. Ach. 1, 65 -as petiit, ut *eqs.* (*Apollodor. 1, 9, 2 τὰς γυναῖκας*). INTERPR. Novell. Mart. 5 sanctimonialibus viduis diaconissis omnibusque religiosis -is (*syn.* femina *Novell. Mart. 5, 2*).

B ***de deabus*:** **1** *c. gen. maritum indicante* (*cf. p. 486, 69*): OV. met. 2, 466 -a Tonantis (fast. 6, 33 MART. 9, 3, 9 DRAC. Romul. 10, 55. *cf.* MART. CAP. 1, 3 exorata eius [*sc. Iovis*] -a. DRAC. Romul. 10, 81 -a Iovis). 5, 508 inferni ... tyranni *i. Ditis* (CE 393, 4 Ditis). AVG. civ. 4, 10 p. 159, 22 D. Vulcani.

2 *abs.*: **a** *de Iunone* (*cf. p. 484, 40. 488, 39*): HOR. carm. 3, 4, 59 hinc avidus stetit Volcanus, hinc -a Iuno et ... Patareus Apollo. SERV. Aen. 4, 59 *Iuno* est Curitis, est -a, est Regina (8, 84).

b *de Matribus Celto-Germanicis* (*cf. p. 443, 61. de re v. Heichelheim, RE XIV 2213 sqq. vocabulum Gallicum* Matrŏna *subesse censet Bickel, RhM. 87, 1938, 220. legitur ubique dat.* -is *et* -abus [*v. p. 483, 78*] *praeter p. 488, 21*): **α** *c. epith.*: *gentili* (*gen. pl.: l. 77 al.*): CIL XIII 7898 -is Abiamarc(is). 8157 Afiims (8211 Afliabus). 8845 Ahinehiabus. 8529 Alagabiabus. 6387 Albiahen(is). 12065 Almav⟨iahe⟩nis. 12066 Amnesa⟨henis?⟩. 7995 Andrusteihiabus (8212 Andrustehiabus. INSCR. BJb. 135, 1930 p. 18 n. 38). 7926 Anesaminehis. 7855 Arvagastis. 7981 Asericinehabus. INSCR. 17. BerRGK. 1929 p. 93 n. 280 sqq. Audrinehis *et* Autriahenis *et* Audrinehabus *et* Authrinehabus. CIL XIII 1766 Aufanis *v. p. 443, 83* (8214. 11991. 11993. 11995 INSCR. BJb. 135, 1930 p. 8 sqq. 6^{ies}. Aufaniabus: 7920^a. 7921. 8021 *v. p. 443, 70*. 8530. 8724. 11983. 11985. 11986. 11989. 11990. 11992. 11996. INSCR. BJb. 135, 1930 p. 7 sqq. 14^{ies}. Aufanibus: 8213). 8531 Aviaitinehis *v. p. 488, 8*. 7866 Avivae⟨...⟩. 8215 Aumenaienis. V 5227 -is et Geniis Ausuciatium. XIII 8216 Axisinginehis. 12013 Berhuiahenis (12014). INSCR. Dessau 4821 Braecorium Gallianatium. CIL XIII 8217 Boudunn⟨is⟩. 7969 Caimineais. 3585 Cantrusteihiabus (7880). [7889 Cesaienis *v. l. 84*]. V 5584 Concanaunis *v. p. 488, 19*. XIII 7923 Cuchenehis (7924. 12008 Chuchenehis. 12009 Chuhenehis). V 5791 Dervonnis. XIII 7894 Etttrahenis et Gesahenis. 7829 Fachineihis (7970). 7980 Fernovineis. 7780 Gabiabus (7937. 7938. 7950 INSCR. 17. BerRGK. 1929 p. 91 n. 273). 7885 Gavadiabus (7886. 7887. 7894. 8536). 12067 Gavasiabus. 7889 Gesahen⟨is⟩ (7894 *v. l. 81*. 8496). 7971 Gratich. 7864 Hamavehis. 7900 Hiheraiis. 8147 Ineis. 7882 Iulineihiabus. 7976 Lanehiabus. 8220 Lubicis. 8221 Mahlinehis. 12068 Maitienis *vel* Naitienis. V 5584 Masuonnum *v. infra l. 19*. XIII 7883 Nersihenis *v. infra l. 17*. 8572—8576 Octocon(n)abus (8571 mat. Octocannis). 7972 Ratheihis. INSCR. Lehner 549 Renahis (INSCR. 17. BerRGK. 1929 p. 105 n. 315). CIL XIII 7973 Romananehis. 7869 Rumanehabus (8027 Rumanehis [8148. 8149. 8531 Rumanehis item Aviaitinehis]). 7915 Saithamiabus (7916 Saitchamims). INSCR. Gall. Narb. Espér. 17 = Dessau 9333 numinibus Augg., Matri deum et -is Salvennis. CIL XIII 8846 Seccanehis. 8847 Teniavehis. 7902 Tummaestis. 7951 Vacalinehis (12021 mat. Vacalinihis. 7952 Vacallinehis [12023. 12026. 12027 *et* 12031 *v. p. 483, 69*. 12029. 12035. 12038. INSCR. 17. BerRGK. 1929 p. 89 n. 266. 267. 272]. 12018 Va(callinehis). 12024 Vacallinehis. 12028 Vacalliniihis. 12032 Vacallineis [12037 mat. Vacallineis]. 12033 Vacallinehabus. INSCR. 17. BerRGK. 1929 p. 86 n. 257 ⟨Vaca⟩llinebus). 8226 Vallabneihiabus (8227 Valabneiabus). 7903 Vataranehabus (7904. *cf.* Veteranehabus *l. 23*). 7883 Vatviabus Nersihenis (7884 Vatviabus [7891. 7893]. 7892 Vatvims [8510]). V 5584 sanctis -is Vcellasicis Concanaunis *ille* votum. Masuonnum -is v. s. l. m. XIII 8229 Vdravarinehis. V 1042^{add.} ⟨-ab⟩us Vedia⟨ntabus⟩ (7872 -is Vediantiabus. 7873 ⟨in honorem -arum⟩ Vediantarum). XIII 7851 Vesuniahenis (7852. 7854. 7925). 7821 Veterahenis (7823. 7907 *v. p. 483, 68*. 7908. 7909. Veteranehis: 7822. Veteranehabus: 7904. 7906. *cf.* Vataranehabus *l. 17*). 7932 Vlauhineh(is) sacr. *nomina in lapide fracta*: CIL XIII 7780. 7847 Hav. 7950. 8030. *c. epith. possessivo*: INSCR. BJb. 135, 1930 p. 18 n. 40 -is domesticis. *honoris*: CIL V 7228 divis -is *ille* compitum vetustate conlabsum ex voto restituit. 6594 Iovi O. M. -is indulgentibus Mercurio. XIII 7826 sanctissimis -is.

β *sine epith.*: *coniunguntur c. aliis dis* (*v. et p. 487, 76*): CIL V 5671 -is et Adganais. XII 100 -is, Aximo. V 6497^a Dianae et Mat⟨r⟩. 6491 -is, dis deabusque (6575 -is et dis deabus). 5501 I. O. M. -is. 5716 -is et vicanis. *solae nominantur*: CIL V 4137-abus (4159). 5252 (*a. 104*) -is. *et sic nude 26^{ies}*; *item in regione X* INSCR. NSc. 1888 p. 673. 1903 p. 265. CIL V 6641 (*aet. imp. Claud.*) -is sacrum (5788. 7703. 7849). *in Germania*: CIL XIII 7879 -is (7954. 12016—12019). INSCR. Lehner 372 -is sacrum (INSCR. 17. BerRGK. 1929 p. 89 n. 268. 269).

γ *c. syn.*: CIL V 3237 Iunonibus -is (5249). 5450 -is Iunonibus.

II ***nomen proprium*:** **A** *hominum* (*cf. p. 441, 81*): **1** *non addito nomine gentili*: *indicatur aetas infantilis*: CIL VIII 5491 -a innocens v. an̄. I ms. sex. INSCR. christ. Diehl 3251 bonae et innocenti memoriae, quae vixit annum, menses sex, dies v. parentes filiae dulcissime -ae ... fecerunt. 2337 pete pro parentes tuos, Matroaata -a, que vixit an. II di. LII. INSCR. Afr. Gsell I 1760 -a Lucustionis fila (*sic*) pia vixit annis v. INSCR. christ. Diehl 3112 hic quiescit -a virgo (*cf. p. 487, 34*) in pace, que vix. annis XIIII. *adde*: CIL X 3306 hic est posita Flavia -a infans (*cf. p. 487, 30*). VIII 21585 = INSCR. christ. Diehl 2815^B Calpurnia Amacrona (*'exspectatur -a' Diehl; cf. p. 483, 82*) acerva vicsit anis v. *comparantur aetates* (*cf. p. 486, 22*): INSCR. Ital. X 2, 75 -a senior et -a iunior. *additur* nomine: CIL V 8460 hic iacet nomine -a c(larissima) f(emina) in pace, uxor Corneli primiceri cenariorum. *additur* coniux *sim.*: CE 558 hic sita sum -a, ... Fortunati coniux. INSCR. christ. Diehl 4050 A^{adn.} Ianuarius -ae co⟨niugi⟩. INSCR. AA 30, 1915 p. 242, 17 (*Moes. inf. c. a. 324*) -a coniux pientissima. *cf. l. 52*. *adde*: CE 110 Gabiniae -ae comiti defunctae. CIL III 7569 Villatia -a coniux marito suo. INSCR. Afr. Gsell I 1504 Clodia -a *illius* uxor. 2394 Magnia -a uxor eius. *indicatur pater*: CIL XIII 6369 -a Caratulli f. INSCR. Afr. Gsell I 1759. 1760 *v. l. 45*. *nude ponitur*: CE 1989. 2090 CIL III 9601. VI 36264 Rufines et -es. VIII 25078. X 7760 Ioannes et Redemtus et -a. INSCR. Gall. Narb. Espér. 596 INSCR. Afr. Gsell I 209. 2052 INSCR. christ. Diehl 180. 3017 C. 4006 B. 4039 = CIL XI 588* *Ματρονα* (*de -o- cf. p. 484, 7*) *φιλις σους*. SOZOM. hist. eccl. 7, 21, 4 *Ματρῶναν, ἣ παρθένος ἦν ἱερά* (*i. monacha*). 7, 21, 9. INSCR. Arch.-epigr. Mitt. aus Öst. VI p. 32 n. 62 *Χρυσόδωρος καὶ Ματρῶνα*. PAP. Giess. I 29, 1 *Διδύμη ἡ καὶ Ματρῶνα* (29, 21. Berol. 362 III 12 *⟨παρὰ ...⟩ας τῆς καὶ Ματρώνας*. 362 XIV 14. Grenfell, Fayûm 99, 1 *Διδύμη ἡ καὶ Ματρῶνα*). Maspero, Papyrus grecs d'époque byzantine 67313, 66 (*serva*). Crum, Coptic monuments 8063. Spiegelberg, Demot. Stud. 1 p. 19* *Ματρονα* (*cf. l. 63*). Preisigke, Sammelbuch 1191. 3472. 7100. *ex Christianis nota*: CIL VIII 5664 nomina marturum Nivalis, -e, Salvi (5665). XII 2188 hic requiescet ... bone memoriae -a s(an)c(t)emuniales. INSCR. christ. Diehl 3791 C (*a. 425*) emi a Fl. Vitali, pr(es)b(ytero) sanc(tae) -a(e), auri sol(idis) III (*sc. hunc sarcophagum*).

2 *addito nomine gentili*: COD. Greg. Visig. 13, 1 (*a. 287*) Aeliae (IG XIV 1347 *Αἰλίᾳ*). INSCR. Afr. Gsell I 2071 Antonia. PAP. Lips. 38 I 2 Aurelia *v. p. 267, 7*. INSCR. Afr. Gsell I 600 Benia. CIL VIII 7251 Cecilia. INSCR. Afr. Gsell I 1504 Clodia *v. l. 58*. 1617 Elvia. CIL X 3306 Flavia *v. l. 48* (INSCR. Afr. Gsell I 2474). INSCR. Afr. Gsell I 1579 Fortunia. CIL VIII 10828 Gabiniae *v. l. 56*. INSCR. EphEp. IX p. 400 n. 662 Galatia. CIL VIII 6260 Istatia. INSCR. Afr. Gsell I 2536 ⟨Iul⟩iae -a ⟨et D⟩onata (2559). 2325 Licinia. INSCR. graec. Rom. Cagnat III 242 *Λολλίᾳ Ματρώνῃ τῇ καὶ Ἐλπίδι συνβίῳ γλυκυτάτῃ*.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

INSCR. Afr. Gsell I 1373 ⟨Macrinia?⟩ -a. 2394 Magnia *v. p. 488, 58.* 2652 Munatia. INSCR. christ. Diehl 1785 Octaviae -ae viduae dei. CIL XIII 6359 Otacilia. INSCR. Afr. Gsell I 1815 Plotia -a p(ia) v. an. xv. INSCR. RevPhil. 36, 1912 p. 50 n. 2 *Πορτωρία Ματρώνη συνβίῳ.* INSCR. Afr. Gsell I 1846 Postumia. CIL VIII 20288 Rusticeia. EPIGR. graec. Kaibel 652, 4 (*Romae*) *Σαλβία.* INSCR. Afr. Gsell I 2646 Tilia. 2706 Titinia. CIL VIII 9952 Valeria (9953. 21794). III 14354^{16} Vibunniaes -es (*v. p. 483, 73*). 7569 Villatia *v. p. 488, 57.* INSCR. graec. Rom. Cagnat I 631 *Οὐλπίαν.* *inc.*: INSCR. Afr. Gsell I 570 ⟨Mo? *an* Di?⟩dia -a.

B *in nominibus rerum*: 1 *montis Alpium Cottiarum, qui hodie Mont Genèvre appellatur (cf. Mommsen, CIL V p. 811)*: AMM. 15, 10, 6 hinc alia celsitudo ... ad -ae porrigitur verticem, cuius vocabulum casus feminae nobilis (*cf. p. 487, 13*) dedit. ENNOD. carm. 1, 1, 23 -as taceo scopulos atque invia dictas, in foribus blandas, cetera difficiles. ITIN. Burdig. p. 556, 1 inde ascendis -am. 2 *herbae*: GLOSS. III 563, 56 febrefugia i. -a (592, 58. 614, 12. 626, 35). 631, 22 artemisia gallice briginus appellant, alii -a. *cf. p. 445, 75.*

syn.: femina: *p. 487, 52.* LIV. 34, 2, 10. 11 VAL. MAX. 2, 6, 15 SIL. 12, 306. 310 MART. 8, 12, 3. materfamilias: *p. 487, 3.* matres: OV. fast. 1, 619. 621. mulier: *p. 487, 36.* LIV. 34, 1, 6. nupta: PLIN. nat. 22, 3. uxor: *p. 486, 65.*

opp. (*v. et p. 485, 61. 486, 34*): dominus: *p. 486, 82. 487, 5. 33.* maritus: *p. 486, 59.* femina: MART. 12, 96, 11 scire suos fines -a et femina debet. mulier: *v. p. 485, 68.* praetextata: *p. 487, 26.*

comp. et deriv.: commatrona. matronalis, matronilis. matronatus. matroneum. Matronata. Matronia, Matronilla. *ματρωνίκιος.*

mātrōnālis, -e. *a* matrona. *legitur inde a* LABER. *l. 31,* OV. *p. 490, 8.* NOT. Tir. 98, 40.

1 *pertinet ad omnes matronas*: **a** *i. q. ad feminas honestas pertinens*: *α de moribus*: LABER. mim. 34 quo quidem me a -i pudore prolubium meretricium (*cf. p. 485, 61*) progredi coegit (QVINT. decl. 280 p. 144, 26 PS. QVINT. decl. 18, 5 p. 324, 21). LIV. 26, 49, 15 quae ne in malis quidem oblitae decoris -is estis (34, 6, 8 VAL. MAX. 2, 1, 5 *v. p. 485, 28*). PLIN. epist. 5, 16, 2 nondum annos quattuordecim impleverat et iam illi anilis prudentia, -is gravitas erat. SVET. Tib. 35, 2 feminae famosae, ut ad evitandas legum poenas iure ac dignitate -i exsolverentur, lenocinium profiteri coeperant. DON. Ter. Andr. 119 -em modestiam miratur in vultu. CLAVD. DON. Aen. 4, 300 p. 394, 33 furor, qui pudorem -is honestatis excluserat. HIER. in Os. prol. p. 817^{A} pudicitiae -i. VICT. VIT. 3, 49 matre sine -i verecundia solutis crinibus post raptores ... currente. *β de vestitu et cultu* (*cf. p. 485, 36*): VITR. 1, 1, 5 stolas ... -es (VAL. MAX. 6, 1 praef. *cf.* VITR. 4, 1, 7 *columnae* trunco ... strias uti stolarum rugas -i more demiserunt). *ibid.* ornatus (NOVELL. Valent. 14, 1. *cf.* TERT. cult. fem. 2, 12 p. 731, 24 Oe. quas *meretrices* ... leges a maritalibus et -bus decoramentis coercebant. PS. RVFIN. in Os. 1, 2 p. 964^{D} -bus insignibus. COD. Iust. 11, 12, 1, 1 ornamentis *aureis*. LEX Burg. lib. const. 51, 3 ornamenta et vestimenta -ia). QVINT. decl. 342 p. 348, 21 misit ille -i habitu ancillam (VLP. dig. 47, 10, 15, 15 *opp.* meretricia veste. IVST. 7, 3, 6. AVG. epist. 262, 9 p. 628, 20 est quidam pro modulo personae habitus -is a viduali veste distinctus). APVL. met. 11, 8 vidi et ursam mansuem cultu -i, quae sella vehebatur. TREB. trig. tyr. 14, 4 tunicae et limbi et paenulae -es. *v. etiam l. 42. 63.* *γ varia*: LIV. 38, 24, 10 -is facinoris (*sc. quod violatorem pudoris occiderat*). SEN. rem. fort. 16, 2 quam multae ... inter probra -is ordinis (*cf. p. 487, 18*) esse coeperunt. **b** *i. q. ad feminas nuptas pertinens*: *α in universum*: AVSON. 319, 47 p. 23 P. -e decus possedit (*i. nubendo honorem nuptae consecuta est*). ARNOB. ad Greg. 17 p. 414, 17 nulla te excusat -is necessitas; ... numquid, quia sub marito es posita, non vis venire ad vitam? DRAC. Romul. 6, 53 has *sponsas* -i societ de more catervae blanditus sub fraude dolor. 6, 99 -i sponsas cinxere corona. *β i. q. ad uxores pertinens* (*cf. p. 486, 59. 490, 12*): PS. QVINT. decl. 19, 6 p. 341, 23 -is indignatio dicere videbatur: 'non parcis erga me, marite, verbis'. CASSIOD. var. 9, 18, 7 -i subiaceat ultioni *ancilla adultera*. *γ i. q. ad matres familias pertinens* (*cf. p. 486, 84*): COLVM. 12 praef. 7 et apud Graecos et apud Romanos usque in patrum nostrorum memoriam fere domesticus labor -is fuit. *ibid.* 8 conspirabatur ab utroque, ut cum forensibus negotiis -is industria rationem parem faceret. **c** *i. q. ad feminas nobiles pertinens* (*cf. p. 487, 13*): LAMPR. Heliog. 4, 3 fecit et in colle Quirinali senaculum id est mulierum senatum, in quo ante fuerat conventus (*cf. p. 485, 3*) -is, sollemnibus dumtaxat diebus *eqs.* 4, 4 sub Symiamira (*matre Heliogabali*) facta sunt senatus consulta ridicula de legibus -bus *eqs.* DON. Ter. Hec. 347 'hem' interiectio feminea ac -is. HIER. in Is. 3, 17 p. 69^{C} (*in imag.*) pro munditia -i terrae verrent spurcitiem. in Matth. 19, 12 p. 135^{D} quos *eunuchos* captivitas facit vel deliciae -es. CE 1125, 6 sum libertinis ego nata parentibus ..., sed -i nutrita per omnia cura. *nota*: ARNOB. ad Greg. 2 p. 387, 23 illic (*in caelo*) tecum erit omnis caterva matronarum: ... Sarra ... Rebecca ... Rachel ...: ... ecce quarum comitatu -is gloria comitatur. **d** *i. q. ad quasvis feminas pertinens* (*cf. p. 487, 48*): PLIN. epist. 7, 24, 1 ultra -em modum compacto corpore et robusto. APVL. met. 3, 19 (*Lucius ad Fotidem*:) cum semper alioquin spretorem -ium amplexuum ... teneas volentem. **e** *incertum, qua notione accipiendum sit in nominibus medicamentorum et herbae*: MARCELL. med. 23, 56 nitri albi -is (*cf.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 296, 8 afronitri -is. ANTIDOT. Brux. 87 p. 382, 32 afronitra -ia duo. PLIN. VAL. 1, 1. *cf. et l. 38*). PS. DIOSC. Vind. 3, 123 p. 134, 13 λευκόϊον ... Ῥωμαῖοι ... βιολαμ ματρωνάλεμ (-ω- *R*, -ο- *rell. cf. p. 484, 7*).

2 *pertinet ad unam vel complures certas matronas*: OV. fast. 2, 828 flevit et -es erubuere genae. SIDON. epist. 2, 2, 9 triclinii -is. 4, 6, 2 animorum -ium teneritudinem. 4, 18, 2 -ium partium *comitatus* (*i. matronarum una profectarum*). DRAC. Orest. 421 mercedem sanguinis ostrum, -e (*i. uxoris; cf. p. 489, 63*) nefas, uxorem dedecus aulae quis, rogo, non gemeret?

nom. pl. f. pro subst. **Mātrōnālēs** (*sc.* feriae), -ium: TERT. idol. 14 p. 46, 26 Saturnalia et Ianuariae et Brumae et -es frequentantur.

nom. pl. n. pro subst. **Mātrōnālia**, -ium: *festum matronarum Kalendis Martiis celebratum (de re v. Marquardt-Mommsen, Röm. Staatsverw. 3, 571. Latte, RE XIII 1648 sqq. Weinstock, RE XIV 2306 sqq. Daremberg-S. III 1 s. v. Iuno p. 684^b)*: SCHOL. Hor. carm. 3, 8, 1 Kalendis Martiis -ia dicebantur, eo quod mariti pro conservatione coniugii supplicabant, et erat dies proprie festus matronis. SCHOL. Iuv. 9, 53 Kalendis Martiis, in quibus Iunonis sacra celebrabantur a matronis: tunc nam -ia sunt. PLVT. Rom. 21, 1 *Romani et Sabini quaedam nova festa instituerunt,* ὧν ἡ τῶν Ματρωναλίων ἐστί, δοθεῖσα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου καταλύσει (*cf. Ov. fast. 3, 232*).

adv. **mātrōnāliter**: *i. q. feminae nobilis modo* (*cf. p. 487, 13*): PASS. Perp. 2, 1 honeste nata, liberaliter instituta, -r nupta ([ἐξόχως]. CIL VIII 870 *illa* h(onestae) m(emoriae) f(emina), bonis natalibus nata, -r nupta).

mātrōnātus, -ūs *m.* *a* matrona. *i. q. habitus matronae*: APVL. met. 4, 23 virginem (*cf. p. 484, 23*) filo liberalem et, ut -us eius indicabat, summatem regionis. *i. q. ordo matronarum*: ZENO 1, 4, 6 p. 399^{C} Susannam ... columen -us.

mātrōnēum, -ī *n.* *a* matrona *sec.* gynaeceum. *locus in ecclesia matronis reservatus*: LIB. pontif. p. 124, 4 renovavit absidam ... et cameram fecit et -um. *cf. Du Cange s. v. p. 310.*

ματρωνίκιος (-ο-: *l. 38*), -α, -ον. *a* matrona *pro* matronalis. *i. q. matronalis*: HIPPIATR. graec. II 56, 6 νίτρον ματρονικίον (*Pelagon. 300* nitri. *cf. supra l. 3. de -o- cf. p. 484, 7*). *neutr. sg. pro subst.* **ματρωνίκιον**, -ου. *pars balnei matronis reservata*: LYD. mens. 4, 29 p. 87, 12 W. αἱ δὲ σώφρονες γυναῖκες (*cf. p. 484, 16*) ... τοσοῦτον τῆς αἰδοῦς ἐφρόντιζον, ὡς μηδὲ ταῖς πολλαῖς τῶν γυναικῶν ὁμιλεῖν, ἀλλὰ καὶ τόπους τινὰς ἡσυχίους ἐν τοῖς βαλανείοις ἔξω τοῦ πλήθους ἑαυταῖς ἀφορίζειν, οὓς ἔτι καὶ νῦν -α καλοῦσιν. PAP. Florent. III 384 (*saec. V?*), 7. 14. 36 τοῦ λουτροῦ καὶ τοῦ -ου. 39. 88 ⟨βαλανί⟩ου καὶ τοῦ -ου. 106.

mātrōnīlis, -e. *a* matrona *sec.* anilis. *i. q. matronalis*: EVG. TOLET. carm. 67^tit. in fibolam -em.

mātrōno(-y-)micus, -a, -um. *hybride a gr.* μητρωνυμικός *sec.* mater, *cf.* patronymicus. *i. q.* μητρωνυμικός, *a matris nomine dictus*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 537, 14 patronimica ... in des terminantur ...; dicuntur et a matribus saepe matronomica. SCHOL. Hor. carm. 1, 17, 22 'Semeleius': matronimicon est (-ni- *A*, -no- *rell.*). 1, 31, 18 'Latoe': matronimicon (*A*). 2, 13, 21 furvae (*sc. Proserpinae*) 'flavae' matronomicon, ut 'flava Ceres'.

mātropolis, -polītānus *v. s.* metro-.

mātruēlis, -is *m.* [*a* mater, *cf.* patruelis, fratruelis; *v. Leumann, Adi. auf -lis p. 6. J. B. H.*] *i. q. avunculi filius*: MARCIAN. dig. 48, 9, 1 lege Pompeia de parricidiis cavetur, ut, si quis ... patruelem -em occiderit *eqs.* PS. AVR. VICT. orig. 13, 8 Piso quidem Turnum -em Amatae fuisse tradit. *Bulhart.*

matta, -ae *f.* [*vocab. semiticum ut vid.; v. Keller, Lat. Volkset. 250. J. B. H.*] SCHOL. Iuv. 6, 117 teges[te] id est -a, supellex cubilis obsceni (*cf.* 5, 8). GLOSS. -a ψίαθος. -a mappula. embrim⟨i⟩um est -a ex grosso papyro tenuiter pectinata. *in libris Graecis plerumque respondet* ψίαθος *vel* ψιάθιον (*cf. etiam infra l. 74. 81*). [*it. vet.* matta, *francog.* matte, *hisp.* mata. *M.-L.*] [*falso trad.* OV. fast. 6, 680 *in codd. recc.*]

i. q. teges, storea, stragulum (*cf. Daremberg-Saglio s. v.; Hug, RE XIV 2310*): AMBROSIAST. in I Cor. 14, 31 haec traditio synagogae est ..., ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, ... novissimi in pavimento super -as. HIER. reg. Pachom. praef. 6 B. qui -as *texunt*. reg. Pachom. 5 p. 14, 12 B. funiculos in -arum stramina ... praeparabit. 26. 27. 88 praeter psiathium ⌊id est -am⌋ (⌊ ⌋ *om. pars codd.*) ... ad dormiendum nihil ... substernet. AVG. c. Faust. 5, 5 p. 278, 1 quia in -is dormiunt, Mattarii appellantur. VITAE patr. 3, 72 (*p. 652 Cot.* μαλάκιον). 5, 5, 29 *syn.* in ... stratu. 5, 7, 46 -am, cuius medietatem sibi subtermittebat et medietate cooperiebatur. GREG. TVR. vit. patr. 19, 2 p. 738, 25 mollimen ... quod intextis iunci virgulis fieri solet, quas vulgo -as vocant. GREG. M. dial. 2, 11 p. 98, 12 M. in psiathio, quod vulgo -a (mattaracium *V 3 sec. m.*) vocatur, in quo orare consueverat (*cf.* DIONYS. EXIG. vita Pachom. 43). BENED. reg. 55 stramenta ... lectorum sufficiant -a, sagum, lena et capitale. *deriv.*: Mattarius, mattula.

[Bachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mattārius *v. Onom.*

mattea (mat(t)ia: *l. 5. 6. 19*), -ae *f.* [*gr.* (*thessal.*) ματτύη, *ματτέη; *v. T. Kalén, Quaest. gramm. graecae 1918 p. 18. J. B. H.*] VARRO ling. 5, 112 -a (*Popma*, mattae *F*) ab eo quod ea graece ματτύη. GLOSS. (*in capite de escis*) -ia περιφορά. V 83, 17. 115, 46 (*cf.* GLOSS.ᴸ IV Plac. M 14) matia intestinae quae sordes emittunt; unde matiarii dicuntur, qui eadem tractant aut vendunt (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 80. Goldberger, Glotta 18, 1930, 39*). [*rum.* matze, *it. mer.* mazze. *M.-L.*]

i. q. cuppedo, esca lautior (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 207* ³): SEN. contr. 9, 4 (27), 20 cum Turdus promitteret iturum se ... Sabinus ... ait: ego ad Caesarem non sum iturus cum -a (*alluditur per paronomasian ad v. q. e. turdus*). PETRON. 65, 1 hanc humanitatem insecutae sunt -ae, quarum etiam recordatio me ... offendit (*v. Friedl. ad l.*). 74, 6 sumptis ... -is. MART. 10, 59, 4 dives et ex omni posita est instructa macello cena tibi, sed te -a sola iuvat. 13, 92, 2 inter aves turdus (*cf. l. 13*) ..., inter quadrupedes -a (mutt- *A*⁴, gloria *pars codd.*) prima lepus. SVET. Cal. 38, 2 multis venenatas -as misit. FRONTO p. 224, 19 N. convivium ... regium agitares ... ⌊-iis, pomis⌋ (⌊ ⌋ Mattiis *p. vg.*), bellariis, crustulis. TERT. test. anim. 4 p. 138, 29 cum obsoniis et -is ... parentans.

deriv.: matteola, 2. mattiarius.

mat(t)eola, -ae *f.* *a* mattea *demin.* *i. q. cibus delicatior, cuppedium* (GLOSS. III 87, 43 matiola περιφορά): ARNOB. nat. 7, 25 p. 259, 12 *dii* frustilla haec parvula pro suavibus mateolis (*sic*) sumunt, non quibus famem sedent.

mattia *v. s.* mattea. **mattiānus** *v. s.* Matius.

1. mat(t)iārius, -ī *m.* [*a* *mattia, *cf.* mattiobarbulus. *J. B. H.*] *scrib.* mat(t)-, math-, marc-, mart-. *cf. etiam l. 32.*

i. q. genus auxiliariorum mattiobarbulis armatorum: AMM. 21, 13, 16 cum lanceariis et -is et catervis expeditorum (*cf.* 31, 13, 8 ad l. confugit et -os [mats- *V*]. MALALAS p. 330, 4 ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγκιαρίων καὶ ματτιαρίων). NOT. dign. or. 5, 7 iuniores (5, 47). 6, 2 seniores (6, 42). 9, 9 constantes (9, 31). occ. 5, 83. 232. 7, 30. 52 -i Honoriani Gallicani (*v. adn.*). CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 91 p. 411, 4 τριβοῦνος τῶν ματτιαρίων. [CIL III 5234 interfectus ⟨a⟩ mattzaris (*dub., sitne nomen populi; cf. Holder, Altcelt. Sprachschatz s. v.*).]

2. mat(t)iārius, -ī *m.* *a* mattea. GLOSS. *v. l. 7.*

matticus, -ī *m.* [*ex graeco sumptum videtur, cf.* μάθυιαι· γνάθοι *Hes. J. B. H.*] PAVL. FEST. p. 126 -i cognominantur homines magnarum malarum atque oribus late patentibus.

mattiobarbulus, -ī *m.* [*a* *mattia *'telum'* (*cf. roman.* *mattea, *matteūca *'clava' et fort.* mateola) *et* barbulus *'genus piscis' derivat Kempf, Jbb. f. Philol. suppl. 26, 1902, 366 sq.; cf.* mattiarius. *J. B. H.*] *scrib. etiam* mart-, mati-, mato-; *cf. et l. 29.*

i. q. genus teli (iaculi? cf. Große, Röm. Militärgesch. p. 334 sq.) plumbati: VEG. mil. 1, 17 p. 19, 21 plumbatarum ... exercitatio, quos -os vocant. p. 20, 9 quinos ... -os insertos scutis portare *eqs.* 3, 14 p. 98, 9 verutis vel -is, quas plumbatas nominant, dimicant. *transfertur ad milites -is armatos*: VEG. mil. 1, 17 p. 20, 4 in Illyrico dudum duae legiones fuerunt, quae, ... quod his telis scienter utebantur et fortiter, -i vocabantur. p. 20, 7 hos -os Iovianos atque Herculianos ... appellandos.

mattula, -ae *f.* *a* matta *demin.* [*falsa l. v. pro* mamphula: HIER. epist. 108, 27, 2 (*v. p. 250, 6*).]

i. q. matta: VITAE patr. 3, 29 p. 757ᴬ·ᴮ (*cf.* 5, 15, 86; *Nau 1912 p. 209 n. 328* ψιάθιον). 3, 195 p. 802ᴰ -am (*Cot. p. 543* ψιάθιον) in uno angulo ... collocarunt (*cf. 6, 3, 2 p. 1005*ᶜ mattam). 7, 2, 2 -am (*Cot. p. 652* μαλάκιον) manu faciens (*cf. 3, 72* mattam). *Bachmann.*

mat(t)us, -a, -um. [*ex* *mad(i)dus (*vix* *mad(i)tus) *ortum videtur, v. Specht, KZ 55, 1928, 12; cf. et Heraeus, Kl. Schr. 63. J. B. H.*]

i. q. madefactus, potus, ebrius? (GLOSS. Scal. V 604, 41 -tum est: humectum est, emollitum, infectum): PETRON. 41, 12 staminatas (*sc. potiones?*) duxi et plane -tus sum. vinus mihi in cerebrum abiit. *inde i. q. ebrietate mente confusus, stultus?*: GLOSS. V 568, 58 fatuus: stultus, sine sensu[m], vacuus, follis, -ttus. [*dub.*: GLOSS.ᴸ III Abstr. MA 45 -tus (*vel* -ttus; *pro* maestus?) tristis. ANTH. 487ᵃ (= CARM. poet. min. III 36), 20 erubuit totaque -ta (*'i. q. stupefacta' Riese*; compta, nata, mota [*quod praefert Heraeus l. c.*] *vv. ll.*; muta *Bährens*) fuit.] *R.*

matula (matt-: *p. 492, 1*, matla: *l. 73. 74*), -ae *f.* [*orig. inc. J. B. H.*] GLOSS. σταμνίον. ἀρύταινα matla. GLOSS.ᴸ II Philox. MA 136 -a (matulata *cod.*) ἀρύταινα. matla (*cf. l. 73*): PAPYR. Preisigke Sammelb. gr. Urk. 1160 μάτλαν. [*sic.* matara. *M.-L.*] *de re cf. Blümner, Röm. Privataltert. p. 147.*

a *i. q. vas aquarium*: PLAVT. Amph. frg. 5 ne tu postules -am unam tibi †aquam infundi in caput. VARRO ling. 5, 119 *v. p. 435, 18.* frg. Non. p. 544, 7 *vasa* ex aere ut urnulas, aquales, -as, creteras. VLP. dig. 34, 2, 25, 10 continentur eo (*mundo muliebri*) specula, -ae, unguenta, vasa unguentaria *eqs.* *pro convicio de homine insipienti* (*an ad b?*): PLAVT. Persa 533 numquam ego te tam esse -am credidi. **b** *speciatim* (PAVL. FEST. p. 125 -a vas urinae): PLAVT. Most. 386 ego vos pro -a habebo, nisi mihi -am datis. HIER. epist. 52, 6, 4 audio ... quorundam turpe servitium: apponunt -am (mattmell., mat-, mapp- *al.*), obsident lectum. 117, 8, 2 assidere lectulo, obstetrices adhibere languenti, portare -am. 123, 8, 2 est et crater ad bibendum, est et -a ad secretiora naturae. *proverbialiter* (*v. Otto, Sprichw. 215*): VARRO Men. 111 ᵗⁱᵗ· est modus -ae, περὶ μέθης.

deriv.: matella, matellio. *Bachmann.*

[**mātur** *forma nominativi ficta pro* maturus *v. p. 497, 78.*]

mātūrāsco (-āvī *v. p. 496, 49 sqq.*), -ere. *a* maturus. *i. q. maturescere*: AVG. serm. 223, 2 *v. vol. VI 2175, 19.* [*lectio det. pro* maturescant: THEOD. PRISC. log. 91 p. 191, 16.]

mātūrātē *v. p. 497, 57.*

mātūrātio, -ōnis *f.* *a* maturare. *i. q. festinatio*: RHET. Her. 3, 2, 3 dolus consumitur in ... dissimulatione, -e, men⟨ti⟩tione.

mātūrātō *v. p. 497, 60.*

mātūrātor, -ōris. *a* maturare. *is qui festinat*: CONSTANTIVS vita Germ. 10 p. 258, 13 incolas invitat, hortatur, ipse operis -r adsistens.

mātūrē *v. p. 502, 79.*

mātūrefacio, -ere. *a* maturus *et* facere. *i. q. mitigare*: NON. p. 82, 8 commalaxare est exercere ac -ere (*cf. q. seq.*). [*ex coni. dub. Rosei loco, qui videtur esse corruptus* PS. GARG. MART. p. 212, 5.]

[**mātūreo,** -uī, -ēre. *a* maturus. *verbum falso fictum ab* EVTYCH. gramm. V 486, 26 duro duras et dureo dures, maturo maturas et -eo, -es, ex quibus induruit et -uit perfecta veniunt. *cf. p. 495, 39.*]

***mātūrēsco,** -ruī, -ere. *a* maturus. -ris-: CHIRON 968 VVLG. gen. 40, 10 *cod. O.* ORIBAS. syn. 1, 26 La p. 832, 33. NOT. Tir. 79, 53. *inde a* VARRONE, CIC., CAES. [*foroiul.* madreschi, *port.* amadurecer. *M.-L.*]

A *intrans.* *i. q. ad statum perfectum opportunumque pervenire* (*c. dat.: infra l. 64. c.* ad: *p. 493, 5. 8. c.* in *c. acc.: l. 49 et 63*): **1** *de eis, quae crescendo perfectionem assequuntur*: **a** *de frugibus, pomis, herbis sim.*: *α de frugibus, pomis* (*cf. p. 495, 44. 496, 50*): CAES. Gall. 6, 29, 4 cum -ere frumenta inciperent (civ. 3, 49, 1 COLVM. 3, 21, 9 [*cf. adn. crit.*]. 11, 3, 58 cum -ere coeperit *cepae semen* coloremque nigrum habere. PLIN. nat. 12, 105. 18, 125. 151 PS. MVSA herb. Vett. l. 31. *cf. et l. 77*). PAVL. FEST. p. 65 sero. COLVM. 2, 4, 1. 2, 9, 15 *hordeum*, ubi paulum -uerit. 2, 11, 6. 3, 2, 23 *uvae* cito -unt. 4, 27, 5. 4, 28, 2. 12, 38, 7 cum iam -uit *myrti baca*. arb. 11. 12, 1. SCRIB. LARG. 41 *mala granata* acida sunt nec umquam -unt. PLIN. nat. 12, 15. 13, 33 *dactylorum* caro -it anno (15, 98. *cf.* 13, 47 triennio). 13, 54 *al.* 14, 26 *uva Allobrogica* gelu -ens (15, 58). 15, 64 *mala* nisi -uerint (maturaverint *trad.; cf. p. 496, 50*) *eqs.* 15, 82 sucus -entibus *ficis* lactis, percoctis mellis. 16, 29 (*de nucleis in quercuum foliis nascentibus. loco mutilo; cf. adn. crit. et Theophr. hist. 3, 7, 6*). 16, 102 tarde. 17, 11 celerius. 17, 254 serius. 18, 70 quadragesimo die, e quo satum est, -it. 18, 91 siligo numquam -it pariter. *ibid.* iis, quae -uere, protinus granum dimittentibus. 18, 147 *medica* in semen -ere prohibenda est. 19, 149 (*cf. Cato agr. 161, 3* maturum fit). 23, 118 quae non -uere fici. *saepe.* MART. 11, 8, 3 *poma* hiberna -entia capsa. EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 918ᴮ *fruges* sole decoctae -unt (*gr.* πέπτεται). *metaph.*: VINCENT. LER. 23, 30 *quodcumque* fide patrum satum est, ... hoc idem floreat et -at. *β de herbis, foliis*: OV. met. 11, 191 ut primum *harundinum lucus* pleno -uit anno. COLVM. 6, 3, 6 cum -uerit *frons* vel imbribus vel assiduis roribus. PLIN. nat. 19, 112 *alium* -it LX diebus. VVLG. Is. 37, 27 herba tectorum, quae exaruit, antequam -ret. PS. APVL. herb. app. 114 l. 15.

b *de fetu*: VARRO rust. 3, 9, 8 ova ... -unt *incubando* (*aliter*: PLIN. nat. 10, 147 -unt in utero). CIC. nat. deor. 2, 69 *partus* -unt ... novem lunae cursibus (MIN. FEL. 18, 2). CENS. 8, 11 uterus. 11, 5. *adde*: LACT. inst. 2, 11, 1 cum -uissent (-assent *R*) *folliculi* e terra prolati (*cf. q. praecedunt et Lucr. 5, 809*). *metaph.*: SEN. epist. 102, 23 in alium -imus partum.

c *de hominibus pubescentibus* (*c. dat.; cf. p. 493, 8*): OV. met. 14, 335 *nympha* ubi nubilibus primum -uit annis. APVL. met. 8, 2 cum primum Charite nubendo -uisset.

2 *de eis, quae alio quoquo modo ad statum perfectum opportunumque perveniunt*: **a** *de corporeis*: *α speciatim, pertinet ad morbos vel partes morbidas*: CELS. 2, 6, 11 antequam spatio -at (*urina an morbus? cf. Hippocr. progn. 12* ἔστ' ἂν πεπανθῇ ἡ νοῦσος *plerique codd.;* τὸ οὖρον *V; cf. p. 496, 55*). 3, 27, 4 ut -at *suppuratio* (*item de ulceribus*: 5, 28, 7. 8 *furunculus* -it ... per se. 5, 28, 10 *al.* COLVM. 6, 12, 4 PLIN. nat. 22, 103. 143 [*v. p. 500, 51*]. PELAGON. 64 CHIRON 87 *collectio* [*cf. p. 496, 4*]. ORIBAS. syn. 1, 26 La [πεπαινομένοις. *cf. p. 496, 8*]). HIPPOCR. progn. 12 p. 128 K. quousque -at aegritudo, hoc est solvantur aegri (*gr.* ἔστ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος). *β generatim*: PLIN. nat. 11, 28 cum mella coeperint -ere (*cf. supra l. 34*). 14, 130 -ente (*sc. effervescente*) iam vino. THEOD. PRISC. eup. faen. 79 p. 85, 9 *cicer* coques, ut molliat et -at ([*cf. Junel, In Cass. Fel. studia p. 143*]. *item de cibis coquendo mollitis*: log. 91 p. 191, 16 penitus [*cf. adn. crit.*]. CASS. FEL. 76 p. 186, 5 leviter).

b *de variis rebus incorporeis*: CIC. Att. 10, 15, 2 (*de coniuratione*) Caelianum illud -it. LIV. 3, 12, 7 senescentibus vitiis, -ente virtute (PLIN. epist. 5, 21, 4). SEN. dial. 6, 23, 3. QVINT. inst. praef. 1

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

libros meos nondum ... satis -uisse. 10, 90 nec ipsum *Bassi ingenium* senectute -uit. MIN. FEL. 38, 7 *veritas* -uit. TERT. pudic. 10 p. 240, 27 (*ad Matth. 3, 8*) quid enim ex paenitentia -uit, quam emendationis effectus? IREN. 4, 9, 3 *ut possit* -ere perfectum salutis (*cf. adn. St.*). SOL. 19, 11 cum -uit ad fugam robur *fetus cervae*. OP. imperf. in Matth. 48 p. 901[a. m.] *haereses* -uerunt.

c *de hominibus* (*cf. p. 492, 64*): PS. RVFIN. in Am. 8, 1 quasi -uisse ad suscipiendam eam *ultionem* populos.

B *transitive i. q. maturare*: CHIRON 968 biduo ... -e lexivam. DIOSC. 5, 33 *aqua maritima* apostemata adducit et -it (*5, 11, 2 διαφορεῖ*). *fortasse huc pertinet*: VVLG. gen. 40, 10 videbam ... vitem crescere paulatim gemmas (in g. Ω[S], *edd. vett.*) et post flores uvas -ere (הִבְשִׁילוּ *i. 'maturaverunt'. an uvas subi. quasi per anacoluthon? cf. p. 492, 39*).

compos.: com-, e-, im-?, permaturesco.

×mātūritās, -ātis *f.* *a* maturus. *plur.*: CIC. nat. deor. 1, 100. 2, 119. 155 VITR. 10, 1, 4 ITIN. Alex. 2 PALLAD. 3, 9, 12. GLOSS. *v. infra l. 71.* *inde a* VARRONE, CIC., CAES. [*francog. vet.* meurté. *M.-L.*] [*dub.*: ITALA psalm. 118, 147 (Sangerm., Hil. *et* Ambr. *in l.*) *et* VVLG. praeveni ⌊in -e⌋ (ἐν ἀωρίᾳ [בַנֶּשֶׁף, *ad quam lect. cf. Kautzsch*]; *Hoberg interpretatur* 'matutino tempore' [*cf. p. 502, 76. 504, 36*]; 'inmaturitate' *legendum putat Zingerle* [*vol. VII 1, 444, 20*]).]

A *de statu, i. q. status perfectus et opportunus* (-s ad: *l. 67. 74. c. gen. gerund.: p. 495, 3. cf. p. 495, 13*): 1 *de -e eorum, quae crescendo ad perfectionem (vel senescendo ad consummationem) perveniunt*: a *fructuum, herbarum sim.*: VARRO rust. 1, 68 *sorbum* domi -em assequi vult (CIC. nat. deor. 2, 50). CIC. rep. 4, 1 aestiva (afistula *trad.*) -e *frumenta mitigare*. Tusc. 1, 68 frugum (SEN. benef. 4, 23, 1). CAES. civ. 1, 48, 5 neque multum a -e aberant *frumenta*. 3, 49, 6 frumentorum. LIV. 28, 5, 15 *segetes* iam prope -em erant. VITR. 2, 9, 2 -e fructuum flaccescente fronde (10, 1, 4). PAVL. FEST. p. 45 ut fruges flavescentes ad -em perducerentur (COLVM. 2, 10, 11 arb. 2, 1. 3, 2. 8, 5. *cf.* SEN. nat. 5, 18, 13 adducit). SEN. contr. 2, 5, 8 improvisa segetum -s, aliubi sera (COLVM. 3, 6, 3 serae -is fructum. arb. 21, 1 PALLAD. 3, 9, 12). SEN. epist. 39, 4 ad -em non pervenit nimia fecunditas (COLVM. 3, 21, 5. 4, 22, 4 *al.* PLIN. nat. 13, 33. AVG. civ. 21, 5 p. 496, 10 D. ad -is faciem). 124, 11 *frumentum* -s coxit. CVRT. 6, 3, 7. COLVM. 2, 11, 10 *frumentum diebus quadraginta* post florem ad -em devenit. 3, 1, 7. 3, 21, 5. 6. 9 quae nondum -em ceperunt (*Schn.*; caeperunt *A*; coeperunt *S*) uvae (4, 24, 12 -em capere [*Schn.*; facere *trad.*]. 5, 5, 14. *cf. l. 54*). 4, 24, 3 ante -em (PLIN. nat. 13, 105 *al.* 15, 62 a. perfectam -em). 11, 2, 67. 68. 69 naturalem ... -em (IAVOL. dig. 33, 2, 42). *ibid.* naturae -s. PLIN. nat. 12, 26 *siliquae* dehiscentes -e. 12, 29 tosta illa -s piperis. 12, 38. 15, 5 *oliva* cruda atque nondum inchoatae -is. 15, 6 u⟨trum⟩ -s illa torcularibus fiat an ramis. 15, 10. 14. 79. 16, 101. 107 *fructum* ad -em venturum (VVLG. IV reg. 19, 26). 16, 110 ad -em perferre *semen* (PORPH. Hor. carm. 3, 1, 30). 18, 80 non excocta -e. 19, 67 -em adepti. 19, 97 signum -is *bulbi* est folia inarescentia. 19, 130 *al.* APVL. mund. 29. GARG. MART. pom. 4, 2 nucis iusta -s (*cf. l. 53*). PRVD. apoth. praef. 1, 52 dum vitiosa et farrea fervens coquat -s. DIOSC. 1, 133 cui -s rufum facit colorem (*gr. 1, 122 πεπανθέντα*). *et al.* *nota de surculi statu opportuno*: COLVM. 4, 23, 1 *cum vitis* sarmenta iustam (*cf. l. 50*) -em ceperint (*Schn.*; coeperint *trad. cf. l. 40*). *meton. de fructu maturo*: PALLAD. 3, 9, 12 si legatur -s cum acerbitate. *metaph.*: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 171, 18 -is eis (*christianis quasi uvis*) *deus* dulcedinem praebet. *proverbialiter sensu dilatato* (*cf.* SEN. *l. 35* CIC. *p. 494, 76*): SEN. dial. 6, 23, 5 indicium imminentis exitii nimia -s est. QVINT. inst. 6 pr. 10 celerius occidere festinatam -em.

b *de fetus statu perfecto*: VITR. 2, 9, 1 quo firmior efficitur ad -em partūs *fetus* (CENS. 8, 7). PLIN. nat. 32, 6 *partus* continere ad -em adalligatum *echenaidem piscem*. CENS. 7, 3 SOL. 1, 64 AVG. civ. 14, 26 p. 54, 13 D. MACR. Sat. 5, 19, 18 ubi venit tempus -is infantum.

maximopere *v. s.* magnopere.

māza, -ae *f.*, μᾶζα. *i. q. polenta, farina hordeacea*: GRATT. 307 lacte[m] novam pubem facilique tuebere -a. ORIBAS. syn. 4, 22 Aa p. 24, 5 -a de alfitis facta inflationem facit. *cf.* 1. massa.

? **mazac(h)ara**, -ae *f.* *orig. inc.* ALEX. TRALL. 2, 73 de quadrupedibus ... offerendi sunt pulmones et intestina vel ex eis cordulae factae aut -ae (nazacare *ed.*); sic enim eas vocant, qui vendunt eas (*inde* PLIN. VAL. 5, 25, *ubi leg.* mazachara).

māzonomum, -ī *n.*, μαζονόμον. *i. q. vas cibarium, lanx* (*cf. Schroff, RE XV 6*): VARRO rust. 3, 4, 3 ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cenitaret et alios videret in -o positos coctos, alios volitare circum fenestras captos. HOR. sat. 2, 8, 86 -o pueri magno discerpta ferentes membra gruis (PORPH. genus lancis est nunc. *sim.* SCHOL.). NEMES. auc. 17 nutantem sub iniquo pondere ... -i puerum.

XII signa ... quae Graeci **mazoron** (*PA*, mazaron *N*) vocant VIRG. gramm. epit. 4 p. 22, 12. *depravatum ex* mazuroth.

mazuroth (mazaroth), *indecl.*, מַזָּרוֹת (*cf. Preisendanz, RE XV 7*). *de notione (fere ad Iob 38, 32)*: HIER. epist. 64, 18, 6 [R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-h hoc est zodiacum circulum. nom. hebr. p. 46, 16 mazaroth ζῳδίοις, quae duodecim signa mathematici adserunt (EVCHER. instr. 2 p. 146, 19 VEREC. in cant. 9, 39. 40 [*v. Onom. s. v.* Mazor]. GLOSS.[L] V Abba MA 76 [*scrib.* maiurohd]). p. 59, 26 -h ζῴδιον id est signa horoscopi. AVG. in Iob p. 610, 28 sqq. (*fusius*). GLOSS.[L] III Abol. MA 11 -ohd quod latine dicitur Lucifer.

ITALA Iob 38, 32 (Aug. in Iob p. 610, 20 *et* Hier. interpr. Iob) an aperies -h (μαζουρώθ. *Vulg.* Luciferum) in tempore suo ...? HIER. adv. Iovin. 2, 23 p. 320[A] 'erit et resurrectio mortuorum'..., ut alius Lucifer sit, alius arcturus, alius Orion, alius -h.

1. mē *syll. onomatopoetica* (*in balatu ovium*): VARRO rust. 2, 1, 7 (*v. vol. II 1708, 81*).

2. mē- (*acc. sg. pron.; cf. J. B. Hofmann, Umgangsspr. 30*) *in vv.* mecastor, mediusfidius, mehercule(s) (mehercle) *v. in Onom. s. vv.* Castor (*vol. II 243, 53*), Fidius, Hercules. *falso explicat*: DON. Ter. Hec. 83 me ... aut adiectio est et abundat aut positum est pro μά syllaba, ut Graeci μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt. *R.*

meābilis, -e. *a* meare. NOT. Tir. 80, 43.

1 *active* (*cf. Leumann, Adj. auf -lis p. 117 sqq.*), *fere i. q. means*: PLIN. nat. 2, 10 aëra per cuncta rerum -em totoque consertum. CASSIOD. in psalm. 82, 14 ut levitas peccantium quasi vento -i transferatur. VIRG. gramm. epist. 3 p. 151, 4 limo solubili, lympha -i *eqs.* 2 *passive* (*cf. Leumann l. c. p. 104 sqq.*), *i. q. ubi* (*quo: l. 27*) *meari potest*: PLIN. nat. 3, 53 Tiberis ... ne sic quidem, praeterquam trabibus verius quam ratibus, longe -is fertur. 6, 2 ad Bosporos duos vel bubus -i transitu, unde nomen ambobus (*cf. p. 512, 9*). AMM. 18, 8, 11 civitatem ... ascensu perangusto -em. OROS. hist. 2, 6, 6 *Euphraten* derivavit ac sic -bus vadis siccum ... iter fecit. IORD. Get. 55 Caspias portas ... vix ... plaustro -is (measibilis *var. l.*). *nota de cibis*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 366[C] *ut* cibus in omnia membra diffundatur nulla intentionis obice -em praecludente transgressum (*cf. Migne gr. 44 p. 165[C]* τῇ διόδῳ).

meacanthus, -ī *v. s. v.* myacanthus.

meāculum, -ī *n.* *a* meare. *i. q. via, qua quid meat, fere i. q. meatus*: APVL. met. 1, 4 mollitie cibi glutinosi faucibus inhaerentis et -a (*Cornelissen*; mea gula *trad.*) spiritus distinentis. VINDIC. epist. ad Valent. 9 -a exusta venarum. MART. CAP. 8, 813 superi caelestesque, qui vestra recensebitis -a (*sc. in caelo circuitus*).

meālis, -e. *a* meus. VIRG. gramm. epit. 6 p. 48, 21 derivata sunt ut -is, tualis, ... alteralis.

meāpte *v. s.* meus.

ᴴmeātim *adv.* [*a* meus *sec.* privatim, *cf.* tu-, nostratim; *v. Stolz-Leumann⁵ 300. J. B. H.*] *de prosodia*: PRISC. gramm. III 528, 25 *adverbia, quae 'm' terminantur*, producuntur *in paenultima*, ut -m. *de originatione et usu*: PROB. inst. gramm. IV 152, 34 *ex pronominibus* Varro adverbia ... fieri demonstravit. ... meus -m, et significat more meo (SERV. gramm. IV 438, 16. *et al.* GLOSS.[L] Corp. M 140). DON. gramm. IV 385, 15. CHAR. gramm. 240, 13 B. nonnullis grammaticis placet ... adverbia figurari ... a pronomine me -m, te tuatim *eqs.* (*cf. ibid. l. 29* tantum in grammaticorum commentariis advertimus, in consuetudine non videmus *eqs.*). DIOM. gramm. I 403, 29. POMP. gramm. V 243, 8 quid est '-m fecisti?' id est meo more (PRISC. gramm. II 594, 2 '-m facis' et 'facitis'). VIRG. gramm. epist. 4 p. 160, 3. *et al. apud gramm., v. Neue-Wagener II³ 556.*

meātio, -ōnis *f.* *a* meare. *i. q. meatus*: CAEL. AVR. acut. 2, 18, 105 utrum ... fluor ventris perseverat vel eius -o mordicationem quandam facit podici.

meātor, -ōris *m.* *a* meare. [*falso scrib. edd. ante Krohn pro* metitoribus FRONTIN. aq. 79.] *is qui meat*: *de Mercurio volante*: CE 1528 B 1 (*s. I vel II*) interpres divom, caeli terraeque -r. *i. q. viator*: CE 213, 6 (*s. II*) dole, -r, quisquis hoc legis carmen. 1950, 1 (*s. III ex.*) ego, Antoninus, ⟨umb⟩ra ... 'have' tibi dic⟨o⟩, -r.

ᴴmeātus, -ūs *m.* *a* meare. *de origine*: PAVL. FEST. p. 125 a meando. *de formis*: *abl.* -o: VICT. VIT. 3, 50 *var. l.* *acc. pl.* -os: PS. SORAN. epit. 76 SEDVL. carm. pasch. 2, 135 *var. l.* ORIBAS. syn. 1, 5 *et* 1, 19 (Aa) *al.* PASS. Matth. 9 p. 224, 16. NOT. Tir. 51, 53ᵃ *post* comiatus (*i.* commeatus). GLOSS. *v. l. 78. p. 512, 42. 513, 45. 72. 514, 27.* *apud poetas inde a* LVCR., VERG. (*semel*), MANIL., *in prosa oratione inde a* SEN. phil. (*semel*), *fere apud scriptores altioris stili.* [*dub.*: *locis obscuris vel corruptis*: PETRON. 5 v. 18 APVL. mund. 16 EXPLAN. in Don. gramm. IV 529, 27. *loco mutilo*: CE 1531 A 3. *lectio det.*: SYMPH. 166 (*pro* metallo). *e coni. vix probanda*: CIL VIII 26671 (*cf. Heraeus, PhW. 50, 1930, 1552 sq.* [*Kl. Schr. 189*]).]

I *de actione meandi, i. q. motus rectus, processus*: **A** *animantium* (*c. gen. obi.: l. 83, c. gen. gerund.: p. 512, 24*): **1** *sensu latiore i. q. processus quocumque corporis motu factus* (*sensu laxato fere i. q. motus quilibet: p. 512, 3*): **a** *hominum, fere i. q. iter* (*cf. p. 514, 22. 515, 14. de incessu: l. 80.* GLOSS. πορεία, φοίτησις, ὁδός): PLIN. nat. 3, 16 aliunde aliis exordium mensurae est et alia *mensura* -us (*antea*: mutato ... modo itinerum auctisque aut deminutis passibus). APVL. met. 4, 29 *multi mortalium* longis itineribus atque altissimis maris -bus confluebant (*cf. adn. crit.*). ARNOB. nat. 2, 42 ut viarum aliae *animae* infestarent -us. CLAVD. 15, 223 secuere -us diversos: Italas senior tendebat in oras *eqs.*

PAVL. NOL. carm. 19, 352 (*de reliquiarum vectione*) *per omnes vias*, qua corpora sancta impressere sacro vestigia viva -u. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 195 augetur ... solutio -u quolibet (*syn.* motu; *opp.* immobilitas). *metaph.*: OPT. PORF. carm. 6, 5 nunc eadem verso relegens ... -u. **b** *animalium*: PLIN. nat. 2, 67 *sol fertur* flexuoso (*cf. p. 513, 62. 65. 514, 30*) draconum -u. 8, 4 *elephanti* inconditos -us (motus *var. l.*) edidere saltantium modo. 10, 111 aves solae vario -u feruntur ...; ambulant ..., saliunt ..., currunt ..., volant *eqs.* SOL. 23, 16 a bovis transitu vel angustiis etiam -bus boum perviis Bosphoros *nomen habet* (*de natando? cf. l. 21 et p. 511, 26*).

2 *sensibus strictioribus*: **a** *de volatu*: MANIL. 5, 371 medios inter volucrem prensare -us. PETRON. 122 v. 178 ales ... pepulit ... -bus auras. PLIN. nat. 6, 83. SIL. 12, 102 nubivago ... -u *Daedali*. STAT. Theb. 3, 504. TAC. hist. 1, 62, 3 leni (AMM. 21, 1, 9 turbido -u vel l.). ann. 6, 28, 5 *avis Phoenix ubi* par -ui sit (*syn.* iter). SOL. 10, 13 (*syn.* volatus). SYMPH. 211 (*de sagitta*) volucri contendo -u. CLAVD. carm. min. 27, 78. *et al.* *metaph.*: *de cursu veloci*: MANIL. 5, 160 quo sidere natis vix alas natura negat volucrisque -us. *de saltu*: SOL. 30, 27 *Aethiopici lupi* in saliendo ita nisus habent alitis, ut non magis proficiant cursu quam -u. **b** *de natatione*: *bestiarum* (*cf. l. 9*): PLIN. nat. 9, 95 locustae reptantium modo fluitant ... recto (*cf. l. 30. p. 514, 29. 40*) -u. 11, 264 *caudae* piscium -us gubernaculi modo regunt. MAR. VICTORIN. gramm. VI 158, 26 natandi -u. AVSON. Mos. 140 cum tranquillos moliris, *silure*, ... -us. *hominum*: AMM. 16, 12, 57 undarum ... moles obliquatis -bus declinantes. 25, 8, 2. 30, 1, 9.

B *rerum*: **1** *generatim*: LVCR. 2, 957 in ... suos quicquid *corpusculum* rursus revocare -us. 5, 193 in talis venere -us *primordia* (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 1, 2 p. 869[C] atomos ... et -us continere naturam visibilium). PLIN. nat. 16, 184 *per lignum* penetrante rectis (*cf. l. 22. p. 514, 29. 40*) -bus sono. CENS. 12, 3 in navis -u (*Pontanus*; metu *codd.*) a rectore symphonia adhibetur. AVIEN. Arat. 1020 haut dea Pallas ... compingat parili sic lubrica plaustra -u (metatu *var. l.*), *sc. quam quo circuli caelestes nexi meant* (*cf. l. 41*). PAVL. NOL. carm. 22, 7 intrabit ... *in te* sacer tacito per operta -u spiritus. 23, 285 quae ... manus ... potuit ... medio palpebrae oculique subactum inter utramque viam fragili per utrumque -u inlaeso penetrans oculo suspendere ferrum ...? CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 173, 17 (*de luce*) rapidis linearum -bus ([*syn.* radios]. *cf.* GREG. M. moral. 29, 43 quibus ea -bus illustro).

2 *speciatim*: **a** *stellarum, caeli, mundi sim., fere i. q. circuitus, cursus* (GLOSS.[L] I Ansil. ME 20 -us caeli: cursus caeli. 21 -us: circumitus mathematicos cae⟨li⟩): LVCR. 1, 128 solis lunaeque -us qua fiant ratione (*item lunae*: 5, 76 [*syn.* cursus. *item* 5, 774]. LVCAN. 9, 693 [*cf. Housman ad l.*]. *solis* [*cf. etiam l. 5*]: COLVM. 3, 6, 4 [*syn.* cursus]. PLIN. nat. 2, 35 [*syn.* itineri]. SOL. 1, 39. *et al.* *cf.* STAT. silv. 2, 7, 25 Hyperionis. AVSON. 333, 16 p. 27 P. Phoebi. *et sim. al. cf. et l. 62*). 2, 208 in quascumque dedit partis natura -um *cometis*. VERG. Aen. 6, 849 *alii* caeli ... -us describent (PAVL. NOL. carm. 22, 129. *et al. cf.* MANIL. 3, 360 *caelum* laterum ... -u turbinis in morem currit. APVL. Plat. 1, 11 *globus caelestis* inenarrabili -u censetur). MANIL. 2, 143 sacros ... -us *astrorum*. SEN. Oed. 741 post Luciferi ... -us. dial. 6, 25, 2 siderum (PLIN. nat. 2, 32 errantium siderum -us ... contrarium mundo agere cursum. LACT. inst. 3, 5, 2. *et al.*). PLIN. nat. 2, 36. 79. APVL. met. 11, 25 stellarum (flor. 18 p. 90). SOCR. 2 p. 120 ordinatissimos. NOVATIAN. trin. 1 p. 886[B] legitimis. 8 p. 900[B] LACT. inst. 2, 11, 4. *et al.* BOETH. cons. 4 carm. 6, 9 flectit rapidos ursa -us. *metaph. latente notione circuitus pertinet ad temporis spatia*: IVVENC. 4, 671 (*ad Matth. 27, 40*) qui trino lucis *templum* reparare *potuit* -u. HIL. in Matth. 14, 12 mundi opes annuo quodam -u indefessoque defluere. CLAVD. 3, 5 praescriptos ... annis -us. 7, 9 Phoebi ... novos ordire -us. SEDVL. carm. pasch. 2, 135 aevi ... -us *tulit Iesus*.

b *aëris*: α *ventorum*: LVCR. 6, 301 ut ... venti vis ... igniscat ... in spatio longoque -u (*syn.* in cursu, volando). LVCAN. 9, 453. CLAVD. rapt. Pros. 1, 174 offenso. 2, 73 lascivo. MAR. VICTOR aleth. 1, 245 leni. β *-us spiritus animantium*: LVCAN. 4, 327 aëris alternos angustat pulmo -us (CE 254, 11). 5, 191 anhelo. QVINT. inst. 7, 10, 10 spiritūs. PS. QVINT. decl. 8, 17 p. 161, 17. TAC. ann. 14, 51, 1 impedito -u spiritum finiebat. PLIN. epist. 6, 16, 13 -us animae, qui illi ... gravior et sonantior erat, audiebatur. GELL. 17, 11, 4 vocis (MAR. VICTORIN. gramm. VI 33, 17 ACT. Archel. 2, 7). TER. MAVR. 97. *adde*: AVIEN. Arat. 12 *tener aer* discurrente -u ... implevit *venas amore*. *metaph.*: MANIL. 1, 250 *mundum* vis animae divina regit, sacroque -u conspirat deus (*cf. Wageningen ad l.*). HEGES. 4, 27 p. 284, 17 *portus* in faucibus angustior, qua -um maris ac navium suscipit, quibus quaedam spirandi subsidia portui subministrantur (*cf. l. 79. p. 511, 82*).

c *liquorum*: α *maris, fere i. q. fluctus, aestus*: MELA 3, 2 an luna causas tantis -bus praebeat (*sim. de alterno aestu*: LVCAN. 1, 418. PLIN. nat. 16, 2 vasto. STAT. Theb. 7, 333 refluum [EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 934[A]]. SOL. 23, 22. AVSON. 298, 12 p. 153 P. aequoreos. VEG. mil. 4, 42 p. 161, 7 reciprocantis -us ambiguitas). PLIN. nat. 3, 5 oceanus ... avido -u terras ... demergens. MART. CAP.

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 652 maria utrimque collidunt ac *Isthmi* latera -us arradunt.
β fluviorum, rivorum, fere i. q. fluctus, fluentum (l. 17): PLIN. nat. 3, 118 CCC (*dat.*) p. a fonte *Padus* addens -u *tot.* ITIN. Alex. 12 Cydnum amnem ... nimium agmine, festinum -u. PANEG. 2, 34, 4 cunctantes -us. HIL. in psalm. 57, 4. AVIEN. orb. terr. 2 praecipiti volvuntur prona -u flumina. AVSON. Mos. 29 trepido. 35 rapidos. 44 legitimos ... segnius ire -us. 63 lĕvi. 352. 472 placidos. SYMM. epist. 9, 83, 1 turbidos (*syn.* agmen). AMM. 23, 6, 65 lentiore. SCHOL. Hor. epod. 16, 48 sonante -u. epist. 1, 3, 3 tardior ... -u (CLAVD. 28, 196). HYMN. Ambros. I 5, 28 iuges -us fontium. PRVD. perist. 7, 70. *et al.* EVSTATH. Bas. hex. 4, 2 p. 904^A priusquam -um caperet *aqua*. CIL X 7017 *nymfei* aqua ... ⟨antiq⟩uo (*an* ⟨perpet⟩ uo*?*) -u. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 533 (*ad* CIL VIII 26568) canali qui ... aquae -bus non serviebat. *metaph.*: PROSP. carm. de ingrat. 96 *verba*, quae de cataractis aeterni fontis fluxere undante -u. VICT. VIT. 1, 11 ipso -u (*Petschenig*; metu *trad.*) siccatum (*cf. l. 39*) est flumen *eloquentiae*.
pertinet ad quantitatem, fere i. q. fluentum: PANEG. 6, 13, 2 *Rhenus* immani -u ferox. FIRM. err. 2, 5 p. 6, 3 decoctis venarum (*i. rivorum*) -bus. CHALC. transl. p. 22^D *Nilus* -u inriguo ... arcet exitium. DAMAS. epigr. 4 tenero. AVSON. 298, 26 p. 153 P. flumina consumpto cum defecere -u. Mos. 354 AMM. 17, 13, 15. 22, 15, 7 AMBR. spir. 1, 16, 158 HEGES. 3, 6, 3 p. 196, 24. 5, 16 p. 331,19 largiores (ENNOD. epist. 3, 12, 1 [*metaph.*]). PAVL. NOL. carm. 21, 781. COD. Theod. 15, 2, 6 ut privatis indulti -us mensura famuletur. *et al.* INSCR. RM XI p. 256 intercepto aquae -u. *metaph.*: AMBR. spir. 1, 16, 158 *spiritus sanctus videtur* effluere pleno ... virtutum ... fervens -u. 1, 16, 159 *unum* flumen, sed multi spiritalium donorum -us. VICTRIC. 23 puri liquoris -us (*sc. veritatem*). MACR. somn. 2, 16, 25 (*syn.* motus animae). PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369^B fides ... latissimos dat -us. *γ -us cuiuscumque liquoris*: PLIN. nat. 22, 117 *naturae opera* perfecta gignuntur paucis ... rebus adsumptis, ut suco aliquo sicca temperentur ad -us (*i. ut soluta atque liquefacta prorsus moveantur*) aut corpore alio umentia ad nexus. CHALC. transl. p. 44^B postquam incrementi nutricationisque tenui iam rivo -us effluet (ῥεῦμα). AMBR. Noe 6, 14 p. 423, 18 *cordis uterus* rigatūs ... deducit in arterias iugi -u (*item de sanguine*: RVFIN. Bas. hom. 2, 8 p. 1744^B sanguinis per venas -us. VINDIC. med. 1). EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894^B arbitramur in aliqua firmissima natura -um aquarum lubricationemque consistere. VICT. VIT. 3, 50 in ipso -u exitus sui ... lacrimae siccaverunt (*cf. l. 15. an localiter? cf. p. 515, 8*).
fere i. q. humor: MACR. Sat. 7, 16, 27 distendere rimas corporis et -bus viam dare. VINDIC. epist. ad Valent. 9 -us ... coangustatus cum fervere coeperit *eqs.*

II *metonymice de loco, ubi meatur, vel de re, per quam quid meat* (GLOSS.^L I Ansil. ME 22 -us: locus cuiuscumque rei recurrens [decurrens *var. l.*]): **A** *fere i. q. via, iter, canalis, ductus, porrectio (sc. rerum immotarum, quarum partes imaginatione sequimur [cf. l. 61. 63. p. 514, 21 sqq.]), tractus sim.*: **1** *de stellarum circulis* (*cf. p. 512, 41*): LVCAN. 1, 663 cur signa -us deseruere suos? 9, 6 terras inter lunaeque -us. CHALC. comm. 78 *sol* circuli -um CCCLXV diebus ... obire creditur (*syn.* spatium). MACR. Sat. 1, 17, 58 solis -us licet ab ecliptica linea numquam recedat *eqs.* (*syn.* iter). MART. CAP. 2, 151 infra solis -um. 6, 580 peplo, in quo siderum magnitudines et -us *videbantur*. CASSIOD. in psalm. 148 p. 1047^C *planetas* currere per certissimos -us. *sensu latiore pro astris, caelo*: AVIEN. Arat. 930 quattuor aerios zonae cinxere -us. SIDON. carm. 23, 346 liquidos poli -us rupit plumbea glandium *fundarum* procella. BOETH. cons. 1 carm. 2, 7 *animus* suetus in aetherios ire -us. INSCR. christ. Diehl 1062 adn., 2 ⟨aeri⟩os (?) penetrat vox missa -us (*cf. Vulg. Sirach 35, 21*). *adde de signi forma* (*cf. l. 47*): AVIEN. Arat. 157 *draco*, qua per dimensos dimittitur *stellarum* ordo -ūs, flectitur (*cf. p. 512, 6*).

2 *aquarum*: **a** *maris -us fere i. q. porrectio, fretum sim.* (*cf. l. 47*): PLIN. nat. 4, 75 *mare* angusto -u inrumpit in terras. 5, 3 *adfunditur* aestuarium e mari *flexuoso* -u (SOL. 24, 4. *cf. p. 512, 6. 514, 30*). AVIEN. orb. terr. 161 montibus ab Siculis capit ... -um *moles oceani*. RVT. NAM. 1, 241 (*de portus introitu*) *insula* bifido ... -u faucibus artatis pandit utrumque latus. PRISC. periheg. 5 terrae tractus pontique -us. 139 *mare* petit obliquo boream solemque -u (*cf. Dionys. periheg. 148* κέλευθοι).

b *fluviorum, rivorum -us (cf. etiam l. 2), fere i. q. alveus* (GLOSS. Verg. ed. Hagen A 356 p. 463 alveus: fluminis -us): TAC. Germ. 1, 2 donec *Danuvius* in Ponticum mare sex -bus erumpat. APVL. mund. 5 flumina, fontes et maria, quae -us et lacunas et origines habent in gremio terrarum. ANTH. 332, 11 muscoso. PANEG. 8, 8, 1 *regio*, quam obliquis -bus Scaldus interfluit. AMM. 17, 13, 4. 18, 9, 2 geniculato Tigridis -u. 28, 2, 2 *fluvii* -um ... aliorsum vertere (*cf.* CLAVD. 8, 483 averso [*syn.* actu]). HEGES. 3, 26, 1 p. 234, 10 subterraneis. CLAVD. 18, 14. 26, 336 bifido (*cf.* CYPR. GALL. gen. 56 quadrifidos). carm. min. 26, 55. *et al.* *fere i. q. rima pervia* (*cf. p. 514, 27*): CLAVD. 3, 271 *torrens* quaerens ... -um spumat. rapt. Pros. 2, 184 facto ... -u. *pro regione*: AMM. 16, 1, 5 pacatis ... Rheni -bus. *metaph.*: SYMM. epist. 8, 24 duos -us repleri uno fonte (*syn.* alveo). ENNOD. dict. 12, 2 p. 462, 1 per secretiores -us ... fluenta *studiorum* reducuntur (*syn.* alveos). epist. 2, 19, 14 p. 63, 13 divina gratia ... non suis ... -bus fluere. opusc. 3, 83 p. 352, 4 nec si mihi centum linguarum fluminibus per -us irriguos verba fundantur.

c *de aquarum ductibus fere i. q. canalis*: COLVM. 8, 17, 3 -us fieri ... per imam consepti *piscinae* partem. COD. Theod. 15, 2, 1 (= Iust. 11, 43, 1 pr.) possessores, per quorum fines formarum -us transeunt. 15, 2, 7 (= Iust. 11, 43, 4) *qui* furtivis aquarum -bus abutuntur. 15, 2, 8 -um aquae ... avertere. CIL VIII 18328, 20 (*c. a. 380*) -us fluentorum ... exstructus. COD. Iust. 11, 66, 5, 1 (*a. 383*) ad -us pristinos universum aquae modum ... praecipimus revocari. CIL VI 1793 (*a. 394*) elementum, cuius -um ... vetustas ... consumserat. IX 4051, 1 (*c. a. 400*) -u novo (*cf. ibid. 7, 2* ⟨no⟩vum alve⟨um⟩). SIDON. epist. 2, 2, 4 *aqua* plumbi -bus implicitur. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 73, 6 tubulorum -us. ORIBAS. syn. 4, 41 (La) per -us (διὰ πόρου).

d *fontium (vergit ad notionem rimae terrae; cf. l. 28. p. 513, 80)*: PSALT. Cas. 17, 16 visae sunt -us ... aquarum ([αἱ πηγαί. *Vulg.* fontes]. HEGES. 4, 17 p. 268, 7). PETR. CHRYS. serm. 39 p. 309^B si fons per tenues venarum ... erumpit -us (*cf. l. 49*). *metaph.*: APON. 2 p. 37 ^med. *sapientium* turba, quae ad fontis -um recurrit (*cf. ibid.* ad caput fontis [*sc. Christum*]).

3 *singularia*: *i. q. nubium tractus*: AVIEN. Arat. 1750 nubila nec crassos circumduxere -us. *de hominum via, itinere* (*cf. p. 511, 78*): GAVDENT. serm. 10, 4 Aegyptiis ... eodem -u post illos (*Israelitas*) ... ingressis *in mare Rubrum*. *metaph.*: GREG. M. moral. 4, 57 p. 667^C ad obtinenda haec secretissimos causarum -us quaerit (*cf. l. 7. 33. p. 513, 79*).

B *fere i. q. foramen, rima, vena sim.* (GLOSS. V 416, 36 -us: venae modicae): **1** *de terrae foraminibus, rimis sim.* (*cf. l. 15. p. 513, 80*): PLIN. nat. 16, 128 *radices* aliis *arboribus* recto (*cf. p. 512, 22*) -u, ut lauro ..., aliis flexuoso (*cf. p. 512, 6. 513, 65*), ut fico. 17, 123 ramo seruntur et punica, palis laxato prius -u. MAR. VICTOR aleth. 2, 168 *tellus* parturiens putri dissolverit arva -u (*cf.* RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 17 occultis ... -bus venas laxat. ALC. AVIT. carm. 4, 448 dant arva -us, prosiliunt fontes). ISID. nat. 40, 1 in profundis oceani esse quosdam -us ventorum veluti mundi nares. *de animarum itinere subterraneo*: VAL. FL. 3, 403 specus umbrarumque -us. APVL. met. 6, 20 *Psyche* infernum decurrit -um.

2 *machinarum -us, fere i. q. stria (l. 40), foramen (l. 42), rima (l. 43)*: PALLAD. 1, 18, 1 per vicinos -us manantia vina (*syn.* canales, tubi). AMM. 23, 4, 2 *ballistae stilus* recto (*cf. p. 512, 22*) canalis angusti -u cavatus (*cf. ibid.* adponit in temonis cavamine sagittam). MACR. somn. 1, 21, 12 -u *vasis* ante munito. ALC. AVIT. carm. 4, 248 ne rimosi conpagum *navis Noe* ... -us accipiant ... imbrem, linire memento iuncturas laterum.

3 *-us corporum animantium*: **a** *fere i. q. via interior, vena* (*abundanter: l. 49. 58*): PS. QVINT. decl. 8, 16 p. 160, 22 cur in latentes -us ... medicina descendat. APVL. apol. 50 *morbus cerebri* divinas vias et sapientīs -us obruit. Plat. 1, 16 e regione cordis venarum -us oriuntur (PS. AVG. serm. ed. Mai 2, 1. *et al. cf. l. 18*). AMM. 30, 6, 5 -us aliqui, quos haemorrhoidas appellamus, obserati sunt. VEG. mulom. 2, 8, 2. 2, 50 cauteriis -us ... angustentur et constringantur. HIER. in Matth. 15, 17 *esca* digesta per *occultos* -us corporis, quos Graeci πόρους vocant, ad inferiora dilabitur (RVFIN. Orig. in Ios. 20, 2). CONSVLT. Zacch. 1, 36 p. 44, 24 (*syn.* discursibus). MACR. Sat. 7, 4, 22 *ut* alimonia eius (*sc. cibi*) dispersa per universos membrorum -us ossa quoque et medullas et ungues nutriat et capillos. 7, 9, 23 (*syn.* συζυγία nervorum). VINDIC. med. 2 materies descendens per quosdam viarum -us. 37 obtruso -u, qui ad ventrem ducit ex eo, qui ad fellis folliculum tendit. PHYSIOGN. 2 p. 4, 8. PETR. CHRYS. serm. 39 p. 309^B internorum -us. ORIBAS. syn. 1, 5 Aa p. 806, 18 (διαπνοῆς). 1, 16 Aa p. 816, 12 (πόρους). 4, 23 Aa p. 25, 33 *epatis* (διεξόδους). 4, 24 Aa p. 26. *metaph.*: PASS. Macc. 7, 5 ne ad interiora penetrando ad divinum illum -um coelestis animae pervenirent *procellarum impetus* (*cf. antea*: sinus ille intrinsecus clausus terrae).

b *de viis interioribus foras exitus habentibus, saepe fere i. q. exitus, foramen*: *α generatim de quibuslibet foraminibus*: CHALC. comm. 192 sunt quippe in eo (*sc. corpore*) multi -us multaque item emissacula tam in promptu et visibilia quam latentia et caeca per quae fertur umor et spiritus aliaeque superfluae reliquiae cibi et potus. PS. SORAN. epit. 76 omnis -os *infantis* apertos. MACR. somn. 1, 6, 77 septem alia *membra* cum venis ac -bus ... ad cibum et spiritum accipiendum reddendumque sunt deputata *eqs.*
β speciatim: *de vulneribus*: PS. QVINT. decl. 8, 18 p. 162, 9 reserati pectoris -us (*syn.* vulneribus). VEG. mulom. 2, 35 *si* cauterio fuerit -us ille combustus (*antea*: incisa vena). THEOD. PRISC. log. 62 factis et patefactis vulnerum -bus. *de ossium commissuris*: MACR. Sat. 7, 10, 3 partes ... priores capitis fecit natura rariores, ut quicquid superflui ... fuerit, evanescat per plures -us (*syn.* suturas). *ibid.* ampliores. *de cutis foraminibus minutissimis* (*cf. l. 68*): MACR. Sat. 7, 4, 23 nec ... huic (*sc. membrorum nutrimento*) ... retrimenta sua desunt, quae per occultos evanescunt -us. 7, 6, 7 sudore nimio vel laxato ventre defessis vinum ingerunt, ut ... constringat -us. 7, 6, 18 muliebre corpus ... pluribus consertum est foraminibus, ut pateat in -us *eqs.* 7, 13, 23 salsitas *aquae marinae* findere et velut

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aperire solet -us. EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 954^A *apium* venarum ... -bus patefactis (*syn.* spiramentis. *gr. p. 184* διεξόδων, *syn.* πόρων). ORIBAS. syn. 1, 5 La p. 806, 9 (πόρους). *de foraminibus capitis* (*cf. p. 514, 77*): CHALC. comm. 37 dinumerantur ... sensuum omnium, qui sunt in capite, septem -us: oculorum, aurium, narium atque oris (*sim.* MART. CAP. 7, 739). ORIBAS. syn. 5, 46 Aa p. 82, 4 per -us capitis nullus effluit humor. VEN. Fort. vita Germ. 47, 133 aurium oculorumque. *de oculis* (*cf. p. 513, 40*): CHALC. comm. 237 *motum porrigi* per oculorum -us. *de auribus*: DIOM. gramm. I 299, 7 quia ipsos aurium -us audita scientia complere absentiā denegatum est (PRVD. cath. 9, 64 clausus a. -us. CLAVD. MAM. anim. 1, 7 p. 46, 10. *et al.* ALEX. TRALL. 1, 113 auris [*gr. p. 79 P.* πόρος]). PRVD. ham. 319 per ... cavernosos iussit *deus* penetrare -us vocis iter. 650. ALC. AVIT. epist. 32 p. 63, 9 (*vix i. q. iter; cf. p. 511, 78*) *utinam verba* in (*S*; ex *L*) ipso -us ⌊sui⌋ (⌊ ⌋ *om. L*) tramite donarer audire. *de ore, naribus, faucibus, arteria, gula*: PLIN. nat. 19, 85 *raphani* vomitionibus praeparant -um. 22, 111 lenito transitu spiritus et molliore facto -u *eqs.* 28, 197 *fel ursinum* laxat -us spirandi (AMBR. Noe 7, 20). PS. QVINT. decl. 8, 18 p. 162, 6. LACT. opif. 11, 11 (*syn.* fistula spiritalis, gurgulio). 11, 13. CHALC. comm. 192 -us ... ingredientibus omnibus ... pro ... magnitudine eorum natura fabricata est. PELAGON. 204 (*cf. Hippiatr. II p. 32, 2* τῶν ἀρτηριῶν). AMBR. Cain et Ab. 1, 5, 19 p. 356, 15 (*in allegoria*) mel gustabis, quo tuarum dulcescat -us faucium (HEGES. 5, 24 p. 356, 9 [*syn.* ductus ciborum]. PASS. Macc. 3, 16. 7, 7 HIER. epist. 147, 5. COD. Theod. 9, 24, 1, 1 ut eis -us oris et f. ... liquentis plumbi ingestione claudatur. CASSIAN. conl. 8, 1, 1 gutturis ac f.). in psalm. 118 serm. 16, 28 ciborum. *ibid.* 20, 1 spiritus. PRVD. perist. 10, 10 recisis ... -bus. 10, 650 -us ... impar ad laudes dei. 10, 938 in ... -bus vel exitu oris (*syn.* faucium ... fistulas). AVG. anim. 3, 4, 4 p. 363, 25 -us, id est os aut nares. THEOD. PRISC. log. 22 transvorandi. 70 (*syn.* cavernae). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 110 gutturis ([*syn.* vias]. ISID. orig. 4, 9, 8). IORD. Get. 254. GREG. TVR. Franc. 9, 27 narium. *de viis urinalibus et de ano*: HIER. adv. Iovin. 2, 30 -us, per quos fimus egeritur et urina. AVG. civ. 22, 20 p. 601, 3 D. per imos -us. anim. 3, 4, 4 p. 363, 21. *et al.* *de viis urinalibus, ovorum ductu sim.*: ANTH. 149, 7 cornipedis fricas -um (*cf. vol. VI 2681, 73*). FIRM. math. 4, 9, 9 angusto -u ... vesicae (*sim. de ductu cystico*: VEG. mulom. 2, 79, 6 *bis* [*syn.* urinali fistulae. *cf. Chiron 451* vesicae cursu]. HIPPOCR. aer. 9 p. 19, 23 [στόμαχος τῆς κύστηος]). RVFIN. Adamant. 5, 9 transisse eum per naturales -us virginis. hist. mon. 20. SORAN. p. 10, 5 spermaticus (*cf. q. s.; gr. 1, 12, 2 p. 9, 14 Ilb.* πόρος). THEOD. PRISC. log. 103 CAEL. AVR. gyn. frg. p. 145, 21. *de intestino recto vel ano* (*cf. l. 33*): GARG. MART. med. 5 *quod malvae* citato lapsu per -um ventris erumpant. PALLAD. vet. med. 41, 4. PELAGON. 146 -um ipsum unguibus vulnerant. 210 per -um stercoris (*cf. Hippiatr. I p. 202, 13* τῇ τῶν ἀφοδευμάτων παρόδῳ). HIER. adv. Iovin. 1, 36 p. 260^B -us, per quem alvi stercora egeruntur (*sim.* ISID. orig. 11, 1, 105). RVFIN. hist. 3, 6, 8 naturales digestionum -us (VICT. VIT. 1, 7). MACR. Sat. 7, 11, 9. CASSIOD. hist. 3, 10 p. 955^C -us ... prolapsus est (*cf. Socr. 1, 38 p. 177^A* ἕδρα). 6, 32 p. 1052^C. ORIBAS. syn. 1, 19 Aa p. 824, 2 ani -os (σφιγκτῆρ). *Brandt.*

[**mecantopolos** *v. vol. VI 2004, 42.*]

mēchana, -ae *f.*, μηχανή. *i. q. facultas machinandi, fabrica*: SPART. Carac. 9, 5 ex aere vel cypro cancelli sup[er]positi esse dicuntur *in thermis Caracalli*, quibus concameratio tota concredita est, et tantum est spatii, ut id ipsum fieri negent potuisse[nt] docti -is.

mēchanēma, -atis *n.*, μηχάνημα. *i. q. artificium*: SIDON. epist. 1, 9, 1 quae ille ... digitis -a facit! *gr. scriptum*: AVG. civ. 21, 6 p. 499, 31 tanta mirifica, quae μηχανήματα (moechanismata *b*) appellant, ... humanis artibus fiunt.

mēchanicus, -a, -um, μηχανικός. *de signif.* (*cf. Daremberg-S. s. v.*): ISID. diff. 2, 152 -a est quaedam peritia vel doctrina, ad quam subtiliter fabricas omnium rerum concurrere dicunt (GLOSS.^L Corp. M 141 -a: peritia vel fabrica rerum). GLOSS. I p. 299 -us peritus fabricae artis. III 251, 44 -us βάναυσος. [*loco corr.*: FIRM. math. 5, 2, 12. *e coni.*: FIRM. math. 3, 12, 20 -os *Kroll-Skutsch pro* medianico.]

i. q. ad machinas pertinens, cum usu machinarum (vel fabrica) coniunctus: 1 *de hominibus, i. qui machinas excogitat vel alia opera arte fabrili (imprimis auxilio machinarum) construit, machinator* (*semper m. pro subst.*): LVCIL. 1298 sicuti -i cum alto exiluere peteuro ([*W, Marx*; petauro *X, vg.*]; *affert* FEST. p. 206 *his verbis usus*: petauristas Lucilius e peteuro [*W*², petauro *vg.*] appellatos existimare videtur, quom ait [*seq. v. cit.*]. *Marx intellegendum putat de fabris, qui machina sursum tolluntur in summa tabulata aedium, Terzaghi dubitanter de militibus altas belli machinas exstruentibus, sed vide, ne dictum sit de constructoribus pegmatis et ipsis ioculatoribus petauristariis*). COLVM. 3, 10, 2 siphone, quem diabetem vocant -i (mecch- *SA*). SVET. Vesp. 18 -o ... grandis columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti. LAMPR. Alex. 44, 4 -is, architectis salaria instituit (*cf.* COD. Theod. 13, 4, 3 [= Iust. 10, 66, 2] -os et geometras et a. PS. BOETH. grom. p. 393, 19. NOVELL. Iust. 7, 3, 2 [μηχανικῶν]). FIRM. math. 8, 27, 5 erit -us, qui instrumenta bellis faciat necessaria. CHALC. comm. 64 p. 131, 18. 132, 2 -i horologia instituentes. SYMM. epist. 5, 76 (74), 1 Cyriades ... comes et -us, qui dudum impensas utriusque operis (*sc. pontis ac basilicae*) tractavit (rel. 25, 3. 26, 1. 5). VEG. mil. 4, 20 p. 141, 20. AVG. div. daem. 4, 8 opifices maximeque -i. CASSIOD. var. 1, 45, 4 -um ... Archimedem. 1, 45, 11 -us ... paene socius est naturae *eqs.* 3, 53, 6.

2 *de re incorporea*: GELL. 10, 12, 9 simulacrum columbae ... ratione quadam disciplinaque -a factum volasse (AMM. 22, 15, 29 *pyramis* umbras quoque -a r. consumit). FIRM. math. 6, 30, 26 artis -ae repertorem (*ibid.* -is a. saepe prostravit. VEG. mil. 4, 17 p. 139, 16. 4, 22 p. 143, 1 PS. AMBR. act. Seb. 16, 54 *v. p. 473, 37*. HIER. in Is. 38, 4 sqq. p. 392^A CASSIOD. hist. 1, 1 p. 882^C. 1, 7 p. 890^D). CAEL. AVR. acut. 2, 38, 220 si more -o ... se facere posse promittunt, ut aperientes (*sc. clystere*) ventris interiora superficiem corporis claudant. CARM. de pond. 102 -a ... deprendere Musa (*i. ratione*). CASSIOD. var. 3, 52, 3 in astronomicis rebus et ... in -is. *f. pro subst.* mēchanica (*sc. ars*): SYMM. rel. 25, 1 comes (*cf. l. 2*) et -ae professor. ISID. diff. 2, 150. 152 *v. p. 515, 62*. *cf.* AVDAX gramm. VII 320, 13 *artium genera* animi ... et corporis sunt ... -a, tectonica.

3 *de re corporea, i. q. arte fabrili (imprimis machinarum auxilio) fabricatus*: LAMPR. Alex. 22, 4 opera (PS. AMBR. act. Seb. 16, 59 p. 1047^A). CASSIOD. inst. 1, 30, 4 -as lucernas ... ipsas sibi nutrientes incendium. *n. pro subst.* mēchanicum: APVL. apol. 61 quaedam -a ut mihi elaborasset. SCHOL. Iuv. 15, 5^d -um aliquod esse, quod intra statuam *Memnonis* lateret. AVG. civ. 21, 6 p. 499, 5 D.

adv. **mēchanicōs** (*i.* μηχανικῶς): VITR. 10, 1, 3 quae -s (*i. q. machinae auxilio*) ... moventur (*opp.* ὀργανικῶς).

mēchanisma, -atis *n.* *a gr.* μηχανή *sec.* σόφισμα *sim.* *i. q. artificium, fabrica*: CASSIOD. var. 1, 45, 10 -a solum est, quod illam (*sc. naturae pollentiam*) ex contrariis appetit imitari. *i. q. fraus*: RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 88, 25 -ta (mich- *trad.*) adversarii ... telam araneorum ostenderunt.

mechir *v. Onom.*

mechonoth, *hebr.* מְכֹנוֹת (*LXX* μεχωνώθ), *quod in Vulg. vertitur voc.* bases: HIER. nom. hebr. p. 42, 21 -th fulcra, quae Graeci βάσεις vocant, id est ὑποθέματα. *sim.* 46, 19 in Ier. 5, 55, 2 EVCHER. instr. 2 p. 148, 10.

mecia *v.* macia (*p. 18, 37*).

mēcōn, -ōnis *f.*, μήκων. *scrib.*: moec-: PS. DIOSC. herb. fem. 46. *formae*: mecum: DIOSC. 2, 166. mic(h)onus (*cf. et p. 517, 3*): GLOSS. *acc.* -a: PLIN. nat. 20, 209. 27, 119 DIOSC. 4, 61. 159. *gr. ubique respondet* μήκων. [*dub., hucne pertineat*: GLOSS. III 568, 42 meocarius et 584, 55 melangrio (*pro* mecon agrius?) *cf. et p. 598, 63.*]

i. q. papaver (GLOSS. -os id est papaver. *v. etiam s. v.* mahunus *et Thes. gloss. s. v.* papaver. *fusius*: PS. APVL. herb. 53 l. 12 sqq. DIOSC. 4, 60 PS. DIOSC. herb. fem. 46. *cf. Steier, RE XV 2433, 58 sqq.*): PS. APVL. herb. 53 l. 12 (*de papavere silvatico*) a Graecis dicitur -n roeas (*cf. l. 50. 54 et Steier, l. c. 2440, 60*) ..., alii -n agrios (*cf. l. 50 et Steier l. c. 2438, 2*). interpol. 53 l. 15 -n Latini papaver dicunt; eius alia est usualis ..., alia agrestis. DIOSC. 4, 59 -n rias dicta est (4, 60 reas). 4, 61 -n ceratiten (*cf. l. 55 et Steier, l. c. 2442, 58*). *comparantur aliae herbae cum papavere*: PS. APVL. herb. interpol. 4 l. 37 *herbae symphoniacae* sucus similis est -i berbae. DIOSC. 2, 163 p. 243, 15 *argemone* capitellum simile -i riadi habet. 2, 166 semen *chelidoniae* sucum sicut -um ceratices habet (*cf.* 2, 168). *nomen transfertur ad alias herbas*: PLIN. nat. 20, 209 tithymalon (*cf. Steier, l. c. 2444, 55*) -a vocant, alii paralion (*cf.* DIOSC. 4, 159 p. 77, 19). 27, 119 peplis (*cf. Steier, l. c. 2444, 35*), quam alii sycen, alii meconion, alii -a aphrode (*cf. Steier, l. c. 2443, 68*) vocant (1, 27, 93 DIOSC. 4, 62. 162 -os afrodes). PS. APVL. herb. 92 l. 22 (*de ebulo*) a Graecis dicitur camaesice, alii -n afrodes (mecos Afrodites *trad.*; *cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 169 p. 317, 19* μήκωνα ἀφρώδη), alii camaeacte.

mēcōnium *et* **mēcōnion, -ī** *n.*, μηκώνιον. *scrib.*: mic-: DIOSC. 1, 142. 4, 63 MISC. Tir. p. 48, 23. -um: SCRIB. LARG. 180 PLIN. nat. (*6^ies*) CHIRON *al.*, -on: PLIN. nat. 27, 119. 1, 27, 93 PS. APVL. herb. interpol. 109 l. 19. meconon *et* -um (-ni, -no): PELAGON. 23 DIOSC. 1, 142. 4, 60 p. 32, 5. 4, 61 MISC. Tir. p. 48, 23 (*v. l. 64*). [SCRIB. LARG. 86 *v. s.* Myconium.]

1 *i. q. opium, sucus (cf. l. 71) vel decoctum (cf. l. 72. 73) papaveris (cf. Steier, RE XV 2439, 12)*: *definitiones*: SCRIB. LARG. 180 opium potum, quod quidam -um vocant; ... papaveris ... sucus est. PLIN. nat. 20, 202 sucus *decocti meconis* -um vocatur, multum opio ignavior. DIOSC. 4, 60 p. 34, 1 qui *sucus decoctus* dicitur -um ([*gr. 4, 64, 7* μηκώνιον]. *opp.* lacrimus [ὀπός]). *in re medicina*: PLIN. nat. 23, 30 valet *mustum* contra -um (*cf.* 23, 43. 61. 80). 25, 142 tantundem -ii adicientes *medicamento. ibid.* Gentianae suco, quem collyriis ... pro -o miscent. 25, 143 peucedani sucum ... cum -o (*cf.* 25, 164. 166. 32, 31. DIOSC. 2, 47 p. 196, 26 *mulieris lac* podagricis cum -o [*gr. 2, 70, 6* μηκωνίῳ *plerique,* κωνίῳ *Wellm. c. E, sed cf. 4, 64, 4*] ... iubat). PELAGON. 23. 329 -ii lib(ra) (*Hippiatr. I 39, 2. 412, 5* μήκωνος). CHIRON 861. 865 -um Spanum (907). 886. 903 -um Atticum ..., opium. DIOSC. 4, 63 virtus est ei *herbae* -o (*gr. 4, 67* τῷ τῆς μήκωνος ὀπῷ).

2 *i. q. mecon (gr. ubique praeter p. 517, 8 respondet* μήκων*)*: PLIN. nat. 1, 20, 76 (*in capite*: medicinae ex iis, quae in hortis seruntur:) *[R.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o I (*v. adn. crit.*), papavere rhoea II. DIOSC. 1, 142 admixtis foliis -ni agrestis (*cf. p. 516, 50*). 4, 59, 60. 61 de -o ceratiten (*cf. p. 516, 51. 55*). *ibid.* -non agresti. MISC. Tir. p. 48, 23 miconum (*cf. et p. 516, 40*) id est papaver. *comparantur aliae herbae*: DIOSC. 2, 163 argemoniu similis est in omnibus agrestis -o (nec- *trad.*). 3, 96 glaucia ... folia habens similia -ii ceratitis. *nomen transfertur ad alias herbas*: PLIN. nat. 27, 119 *v. p. 516, 58.* PS. APVL. herb. interpol. 109 l. 19 peplis, titymalis, paralion, -on (*Ps. Diosc. Vind. 4, 164, 6 p. 312, 18 μηκώνιον. cf. et l. 22. p. 516, 56*).

3 *i. q.* *excrementum, quod infantes primum emittere solent*: PLIN. nat. 28, 52 *sordes* infantium alvo editas in utero ipso contra sterilitatem subdi censent; -um vocant. SORAN. p. 29, 21 digito in anum infantis misso -um (egon- *codd., gr. 2, 13, 4 p. 60, 21 Ilb. μηκώνειον*) tollere.

mēcōnis, -idos *f.*, μηκωνίς. *i. q. genus lactucae*: PLIN. nat. 19, 126 distinctio albae (atrae *v. l.*) *lactucae*, quae μηκωνὶς vocatur a copia lactis soporiferi. 20, 67 lactuca ..., quam -em vocavimus. MARCELL. med. 30, 15 -os ... herbae sucus ... detrahit bilem.

mēcōnītis (*vel* -ēs), μηκωνῖτις. **1** *nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 63. 37, 173 -is (*L*, -es *vg. ante Sillig.*) papavera exprimit (SOL. 37, 22 *et* ISID. orig. 16, 15, 20 -es). **2** *nomen herbae*: PS. APVL. herb. interpol. 193 l. 17 titimalli species sunt septem: ... -is (*Diosc. 4, 164, 6 μήκωνα. cf. et l. 8*).

1. mēcu(m) *v. vol. IV 1342, 6 sqq. et V 2, 257, 4 sqq.*

2. mēcum *v. p. 516, 40.*

mēd *v. vol. V 2, 256, 54 sqq.*

Q. Atilius Faustus **medagōgus** (*i. μεταγωγός sc. magister? ped-* [*pro* paed-] *coni. Lommatzsch in plag.*) colleg(ii) fabror(um) INSCR. L' ann. épigr. 1913 n. 148 (*Cossombrato*).

seliqua (*i.* siliqua) media pars denarii id est **medālia** GLOSS. I p. 299. *cf.* medialis, medius; *v. et Meyer-Lübke, REW nr. 5451.*

med(d)ix, -icis *m.* [*osc. vocabulum, cf. osc.* meddíss '*meddix*' (*qui ius dicit*), medicim '*meddicium' etc. J. B. H.*] *scrib.* medix: LIV. PAVL. FEST. p. 123 -x apud Oscos nomen magistratus est: Ennius (*l. 38*). *de re post alios egit St. Weinstock, RE XV 26 sqq. et Klio 24 (1931) 235 sqq.* [*coni. falsa*: SEN. dial. 9, 4, 5 -x *pro* ceryx *coni. Gothofr.*]

i. q. nomen magistratus Oscorum: ENN. ann. 298 summus ibi capitur -x, occiditur alter (*cf. Weinstock, Klio 24, 243 sq.*). LIV. 23, 35, 13 Marius Alfius -x tuticus (*Lipsius praeeunte Valla, qui* medis t. *coni.*, edixi tuticui *P*) — is summus magistratus erat Campanis (24, 19, 2 ab Cn. Magio Atellano, qui eo anno -x t. erat. 26, 6, 13 -x t. [*Lipsius*, mediatuticus *P*], qui summus magistratus apud Campanos est).

de **medeccoth.** isto nomine ab scriptura cyathi appellantur EPIPHAN. de mensur. 22. *estne cfd. c. hebr.* מְדֹכָה (*i. 'mortarium'*) ? *an depravatum ex* מְנַקִּיּוֹת (*i. 'cyathi'*)?

mēdēis *v. Onom.*

***medēla (medella),** -ae *f.* *a* mederi. *de scriptura*: GRAMM. suppl. 175, 8 secundum quod Papirianus et Cassiodorus dicunt in sua orthographia non debet ullo modo dici '-ela loquela querela', sed 'loquella, -ella, querella' *eqs.* *scripturam* -ella *tamquam veram librorum fide agnoscit A. Souter, Miscellanea Lat., Raccolta Ramorino 1927 p. 281 secutus regulam Lachmanni, Lucr. p. 204, sed cf. Sommer, Handb.*$^{2.3}$ *p. 205.* *in codd.* -ella *praevalet, quam scripturam exhibent e. g.* LACT. inst. *B semper*, SCHOL. Cic. Bob., AVG. fid. et op. 26, 48 (*C, s. VI*), VEN. FORT. carm. 2, 5, 4 *in carmine figurato* (*cf. etiam p. 519, 73*); *item in lapide* EDICT. imp. Diocl. I 16. -ela *scrib. e. g.* FRONTO, APVL. (*praeter* met. 9, 18), CHALC. -il(l)a *trad.* SACR. Leon. p. 349 RVRIC. epist. 1, 8, 8 NOT. Tir. 56, 42 (*inter* medulla *et* mediocris) *et interdum in v. l.* GLOSS. θεραπεία. cura. remedium. *legitur inde a* PS. QVINT. decl. FRONTONE GELL. APVL. [*falso pro* -a *scrib.* medulla: PS. APVL. Ascl. 22 APON. 1 p. 11 *et interdum in v. l.*]

A *proprie in re medica*: **1** *de actu (ratione, facultate) vel effectu medendi i. q. sanatio vel sanitas*: GELL. 4, 13, 4 adfinitas est ... vitiis quoque aut -is animorum et corporum. 16, 11, 2 ut ... incentionibus herbarumque sucis *Marsi* faciant -arum miracula. APVL. apol. 51 eorum (*sc. caducorum*) esse difficiliorem -am. met. 10, 25 febribus ardebat, ut ipsi ... -a videretur necessaria. MIN. FEL. 7, 6 vates ... dant cautelam periculis, morbis -am (*cf.* TERT. anim. 46, 9 p. 376, 19). TERT. coron. 8 p. 436, 5 Oe. primus -as Aesculapius exploravit (*cf.* FIRM. math. 4, 22, 2 Nechepso ... aegritudinum -as invenit). CYPR. idol. 7 p. 24, 15. SER. SAMM. 586 hos *globulos* hausisse -a est. 1048 forma -ae. *al.* LACT. inst. 4, 15, 9 *Christus* non ... -a sed verbo *sanavit.* 7, 12, 18 *coniung.* sanitas. FIRM. err. 16, 5 p. 39, 25 artificum. CHALC. comm. 7 capp. 25 materiae. AMM. 17, 5, 7 -arum ... artifices. 21, 15, 2 cum usus (*cf. p. 518, 21*) deficeret -arum. VEG. mulom. pr. 2 pecudum. VVLG. Sirach 38, 2 (ἴασις). RVFIN. hist. 1, 8, 10 de -is ac remediis cogitabat (θεραπείας). MARCELL. med. 34, 87 miraberis celeritatem -ae. *al.* PS. HIPPOCR. epist. 2 leviore -a. 4 proficiet (SEDVL. carm. pasch. 3, 118). THEOD. PRISC. log. 61 medicorum. *et al.* *mystice* (*cf. l. 70. p. 518, 28*): IVVENC. 2, 601 languoribus aptat ... -am. 3, 76. 372. GAVDENT. serm. 12, 5 (= LEO M. serm. 56, 1 p. 326^{A}) post variarum curationum -as. 17, 35 -am credenti *mulieri* fides traxit. PRVD. cath. 9, 36 PAVL. NOL. carm. 18, 202. VICTRIC. 22 sanctorum (*syn.* curatio). LEO M. serm. 95, 1 p. 461^{A} *syn.* remedia. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 497 *al.* GREG. TVR. Mart. 1, 13 Andr. 24 VEN. FORT. carm. 5, 14, 6. vita Leob. 17, 58 opem -ae. *et al.* *adde*: FIRM. err. 13, 6 p. 34, 5 *daemones* in corpore hominum constituti ... religiosae fidei -as ... sustinent. VEN. FORT. vita Leob. 10, 30 impendere gratiam -ae daemonico furore agitatis. *de arte medica*: CHALC. transl. p. 24^{C} -a (ἰατρική) ... ad homines instinctu conditricis deae *commeavit.* CASSIOD. var. 11, 10, 1 cui -a humana nil profuit. *de vi medica medicamentorum*: GELL. 17, 15$^{tit.}$ de ... natura -aque ellebori. SER. SAMM. 874 haec duo mirificis curabunt icta -is. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 8 mellis, cui suapte natura indita sunt -a fortitudo dulcedo. APON. 7 p. 135 medicinale illud exemplum (*sc. aloe*) -a animorum et corporum repletum.

2 *de re naturali vel compositione in arte medica adhibita, i. q. medicamentum*: PS. QVINT. decl. 13, 14 p. 259, 26 ut nobis *curā apium* habere -am (mella *edd. vett.*) non liceat, vobis liceat habere venena (*cf. 13, 19* remedium ..., praesentissima medicina). FRONTO p. 99, 9 N. omnia ... remedia atque omnis -ae fovendi⟨s⟩ (offendi *man. 1*) infantium faucibus in lacte sunt sitae. GELL. 17, 16, 3 adsiduo talium -arum usu (*sc. antidotorum* [*17, 16, 2* medicamentis]). GARG. MART. med. 40 pro ... necessitate causarum ordinanda etiam subsidia -arum. FIRM. math. 8, 17, 3 qui herbis -as hominibus pecoribusque componant. AVSON. 419, 76 p. 373 P. sumptum ... -arum. 419, 77 p. 374 salutiferae ... -ae. PELAGON. 283 -am (*Hippiatr. gr. I p. 309, 11 βοήθημα*) faucibus infunde. DRAC. laud. dei 1, 291 serpens ante venena ... membris vitae paritura -as. *de medicamento, quo mortui resuscitantur* (*cf. p. 545, 28*): ITALA Is. 26, 19 (Tert. resurr. 31 p. 70, 7) ros ..., qui a te (*sc. deo*) ⟨est⟩, -a (ἴαμα. *Vulg. aliter*) ⟨est⟩ ossibus *mortuorum.*

B *in comparatione*: APVL. Plat. 2, 9 quasi ea, quae agit *ars culinaria*, cum morborum -a conveniant (*cf. ibid.* medicinae professione [*Plat. Gorg. p. 464^{D} τὴν ἰατρικήν*]). TERT. scorp. 5 p. 154, 28 pares adhibet *medicus* qualitates -arum adversus qualitates querellarum. adv. Iud. 2 p. 704, 26 sabbatum adhuc observandum quasi salutis -am. CYPR. zel. 9 p. 424, 24 ad sanitatem -a subveniente. epist. 34, 2 p. 570, 1 ut ... proficiant ... artificis -ā. MOYS. Cypr. epist. 31, 7 p. 563, 21. IVST. 11, 1, 7 quīs rebus veluti -a quaedam interventus Alexandri fuit. CHALC. transl. p. 47^{D} *rhythmus* datus est ut -a (ἐπίκουρος) contra inlepidam ... naturam. AMBR. Hel. 20, 75 PS. AMBR. paenit. 12 p. 985^{C} HIER. epist. 84, 7, 5. DIDASC. apost. 64, 9 ad acutiorem venit curationis (*cf. p. 517, 84*) -am. SIDON. epist. 6, 1, 5 quis bene -am aeger impertiat? FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 12 p. 537^{A} *syn.* adiutorium. *et al.*

C *in imag. vel translate i. q. remedium, auxilium, subsidium*: **1** *ad sananda, emendanda vitia morum, peccata*: GELL. 20, 1, 22 legum opportunitates et -as pro ... vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari. APVL. met. 10, 19 *nullam* libidini -am capiens. PS. APVL. Ascl. 22 vitiorum (CHALC. comm. 267 p. 298, 10). TERT. paenit. 3, 7 communis *carni et spiritui* ... paenitentiae -a (*cf.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 4 p. 812, 26 LEO M. epist. 10, 3 p. 630^{C}. *et al.*). CYPR. laps. 5 p. 240, 6 vulneris (*al.* LACT. inst. 6, 13, 4 AMBROSIAST. in Rom. 4, 16. *et al.*). eleem. 26 p. 394, 16 peccati. zel. 17 p. 431, 19 prosperandae valitudinis. *al.* PS. CYPR. tract. 35 ad -am talem (*sc. eucharistiam*) venire. HIL. in psalm. 134, 1 p. 695, 1. 16 *syn.* sanatio. trin. 2, 22 fides ... contra omnes morbos opem -ae (*cf. l. 4*) impertit. GAVDENT. serm. 19, 46 *syn.* medicina. HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 2 p. 321, 31 ne cum poenali -a recipiat ... sanitatem. 10, 2 p. 419, 7 indigni velocioris -ae. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 2 mandati huius -a. PRVD. cath. 10, 83 amara -a. *al.* PAVL. NOL. epist. 12, 3 p. 75, 15 humanae opis -am. AVG. fid. et op. 26, 48 -am poneret in oratione. pecc. mer. 2, 29, 47. PS. AVG. quaest. test. I 112, 6 causae suae. VAL. CEM. hom. 12, 5 de fratris -a. RVRIC. epist. 1, 8, 8 sententiam vestram -am duco esse, non poenam. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 264 formido -a est. *al.* POMER. 2, 7, 2 pie increpantis -a. APON. 1 p. 11 redemptionis -am. CASSIOD. in psalm. 49 concl. quid vos, *Iudaei*, a generali -a dividitis? GREG. M. epist. 9, 224 lingua (*i. adhortatio*) illi vestra -a sit. *et saepe.*

2 *ad tollenda, depellenda, arcenda quaelibet mala*: APVL. met. 3, 23 ut ei (*sc. dominae in bestiam conversae*) redeunti -a salubri possem subsistere (*cf.* 3, 25 reformationis huius -a). 9, 18 eum -am cruciatui *amoris* deprecatur (*cf.* GAVDENT. serm. praef. 38 *syn.* pro remedio aerumnarum. RVFIN. hist. 5, 1, 24 [ἴασιν]. PRVD. cath. 4, 85. *et al.*). TERT. patient. 11 p. 17, 6 iniuriae *tolerandae* -a patientia. COD. Iust. 8, 44 (45), 17 (*a. 290*) praeses provinciae in damnis *forensibus* ... -am iuris adhibebit. EDICT. imp. Diocl. I 17 ne ut ... -ae nostrae interventus ... vilior estimaretur (*cf.* NOVELL. Iust. 8, 14 epil. neque imperii -ae [τῆς βασιλικῆς θεραπείας] ... parcere). LACT. ira 17, 12 -am rei (*sc. ambiguitatis*) non inveniebant. QVEROL. p. 29, 4 est -a, vicissim alia ut evertant loca *potestates inferiores.* SCHOL. Cic. Bob. p. 110, 21 -am pudori suo adhibuit. VVLG. Ier. 8, 15 expectavimus ... tempus -ae et ecce formido (*cf.* CYPR. GALL. exod. 241. deut. 207 *deus plebem* sanctificae dedit -ae). PRVD. cath. 8, 77. c. Symm. 1, 526 nec tantum ... -ae *Cicero Romae* contulit. COD.

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Theod. 11, 28, 10 sufficere ... ad -am *rei familiaris laborantis* (*cf.* SALV. gub. 5, 35). DRAC. Orest. 216 consilio succumbe meo: haec una -a est. ENNOD. epist. 3, 14, 1 p. 81, 22 discretarum consideratio sine -a *amicorum invicem desiderantium* terrarum. *al.* *ad depellenda mala rebus instantia*: GELL. 15, 1, 4 qua -a quaque sollertia ignem defenderes ([*15, 1, 3* remedii]. SYMPH. 239 -a [*sc. aqua*] meo [*sc. calcis*] pugnat contraria fato. PAVL. NOL. carm. 28, 113). ALC. AVIT. carm. 5, 147 si non omnipotens celerem super arva *desiccata* -am spargeret.

3 *metonymice de personis curantibus, foventibus, servantibus*: APVL. met. 10, 3 origo praesentis doloris et etiam -a ipsa et salus unica mihi tute ipse es. AVSON. 205, 4 p. 63 P. -a (medulla *dubitanter Brandes*) nostri, Nepotiane, pectoris. FVLG. aet. mund. 13 p. 172, 23 salutis remedium ..., mortis -am (*de Christo*). PAVL. NOL. carm. 18, 257 te, *sancte*, posuit maestis ad saucia corda -am (*cf.* VEN. FORT. carm. 3, 6, 16 *sancti* hinc sunt custodes, inde -a gregis. 4, 6, 14 carm. app. p. 371 v. 199). carm. app. 2, 44 populis una -a venis, *imperator*.

veniat (*εἰς φανερόν, Vulg.* in palam). AMM. 26, 1, 7 prodire in -um. *de vita et actu in re publica*: SEN. epist. 19, 3 in -um te protulit ingenii vigor (21, 6). SVET. Tib. 10, 1 statuit repente secedere seque e -o quam longissime amovere. GELL. 13, 13, 1 cum ... in -um iam hominum et in lucem fori prodissem (13, 28, 3 qui aetatem in -o rerum agunt. 20, 10, 6 in -o rerum et h.). AMM. 15, 1, 1 versatos in -o. 18, 1, 1. 18, 5, 7. 25, 8, 11. **δ** *varia*: **in -um:** *pendet a verbis transit.*: LIV. ANDR. trag. 41 quinquertiones praeco in -um vocat. AFRAN. com. 168 nunc vide hoc quo pacto ego aurum in -um proferam (LIV. 6, 15, 13 ut in -um proferatis *praedas vestras.* perioch. 40 p. 47, 5 prolatis in -um gladiis. STAT. Theb. 2, 554 ut clausas indagine profert in -um vox prima feras). CIC. or. frg. A VII 3 homines faeneos in -um ... proiectos (VERG. Aen. 5, 401 caestus. SEN. dial. 5, 33, 4 si in -um proicias, quidquid thensauri tegunt). rep. 1, 18 coniecit in -um Laelium. LIV. 28, 29, 11 nudi in -um protrahebantur (*cf.* PETRON. 105, 1 attrahite). SEN. Tro. 513 quem ne tuus producat in -um timor (epist. 7, 9 TERT. fug. 9 p. 478, 14 Oe. RVFIN. hist. 5, 8, 9). VAL. FL. 4, 256 feruntur in -um *Pollux et Amycus.* SIL. 13, 87 in -um congestis undique donis. QVINT. inst. 6, 1, 47 pueris productis talos iecit in -um (GELL. 18, 13, 2 *sophismata* quasi t.... in -um ... iaciebamus). TERT. fug. 5 p. 470, 13 Oe. fugientem me reducere in -um (p. 471, 3. 6). OPTAT. 1, 24 p. 27, 4 consedentibus episcopis causa Donati et Caeciliani in -um missa (*i. tractari coepta*) est (AVG. coll. c. Don. 3, 6, 7 p. 58, 4. *sim.*: EPIST. pontif. 286 Migne 20, 473^A si maiores causae in -um fuerint devolutae. *cf. et l. 34*). *et al.* *pendet a verbis intransit.*: PLAVT. Amph. 223 utrique imperatores in -um exeunt. Capt. 649 ut ... in -um ego hodie pessume processerim (CIC. inv. 2, 46 illi ... in -um ... loci procedent. Verr. II 2, 190 procedite. 5, 94 LIV. 1, 23, 6. 7, 26, 2 SEN. contr. 2, 3, 7 VAL. MAX. 3, 3, 1 *al. et al.*). Trig. frg. 1 nisi fugissem in[quit] -um, credo praemorsisset. ACC. trag. 645 in -um proripit sese. CIC. Verr. II 2, 175 *testes* venient in -um (fin. 1, 13 prima veniat in -um Epicuri ratio. EPIST. pontif. 212 Hil. coll. antiar. p. 89, 20 multa ... in -um venerunt *i. tractata sunt* [AVG. coll. c. Don. 3, 6, 7 p. 57, 8. *cf. l. 23*]). OV. fast. 6, 443 provolat. LIV. 38, 40, 11 concurritur. MANIL. 1, 442 coeunt *Eridanus et Aquarius.* VAL. MAX. 6, 3 praef. irae ... et ... vindictae ... in -um procurrent. SEN. dial. 2, 6, 2 prodit in -um, qui dicat *eqs.* (PETRON. 52, 10). SIL. 12, 314 in -um ... cumulantur opes. *et al.* **in -o** (*pro* in -um: *l. 42*): TER. Ad. 479 mater virginis in -ost, ipsa virgo, res ipsa (SCHOL. Ter. Bemb. in propatulo). LIV. 6, 19, 7 regni crimen in -o. SEN. benef. 3, 28, 3 quidquid in -o sordidi iacet, transsilite. dial. 2, 7, 6 iniurias ... in -o intercipere. PETRON. 49, 4 voca cocum in -o. PLIN. paneg. 88, 4 paratum id quidem (*sc. nomen optimi tibi a senatu datum*) et in -o positum, novum tamen. VVLG. exod. 22, 11 iusiurandum erit in -o, quod non extenderit manum ad rem proximi sui (*cf. p. 590, 78*). COD. Theod. 16, 8, 21 idcirco ... iuris publici tutela videtur in -o constituta, ne *eqs.* COD. Iust. 3, 1, 13, 4 cum ... in -o proponuntur scripturae (3, 28, 34 pr.). GREG. M. moral. 1, 24 nihil de his, quae nunc in -o versantur, quaerere. *sensu debilitato* (*cf. p. 588, 2*) in -o esse *i. q. adesse*: AFRAN. com. 237 in -o nemo est. CIC. Verr. II 2, 104 nihil dicimus; tabulae sunt in -o. SEN. contr. 1, 1, 24. SEN. dial. 9, 5, 2 unde ... miserae civitati (*cum triginta tyranni dominabantur*) tot Harmodios? Socrates tamen in -o erat. PLIN. epist. 3, 20, 4 procurrebant omnes ..., multa agmina in -o. CLAVD. DON. Aen. 12, 765 p. 628, 18 tantum in -o timoris ... fuit. AMBROSIAST. in Col. 4, 5 p. 440^B si persona talis in -o est, quae perstrepat. **e -o** (*c. verb. tollendi, abeundi*): ENN. ann. 268 pellitur e -o sapientia (CIC. off. 3, 37). TER. Hec. 620 odiosa haec est aetas adulescentulis: e -o aequom excedere est (Phorm. 967 e -o excessit [*i. mortua est*]). Phorm. 1019 abiit *scrupulus.* RHET. Her. 4, 30, 41 coniunctionibus verborum e -o sublatis (LIV. 24, 6, 1 Thrasone sublato e -o). PLIN. nat. 11, 25 amoliuntur omnia ⟨e⟩ -o. SIL. 8, 51 spes abrupta *est* e -o. IVV. 9, 106 e -o fac eant omnes. AMM. 26, 10, 5 abstulit Serenianum e -o (*i. occidi iussit. aliter* CONC.^S I 2 p. 103, 4 e -o ablata omni discordia). CLAVD. DON. Aen. 1, 245 p. 56, 4 e -o hostium labi. CONC.^S I 2 p. 103, 40 e -o tollere ... scandala (*I 1, 4 p. 9, 10 ἐκποδὼν ... γενέσθαι*). CAPREOL. epist. 1, 2 p. 845^D ut ... novas doctrinas ... e -o profligetis (*ἀπώσησθε*). **de -o:** RHET. Her. 2, 18, 19 inimicum ... de -o tollere (CIC. S. Rosc. 20 BELL. Hisp. 1, 4 SEN. epist. 93, 10 tolli [*i. q. mori*]. CVRT. 6, 10, 20 MARCIAN. dig. 47, 10, 37 pr. RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 130, 26 de -o nos tollamus [*cf. l. 82*]. *et al.*). CIC. S. Rosc. 22 multa palam domum suam auferebat, plura clam de -o removebat (Verr. II 2, 175 litteras. 177. 181. SEN. epist. 83, 16 declamationes istas). 112 recede (CYPR. epist. 66, 7 p. 713, 19 CAPITOL. Maximin. 17, 2). LIV. 5, 49, 1 auferri aurum de -o et Gallos submoveri iubet (IREN. 1, 9, 4 argumentum [*ἐκποδὼν ποιήσει*]. MARCELL. auct. chron. II p. 105, 538, 2 Constantinum. CONC.^S I 2 p. 103, 8 scandala. ACT. Archel. 25, 9). 6, 38, 8 lictores, qui de -o plebem emoverent. POMPON. dig. 35, 1, 8 discessit. ITALA iud. 3, 19 (Lugd.) exire (*ἐκ μέσου*). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 94, 16 ut de -o fiat pusillanimitas (*I 1, 7 p. 147, 26 ἐκ μέσου*). COD. Iust. 9, 9, 27 abolitis de -o ceteris praescriptionibus. *nota ellipsin*: PETRON. 38, 13 ubi semel res inclinata est, amici de -o (*cf. l. 71*). 59, 1 agite, inquit, scordalias de -o. **ad -um:** RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 72, 26 si quis ... vult ultra contendere, hunc venire ad -um

iubeatis ([*I 1, 7 p. 73, 1 εἰς μεσον*]. CASSIOD. or. frg. p. 468, 10 veniat nunc vetustas ad -um. RVSTIC. c. aceph. p. 1234^C omnia illa quae praediximus incongrua ad -um veniunt).

b *strictiore sensu de actione in iudicio vel apud magistratum*: COD. Theod. 5, 13, 2 conperimus aliquorum iugationem, quam legitime conpararunt, in -um produci ac retractari. 9, 40, 21 prodendi in -um habeant ... facultatem. 10, 12, 2, 1 delatoribus primitus in -o collocatis, his etiam, qui quasi vagi ... nominabuntur ..., ad iudicia productis (EPIST. pontif. 315 Migne 20, 605^B. 607^A). CONC.^S I 5 p. 370, 29 in -um venire (*I 1, 7 p. 73, 1 εἰς μέσον*). COD. Iust. 12, 57, 5, 1 ut, si quos ... invenerint ..., in -um proferant.

5 *singularia*: HOR. carm. 2, 19, 28 (*de Baccho:*) pacis eras -usque belli (*i. et in bello et in pace primas partes tenebas*). PROP. 2, 9, 51 mihi si -a liceat pugnare puella, mortem ego non fugiam (*i. in -o posita tamquam certaminis praemium* [*cf. p. 594, 21*]). QVINT. decl. 308 p. 213, 21 heredibus -a lis relinquebatur. PS. QVINT. decl. 13, 3 p. 249, 3 *hortus* omnibus ventis -us (*i. patens* [*cf. p. 594, 20*]). HIER. epist. 18^A, 7, 3 -a tantum cognoscimus, quae ex scripturarum nobis lectione panduntur (hom. Orig. in Is. 4, 1 p. 258, 3 quae videmus — ut tamen concedatur, quia aliquid videmus —, -a sunt. l. 18 homo ea tantum potest capere, quae -a sunt. l. 25 aperta sunt -a ad contemplandum [*i. palam posita; cf. p. 594, 30*]). ARNOB. ad Greg. 23 p. 435, 1 illis forte concessum, qui in bono singularitatis ... perseverant; arcana enim ista coniugum curis -a esse (*i. patere*) non possunt. SIDON. epist. 7, 6, 10 tu sacratissimorum pontificum Leontii, Fausti, Graeci urbe, ordine, caritate -us inveniris (*fere i. q. consors*). *nota usum adverbialem*: per -um, de -o *fere i. q. -o modo, -e*: VITR. 6, 1, 1 alia parte solis cursu premitur tellus, alia longe ab eo distat, alia per (*cf. p. 588, 65*) -um temperatur. VITA Cypr. 6, 3 gravis vultus et laetus, ... admixta utrimque temperies; ... cultus ... temperatus et ipse de -o. de -o *i. q. aequaliter, paribus condicionibus*(?): CASSIOD. var. 1, 32, 3 Helladius *pantomimus* de -o ... introeat. 1, 32, 4 Helladii, quem de -o saltare praecepimus (*cf. Momms., ind. s. v.*).

ad I B iuncturae: abl. **-o:** *p. 593, 36.* **ad -um:** *l. 3. p. 594, 67.* **de -o:** *l. 31. p. 593, 76. 594, 7. 11. 50. 595, 68.* **e -o:** *p. 593, 72. 594, 6. 8 sqq. 60. 74. 81. 595, 4. 56.* **in -um:** *l. 6 sqq. p. 591, 66. 593, 53. 594, 31 sqq. 46 sqq. 51 sqq. 83 sqq. 595, 7 sqq. al.* **in -o:** *l. 7. p. 591, 58. 67. 592, 2. 56. 593, 28. 68 sqq. 594, 20 sqq. 38 sqq. 76 sqq. 595, 39 sqq. al.* **per -um:** *l. 27. p. 591, 45 sq. 592, 26 sq.* **sub -o:** *p. 592, 29.*

II *i. q.* *ἥμισυς* (*qua ratione haec significatio e primaria orta sit, apparet ex iunctura* 'dividere -um' [*l. 48*] *i. per -um ita dividere, ut partes dimidiae efficiantur, et ex astrologorum sermone usitato, quo signa -a i. usque ad medietatem oriri vel occidere dicuntur [l. 51]; cf. Svennung, Unters. Pallad. 585*): **A** *i. q. dimidius*: **1** *adi.*:

a *varia exempla*: POMPON. Atell. 180 tamquam frater mihi sis, -um abdomen tecum dividam (CIC. div. 2, 92 illi orbes, qui caelum quasi -um d. fat. 16 in sphaera maximi orbes -i inter se dividuntur. VERG. georg. 1, 209 *Libra* -um luci atque umbris ... d. orbem. *cf. p. 585, 3*) CIC. Arat. 392 *Navis* -um ostendit ... malum ([*gr. 605 ἱστὸν διχόωσα κατ' αὐτόν*]. *sim. de signis caelestibus usque ad medietatem orientibus vel occidentibus*: GERM. 698 Hydram plus [*cf. l. 74*] -am condit, pars tertia lucet. COLVM. 11, 2, 51 Cancer -us occidit. 11, 2, 56 Leo -us exoritur. 11, 2, 57. 63 PLIN. nat. 18, 271. 310. *v. etiam p. 597, 2. 9*). VERG. ecl. 9, 59 hinc adeo -a est nobis via (*Theocr. 7, 10 μεσάταν*). georg. 1, 442 *sol* ubi ... -o ... refugerit orbe (MANIL. 1, 469 -o cum luna implebitur orbe. LVCAN. 5, 544. 547 AVIEN. Arat. 1333). 4, 426 -um sol ... orbem (*i. cursum*) hauserat (*cf.* Aen. 5, 160 -o ... in gurgite victor [*v. Con.-Nettl. ad l.*]. 8, 407 -o iam noctis abactae curriculo 10, 219 illi -o in spatio occurrit. *ad haec proxime accedunt, quae p. 584, 35 sqq. allata sunt*). HOR. sat. 1, 6, 27 -um impediit crus pellibus (*cf.* OV. ars 1, 32 quaeque tegis -os instita longa pedes). VITR. 9, 2, 3 distans a sole occidente circiter -as caeli regiones. SCRIB. LARG. 120 nux abellana -a. LVCAN. 8, 159 -os Titan demissus ad ignes (*i. ad lucem dubiam*). PLIN. nat. 2, 5 quod *mundus* ... -us ... quacumque cernatur (*Chalc. comm. 59 p. 127, 16* quod ... dimidia mundi pars videatur). 4, 79 -o ferme numero eorum *amnium* navigabili. STAT. Theb. 2, 58 per ... -ae ... silentia Lunae (*cf.* AVIEN. Arat. 1491 -ae velut indiga lucis). IVV. 3, 219 -am ... Minervam. EPIPHAN. de mensur. 17 -um sextarium. PALLAD. 2, 18 -um ... scripulum. 3, 20, 2 sufficiet maiori arbori vehes una, minori -a. 11, 20, 1 decoques, donec ad mensuram -am revertatur (*cf. infra l. 84. p. 597, 34*). PEREGR. Aeth. 18, 3 plus (*cf. l. 53*) -a die (*cf.* AVIEN. Arat. 1096 plus -is ... horis. 1337 -i ... mensis. ALEX. TRALL. 2, 67 hora -a). AVSON. 350, 6 p. 207, 35 P. 371, 1 p. 101 nonaginta dies et quattuor ac -um. HIER. epist. 33, 2 PRVD. apoth. 553 CYPR. GALL. num. 770 Ios. 98. 418 DIOSC. 1, 57 p. 77 a 13 MART. CAP. 6, 711 OROS. hist. 6, 8, 3. DRAC. laud. dei 1, 128 (*v. Vollmer p. 372*). satisf. 89 Romul. 9, 148 Orest. 806 GREG. TVR. Franc. 3, 4 p. 111, 11. 12 ANTHIM. 3 p. 5, 4 ORIBAS. syn. 1, 9 Aa p. 811, 28. 1, 19 Aa p. 825, 8. 2 add. p. 843, 17. ITIN. Anton. Plac. rec. A 29 -um miliarium (miliario semis *rec. B*). *et al.* **b** *specialia quaedam*: **α** -a pars (*cf. p. 597, 34*): VARRO frg. Non. p. 551, 18 quod de musto ad -am par-

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tem decoxerant (*cf. p. 596, 73*). Ov. met. 1, 501 nudos -a plus (*cf. p. 596, 53*) parte lacertos (3, 43 erectus). COLVM. 11, 2, 14 -ae partes Aquarii oriuntur (*cf. p. 596, 52*). VLP. reg. 26, 2. 29, 2 CAPITOL. Aur. 26, 12. CET. FAV. 15 (*Vitr. 6, 3, 10* dimidia). CLAVD. DON. Aen. 11, 75 p. 418, 8 HIER. in Agg. 2, 17 p. 1410^B. in Is. 19, 20 p. 257^C (*Vulg. Luc. 19, 8* dimidiam). RVFIN. hist. 3, 20, 2. *et al.* -a portio: FAV. EVL. p. 16, 21. 27 COD. Theod. 1, 5, 3 BOETH. arithm. 1, 7 p. 16, 5 CASSIOD. var. 9, 14, 5. 9, 18, 4. 9, 21, 6. *β opp.* totus *sim.*: CIC. Arat. 406 *Nixum* secum -um pandet Nepa, tollere vero in caelum totum ... conabitur Arcus ([COLVM. 11, 2, 14 Fidis tota et Leo -us occidit. 11, 2, 39. *cf. l. 3*]. CAPITOL. Pius 4, 10 aurum coronarium ... Italicis totum, -um provincialibus reddidit. CE 347, 1). VEG. mil. 1, 25 p. 27, 1 omnes equites et -a pars peditum. ORIBAS. syn. 8, 1 p. 205, 1 -um aut integrum. *γ oratio bimembris*: VLP. reg. 26, 2 ut filius solus -am partem habeat et nepotes ... alteram dimidiam (*cf.* VVLG. III reg. 16, 21 -a pars ... et -a pars). ITALA II Esdr. 4, 16 (Hier. epist. 34, 4, 4) -i excussorum faciebant opus et -i eorum habebant hastas (COMM. instr. 1, 37, 1 -us Iudaeus, -us vis esse profanus? 1, 41, 11 -um tempus Helias, -um Nero tenebit. AVIEN. Arat. 1082). ITIN. Theod. 18 aratur mense Augusto -us ipse ager ... et alia medietas, cum illud sectum fuerit, aratur.

2 *subst.*: *c. gen.*: PLIN. nat. 2, 248 pilae -um. AVR. VICT. Caes. 40, 17 armorum. QVEROL. p. 52, 12 thesauri. VVLG. num. 15, 9 lev. 6, 20. VITAE patr. 3, 152 p. 791^D peccati (*5, 17, 14* medietatem. *Nau 1912 p. 298 n. 346* τὸ ἥμισυ). ORIBAS. *v. p. 581, 80.* *c.* ex: COD. Iust. 10, 13, 1, 1 ut ex omni patrimonio -um consequatur. *abs.*: MART. CAP. 2, 171 exhinc -o (*sc. temporis*), quam ad lunam conscenderat, ad Cyllenii circulum venit. SIDON. epist. 4, 24, 8 -um relaxare, cum totum possit exigere. *nota in computatione*: BOETH. arithm. 2, 2 p. 81, 15 XXVII -o carent. VICTOR. metrol. 2 p. 87, 20 cum per -um fuerit facta divisio (VVLG. gen. 15, 10). IVL. VAL. 2, 30 p. 102, 24 praedae quoque bellicae pars ex -o vestra fiet (HIER. Didym. spir. 18 p. 120^A). MARCELL. med. 7, 6 ad -um decoques.

3 *ellipt. in praeceptis coquendi* (*cf. l. 1. 33. p. 596, 73*) ad -as (*sc. partes*): MARCELL. med. 14, 2 decoquitur ... ad -as (*Scrib. Larg. 65* ad dimidias). 15, 63 decoques (15, 92. 20, 113. 22, 5 PLIN. VAL. 2, 13). 16, 36 decoquuntur ([*Plin. nat. 23, 142* ad dimidium]. 16, 49. 33, 28). 22, 22 excoques. 35, 4 PS. MVSA herb. Vett. l. 108 ANTIDOT. Brux. 8 DIOSC. 4, 61 p. 34, 19.

B *i. q. semiperfectus*: Ov. rem. 495 -as abrumpere curas. trist. 1, 3, 42 singultu -os impediente sonos (*'imperfecta verba' Burman.* EPICED. Drusi 120. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 9, 655 p. 272, 29 -us sermo ... qui non impletur aliqua occurrente causa). SIL. 2, 623 -um ... furorem (*i. caedem*). HIER. in Is. 17, 9 p. 176^B aratra dimiserunt ... et -a opera. VITAE patr. 3, 143 p. 788^C litteram, quam faciebat, -am reliquit. 3, 197 p. 803^C -a ... complebunt mandata dei (*6, 1, 14* dimidium operis. *Cot. p. 509^B* τὸ ἥμισυ). *de vasis i. q. semiplenus*: GREG. TVR. Iul. 3 p. 579, 17 repperit cupellam, quam paene -am reliquerat, ... redundare. Mart. 2, 32 p. 621, 2 rogat sibi exhiberi ampullam ... semiplenam ... et erat valde -a. p. 621, 6. 3, 24 p. 639, 2 vas ... -um erat. ITIN. Anton. Plac. 20 ampullas -as.

***appendix stilistica*:** **A** *de collocatione: raro postponitur: sensu non partitivo*: BELL. Afr. 14, 2 acies ... -ae (41, 3 LIV. 40, 32, 4). *sensu partitivo*: SCIP. min. or. frg. Gell. 2, 20, 6 per vineas -as. CAES. Gall. 1, 24, 2 in colle -o. LIV. 29, 35, 14 iugo -o. 31, 24, 4 nocte -a (34, 14, 1. 36, 24, 1). 32, 12, 1 VITR. 1, 7, 1. *usu exaggerativo*: SALL. or. Macri 8 ex factione -a. LIV. 22, 51, 6 ex strage -a. SEN. benef. 5, 6, 3. 5, 24, 2 a cognitione -a. dial. 2, 18, 3. 5, 38, 2.

B *c. abl. loci*: BELL. Hisp. 3, 5, 7 -is ... praesidiis cum essent. 29, 3 -a planitie. Alex. 37, 4 -a ... acie (LIV. 40, 32, 4 acie -a). LIV. 21, 5, 13 alveo. 23, 19, 9 amni (23, 19, 12 CVRT. 9, 9, 8). CELS. 7, 13, 2.

C *anticipatio*: VERG. georg. 4, 436 considit ... -us (*cf.* Ov. met. 13, 780 -us ... resedit *i. in colle -o*). Aen. 12, 696 discessere ... -i. Ov. fast. 5, 433 digitis -o cum pollice iunctis (*v. Peter ad l.*). SEN. Phoen. 60 si ... -um ... nostros fulmen in nexus cadat. VAL. FL. 2, 266 -um curru locat. STAT. Theb. 1, 84 i -a in fratres. 11, 426 -as immittit ... habenas (*sc. inter fratres*). HIER. epist. 1, 10, 2 -us ... erumpens. DRAC. laud. dei 2, 22 *sol* -os ... temperat ignes.

D *enallage*: **1** *in vocabulis multitudinis*: VERG. Aen. 1, 440 infert se ... per -os (*al.* VAL. FL. 3, 440 SIL. 10, 42). 2, 123 Calchanta ... protrahit in -os (*al.* SEN. Tro. 676 SIL. 5, 607. 9, 378). 5, 303 quibus in -is sic deinde locutus (*al.* VAL. FL. 1, 148 STAT. Theb. 2, 389). 5, 618 inter -as sese ... coniecit (*al.* VAL. FL. 2, 174 *al.* SIL. 6, 318 *al.* AVSON. 325, 45 p. 111 P.). 12, 497 invadit -os. Ov. fast. 2, 571 in -is residens ... puellis (*cf.* STAT. silv. 1, 2, 10 -as fallit permixta sorores). Pont. 2, 1, 20 incluso -is ... Getis. GERM. 108 tuis -is te ... ferebas ... populis. STAT. Theb. 5, 344 AVSON. 325, 55 p. 112 P.

2 *forma* inter -as res: VERG. Aen. 4, 61 pateram ... vaccae -a inter cornua fundit (5, 479. 6, 245 Ov. ars 1, 291 SIL. 3, 686). 4, 204 -a inter numina divum. VAL. FL. 4, 587 inter -as ... currere cautes. 7, 103 SIL. 4, 482. **3** *varia*: CATVLL. 68, 60 per -um ... transit iter. MORET. 57 traiectus -um sparto ... caseus orbem. HOR. ars 194 neu quid -os intercinat actus, quod non proposito conducat (*cf.* VAL. FL. 2, 613 -as ... intervolat urbes). SEN. Thy. 869 -as dividit Vrsas *Anguis*.

E *pleonasmus*: BELL. Alex. 38, 3 *v. p. 583, 39.* Ov. met. 10, 492 -a ... medulla (VITR. 2, 9, 3 SEN. Herc. O. 1261). LIV. 37, 54, 21 -um umbilicum (41, 23, 13). APVL. met. 5, 1 -o ... meditullio. *v. etiam p. 584, 1. 2. 8. 14. 49. 586, 64. 594, 17.*

indiculus structurarum: a ... ad: *p. 593, 45.* a ... usque ad: *p. 584, 23.* *abl. loci*: *p. 582, 37.* *abl. lim.*: *p. 582, 37. 583, 73. 589, 23. 47. 590, 16. 24. 40. 591, 82. 596, 26.* *dat.*: *p. 582, 77. 583, 74. 588, 12. 590, 62. 65. 596, 17. 24.* ORIBAS. syn. 6, 4, 2 Aa p. 97 -a utrique est (ἐν μέσῳ ἀμφοῖν). ex: *p. 583, 68. 587, 21. 589, 32. 597, 26.* *gen.*: *p. 582, 67. 583, 68. 584, 20. 587, (? 1.) 76. 589, 47. 590, 53. 591, 62. 593, 22. 36. 46 al.* *gen. obi.*: *p. 590, 59. 591, 17. 19.* in *c. acc.*: *p. 593, 43.* in *c. abl.*: *p. 582, 59.* inter: *p. 582, 63. 583, 63. 584, 17. 589, 12. 35. 52. 593, 9. 29 al.*

syn. (*v. et p. 590, 49*): anceps: *p. 592, 49.* arbiter: *p. 590, 60.* communis: *p. 593, 50. 56. 57. 59. 594, 1.* dimidius: *p. 596, 67. 597, 4. 6. 37. 47.* mediator: *p. 590, 76.* semiplenus: *p. 597, 50.* semis: *p. 596, 83.*

app.: communis: *p. 594, 2. 13.* indifferens: *p. 592, 57.* pacator: *p. 590, 57.* publicus: *p. 594, 78.* temperatus: *p. 589, 54. 60. 62.*

opp. (*v. et p. 583, 2. 589, 51. 63*): privatus: *p. 593, 49. 594, 9.* proprius: *p. 594, 2.* totus: *p. 597, 10. 29.* integer: *p. 597, 14.*

comp.: dimidius, ? intermedius, submedius; semediatus. medilunius, mediocris, medioxumus, mediterraneus, mediterreus, meditullium; mesiacris, mezococtus, mesodigestus, mesopicatus, ? mesosupercilium. *cf.* meridie. *deriv.*: ? mediast(r)inus, mediolus, medialis, medianus. medietas. medio.

adv. **medië:** NON. p. 141, 3 medioxime: -e. [*falso trad. pro* medii: TAC. hist. 1, 19, 1. *dub.*: AVR. VICT. Caes. 20, 28 ortus -e humili (*alii alia ci.*).]

i. q. medio modo, mediocriter: **1** *c. adi.*: APVL. Plat. 2, 19 qui nec plane optimi nec oppido deterrimi sint, sed quasi -e morati. PLIN. VAL. 2, 51 ceroti -e temperati. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 60 loco -e obscuro (2, 29, 149 l. -e lucido). 1, 11, 96 vinum ... -e acre.

2 *c. verb.*: **a** *generatim*: VLP. dig. 13, 7, 25 -e igitur haec a iudice erunt dispicienda, ut neque delicatus debitor neque onerosus creditor audiatur. PROB. inst. gramm. IV 148, 28 quando aliquid penitus efficitur ... quando aliquid leviter vel -e geritur (AVDAX gramm. VII 353, 5). LACT. inst. 6, 15, 17 ut vitia, quoniam tolli non possunt, -e temperanda sint (*6, 16, 1* mediocriter). FIRM. math. 2, 25, 6 Sol si bene decreverit, CXX annos decernit, si male, XVIII annos, si -e, XLV (2, 25, 8). EVTR. 7, 13, 1 hic -e imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quaedam crudeliter et insulse (ISID. chron. II p. 455, 243^a). AVG. epist. 18, 2 p. 45, 20 quid summe sit, quid infime ..., quid -e ... sit. HESYCH. in lev. 27, 5 p. 1161^B quicumque ... proficere incipit, non tamen nimis, sed -e. CASSIAN. conl. 8, 4, 2 potest utraque *sententia* ... vel fixe vel -e suscipi, id est ut ei nec plena credulitas nec absoluta refutatio deputetur (8, 5 quae -e sunt tenenda). **b** *speciatim de verbis ambiguis* (*cf. p. 592, 31*): SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 21 ut incestum significaret, -e suspendit orationem. CLAVD. DON. Aen. 1, 375 p. 83, 23 'famam' -e posuit non evidenter adsignans, quali fama, quoniam multi etiam ex mala fama noti sunt (AMBR. in psalm. 61, 14, 1 in Graeco -e positum est, quia ἔδραμον et singularem et pluralem numerum significat. Abr. 2, 11, 87 AVG. quaest. hept. 1, 97 p. 50, 22). AMBR. in Luc. 4, 19 -e respondit dicens: '... non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo dei'. OP. imperf. in Matth. 14 p. 712^extr. non ... dixit 'sanctificemus nomen tuum' ..., sed -e dixit et impersonaliter id est 'sanctificetur'. SCHOL. Stat. Theb. 1, 494 -e dictum (SERV. auct. Aen. 11, 417).

(**mediustīnus** *v. p. 525, 64.*) **medix** *v. s. v.* meddix.

1. medo *v. p. 603, 15.* **2. medo** *v. s. v.* meto.

GLOSS. III 592, 76 **medronus** sisamus. 614, 49. 626, 53 (medc*cod.*). *scribitur* mo-: 595, 33. 629, 32. [*orig. inc., nisi corr. ex* meconus, *cf. p. 516, 40 et Diosc. gr. 4, 64, 1. J. B. H.*] *Bulhart.*

1. medula *v. l. 71.* **2. medula** *v. s. v.* merula.

***medulla**, -ae *f.* [*formam* '-a' *assimilatione ad* medius *ortam primitivamque formam* merulla (*cf. p. 599, 42 et formas Roman. l. 79*) *fuisse, quae cum hibern.* smiur '-a', *anglosax.* smeoro '*adeps*' *coniungenda sit, censet Thurneysen, IF 21, 178 sq. J. B. H.*] *de origine*: ISID. orig. 11, 1, 87 -a⟨e⟩ ... quod madefaciant ossa; irrigant (*cf. p. 599, 30*) enim et confortant. *scrib.* medula: TAB. devot. Audollent 300. *in textu gr.* μεδούλη: HIPPIATR. gr. II 290, 25. merila (*cf. l. 67 et Jeanneret, Tabl. d'exécr. 34*): *v. p. 599, 42.* NOT. Tir. 56, 41. 42 (medilla). *de notione*: GLOSS.^L II Philox. ME 16 mielos (*i.* μυελός) -a. *al.* GLOSS. III 572, 9 pepon i. -a. V 629, 58 -arum membrorum. *legitur post* ENNIVM (*p. 602, 15*) *et* PLAVTVM (*p. 600, 27*) *apud* CIC., CATVLL., LVCR., VERG. *al., saepissime apud artium scriptores. deest e. g.* TER., CAES., LIV., VAL. FL., STAT. Theb., TAC. [*val.* madua, *it.* midolla, *francog.* mœlle, *hisp.* meolo. *M.-L.*] [*falso trad. pro* medela: PS. APVL. Ascl. 22 APON. 1 p. 11^extr. *loc. corr.*: CHIRON 855 ossorum et -arum viscera. *loc. dub. interpr.*: APIC. 3, 91 betas: concides porrum, coriandrum ... et omnia in -am mittes.]

I *proprie i. q.* **μυελός,** *substantia quae inest in ossibus*

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

animantium sive in caulibus *plantarum quasi summam vitae sustinens*: A *in* universum *(nisi tantummodo de -a animalium cogitandum est)*: CELS. 2, 33, 5 *calefacit* cyprinum, irinum, -a, adeps ex fele *eqs.* 5, 15 molliunt ... -ae omnes (-a omnis *J*). CAEL. AVR. acut. 3, 18, 185 adhibentes ... ex adipibus atque -a ... pessaria.

B *in* ossibus animantium *(de natura et qualitatibus -ae fusius disputat* MACR. Sat. 7, 9, 11 sqq.): 1 hominum: LVCR. 3, 250 postremis datur ossibus (*cf. l. 12. 26. 29 sqq. 36. 51. 52 al.*) atque -is ... ardor. HOR. epod. 5, 37 exsecta uti -a et aridum iecur amoris esset poculum (PLIN. nat. 28, 5 -as crurum quaerunt et cerebrum infantium). OV. met. 10, 492 media ... manente -a *Myrrhae* sanguis it in sucos. 14, 208 visceraque et carnes cumque albis ossa -is (*Hom. Od. 9, 293 ὀστέα μυελόεντα*). 15, 390 mutari ... humanas angue -as (PLIN. nat. 10, 188. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 5, 95 [*ex Scauro*]). CELS. 4, 1, 10 *adeps* sensu sicut cerebrum quoque et -a caret. 5, 26, 2 in spina -a percussa est (5, 26, 17. 8, 1, 11 spinae -a cerebro commissa [PLIN. nat. 11, 178 AVG. gen. ad litt. 7, 13 p. 212, 20. MACR. Sat. 7, 9, 22 -a ... longum cerebrum a medicis ... vocata]. 8, 14, 1. *al. cf.* CASS. FEL. 38 p. 84, 10 dorsalis -a). 7, 18, 1 testiculi simile quiddam -is habent. 8, 1, 18 humerus ... sine -a (*cf.* 8, 1, 27 PLIN. nat. 7, 78. 11, 132). SEN. nat. 3, 15, 2 in nobis ... multa genera humoris ..., in ossibus -ae. LVCAN. 7, 843 non intima curant *aves* viscera nec totas ... sorbere -as *mortuorum* (8, 787. 9, 785 putres ... -as [DRAC. Romul. 5, 128]. *cf. etiam p. 600, 45 sqq.*). PLIN. nat. 11, 134 *cerebrum* aliud esse quam -am. APVL. apol. 49 sanguinis species et visceris et ossi et -ae (*Plat. Tim. 82*[C] *μυελοῦ*). TERT. carn. 9 p. 444, 3 Oe. -arum in abdito thesauros ut metalla carnis. CENS. 5, 2 ex -is profluere semen videtur (*cf. infra l. 49 et* LACT. opif. 12, 4). ARNOB. nat. 7, 20 molles ... in ossibus -as (*cf.* LACT. opif. 5, 8. VVLG. Iob 21, 24 -is ossa ... irrigantur [*cf. p. 598, 70*]. AVG. in psalm. 65, 20. BACHIAR. repar. laps. 16 p. 1054[A] internas ossium -as. DRAC. laud. dei 1, 343). LACT. opif. 16, 11 sensus ille incomprehensibilis ... in -a cerebri. FIRM. math. 4, 1, 6 humani corporis -ae, cum luna creverit, crescunt (*cf.* DRAC. satisf. 241). PRVD. cath. 9, 102 ossa, nervos et -as *resurgentium* glutino cutis tegi (*cf.* CARM. de resurr. 156 nectuntur ossa -is). AVG. civ. 14, 24 p. 50, 15 D. pulmones ... omnium, nisi -arum, mollissimi viscerum. anim. 4, 6 p. 386, 11 dentes ... -a carent. VINDIC. med. 16 septimo mense -a *infantis* consolidatur (*cf.* DRAC. laud. dei 2, 85 pinguescunt ... -ae). *al. in defixionibus* (*cf. l. 55*): TAB. devot. Audollent 247, 14 obliga illi pedes, m⟨e⟩m⟨br⟩a, sensus, -a. 300 facia⟨s⟩ illum ... sine -a. 135 A *et* B 8 (*saec. III*) merilas (*item* B 3; *cf. p. 598, 73*) ... defico in as tabelas.

2 animalium (*cf.* GLOSS. III 584, 33 meclo [*i. μυελός*] omnis -a bestiarum): a generaliter (PLIN. nat. 11, 214 sq. *de animalibus, quibus -a inest.* 28, 145 *de usu -arum* [*cf.* CAEL. AVR. chron. 2, 1, 26 ORIBAS. syn. 4, 2. 7 *al. v. etiam l. 57 sqq.*]): VARRO rust. 2, 9, 10 *canes ossibus pastae* acriores ... fiunt propter -arum saporem (*cf.* TERT. pall. 4 p. 933, 8 Oe. ferarum -is educatus). CENS. 5, 2 post admissionem pecudum si quis mares interimat, -as utpote exhaustas non reperiat *eqs.* b certorum animalium: PRIAP. 64, 1 quidam mollior anseris -ā. PLIN. nat. 10, 4 ex ossibus ... et -is eius (*sc. phoenicis*) nasci ... vermiculum *eqs.* 10, 57 emissa ... ossibus -a. NEMES. cyn. 156 *canes* fortibus ut sucis teneras complere -as possint. VEG. mulom. 2, 119, 3 nullum alimentum pervenit ad -am *mulorum.* TAB. devot. Audollent 288 *et* 289 b 6 auferas ab eis (*sc. equis*) nervia, vires, -as. (*cf. l. 41 sq.*). *in* usu *(imprimis medicinali)*: OV. ars 3, 215 cervae ... -as (*cf.* CELS. 4, 22, 3 cervinam [*v. vol. III 945, 68 sqq. 954, 52*]). CELS. 5, 19, 10 vel cervina vel vitulina (5, 24, 3 *al.* SCRIB. LARG. 238 PLIN. nat. 28, 169 *al.*) vel bubula (*v. vol. II 2223, 77. 2224, 35*). PLIN. nat. 28, 96 *hyaenae* (28, 102. 32, 57 MARCELL. med. 35, 19). 28, 161 caprae (28, 202 *al.*). 28, 172 leporis. *ibid.* suum (28, 261). 28, 185 vaccina (MARCELL. med. 27, 103). 28, 244 asininae. 29, 68 leonis (PRISC. rhet. 7, 21 [*gr. μυελοῖς λεόντων*]). 29, 127 *ovium.* STAT. Ach. 2, 100 spissa leonum viscera semianimisque lupae traxisse -as. GARG. MART. cur. boum 6 taurina (*cf.* MARCELL. med. 36, 14 *al.*). PALLAD. vet. med. 51 agnina. PELAGON. 422 -am de pedibus vervecinis (VEG. mulom. 4, 28, 10 CHIRON 541. 804. 807). MARCELL. med. 32, 27 canis. *et al.*

C *in* truncis, ramis, caulibus *plantarum*: 1 generaliter: OV. met. 4, 744 virga recens bibulāque ... viva -ā (CALP. ecl. 5, 115 virgea, ... quibus est aliquid plenae vitale -ae). VITR. 2, 9, 3 incidatur arboris crassitudo ad mediam -am (*cf.* PALLAD. 12, 15, 1), ... uti per eam exsiccescat sucus (2, 9, 4 *arbusta* profundunt e -is ... liquorem. LVCAN. 4, 318 si quos ... tenera sucos pressere -a. EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 918[C] humor ... nutriens ... -am [*gr. ἐντεριώνην*]). COLVM. arb. 26, 4 *surculorum* ne -am ... laedas (PLIN. nat. 17, 106 calami exacutio -am ne nudet. OPTAT. 5, 7 p. 136, 5 de -is palmitum producere radices). PLIN. nat. 16, 181 corpori arborum ut reliquorum animalium ... venae, ossa, -ae. 17, 153 -a, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudinem (*cf.* 17, 180. AVG. in epist. Ioh. 5, 10 intus est -a, quae viget). AVG. in psalm. 4, 5, 3[med.] faber inspicit tamquam -am interiorem ligni. BOETH. cons. 3, 11, 21 W. *herbae* per -as robur corticemque diffundunt. 2 certarum plantarum: CATO agr. 41, 2 sq. *de -a vitis* (*cf.* VARRO rust. 1, 41, 2 COLVM. 3, 10, 2. 3, 18, 5. *et saepe*). COLVM. 5, 6, 17 *ulmus* excavetur usque in -am (PLIN. nat. 17, 252. 24, 49). 11, 3, 53 vel rubi (PLIN. nat. 19, 68) vel ferulae (PLIN. nat. 13, 122 habent ... ligni ... loco fungosam intus -am. 20, 261) -is ... semina cucumeris inserere. 12, 46, 3 sambucus ... apertam et laxam -am habet (PLIN. nat. 15, 64. 16, 103 *al.*). 12, 58, 1 *oleris atri.* PLIN. nat. 13, 39 dulcis -a *palmarum* in cacumine, quod cerebrum vocant. 16, 58 *piceae* -a ... uritur (*cf.* 37, 42 VEG. mulom. 3, 12, 3). 16, 160 calamus ..., cui plurima inest -a (*cf.* 16, 165). 16, 183 neutrum (*sc. nec adipes nec carnes*) habent buxus, cornus, olea, nec -am. 16, 187 *laricis* (*cf.* 16, 192. 195). 16, 197 *iuniperi* -a ubicumque solidior ... quam cedris. 19, 18 *lini* (*cf.* 37, 48). 19, 109 *porri.* 23, 130 *caprifici* (*cf.* MARCELL. med. 34, 58). 25, 53. 58 *hellebori.* 26, 72 apios ischas ... intus habet -am (*Mayh. dubitanter,* mammam *codd.*) candidam. 27, 45 *absinthii* -a Pontici dulcis. *al.* MARCELL. med. 31, 52 olivae. PS. APVL. herb. 110 l. 3 cardi silvatici. APON. 7 p. 134 omni *fistulae* -a conrosa. *singulariter i. q. ramus*: ITALA Ioh. 12, 13 (cod. r) sumpserunt -as (*τὰ βαΐα, Vulg.* ramos) palmarum (*aliter l. 6*). *i. q. summa arbor*: VVLG. Ezech. 17, 3 aquila abstulit -am (צַמֶּרֶת) cedri, summitatem frondium eius avulsit (*cf.* 17, 22).

II *translate de* partibus intimis (*cf.* PAVL. FEST. p. 123 medullitus ex intimis -is [NON. p. 139, 8 a -is]. PETR. CHRYS. serm. 120 p. 527[A] in -is [*i. in medio*]): A *animantium (ubique fere numero plurali; sing.: l. 28. 29. 73. p. 601, 35. de -is bestiarum v. l. 37. 57. 61. p. 601, 37. 52)*: 1 *de -is tamquam* sede vitae et vigoris: a *in* elocutionibus *ad* detrimenta *-arum pertinentibus: -ae afficiuntur lassitudine, fame, febri*: PLAVT. Stich. 340 perii, quoi -as (-am *P*) lassitudo perbibit :: quid ego, quoi misero -as (-am *P*) ventris percepit fames. CATVLL. 58, 30 defessus ... omnibus -is. SEN. Thy. 98 famem infixam intimis ... -is (epist. 94, 6. HEGES. 5, 21, 16 f. ... in ipsas populi -as descenderat. 5, 40, 10 [*Ios. bell. Iud. 6, 204 διὰ σπλάγχνων καὶ μυελῶν*]). SER. SAMM. 494 siccatae febre -ae (HIER. epist. 22, 30, 3 -is infusa f. membra depasta est. SIDON. epist. 1, 5, 8 f. sitisque ... -arum secretum depopulabantur). PS. AVG. serm. ed. Mai 2, 1 morbus per -arum recessus currebat. *tabe, venenis sim.*: OV. met. 9, 174 -is tabe liquefactis (MANIL. 1, 881 tabe corripit exustis letalis flamma -is. 5, 681 *de thynno.* PETRON. 119 v. 54 tabes tacitis concepta -is. *cf.* LVCAN. 9, 930 pestis nigris inserta -is. SIL. 1, 174. 2, 461. PRVD. perist. 4, 131 putrescentes tenuat -as tabidus umor). SEN. Herc. O. 538 ut ... virus ... intret -as ([FIRM. math. 6, 15, 7 -is ingestum veneni v. err. 18, 5]. 1220. 1227 pestis ... hausit -as [1262. LVCAN. 9, 742 carpit ... -as ignis edax *eqs.* SIL. 13, 297 APVL. met. 10, 26]. CLAVD. 20, 13 ulcera possessis ... suffusa -is. PRVD. c. Symm. 1, 537 [*trop.*]). LVCAN. 6, 539 durescunt ... -ae *mortuorum* (*cf.* 6, 629 gelidas leto ... -as. 6, 668 tabo ... -as abluit *Erictho.* 6, 753 nova desuetis subrepens vita -is [SEDVL. carm. pasch. 4, 287 anima ... repente (*cf. p. 601, 7*) -as *Lazari resuscitati* (*op. pasch. 4 p. 271, 14* a. ... fibris infusa). DRAC. laud. dei 3, 632 ad absumptas ... -as]). b alia: CIC. Tusc. 5, 27 qui omne bonum in visceribus -isque condideris. LYGD. 1, 25 teque suis iurat caram magis esse -is. MANIL. 5, 624 in proprias animam transferre -as. AMM. 30, 4, 13 ad usque (*cf. etiam l. 49. 55 73*) ipsas -as exsuctus (VVLG. Hebr. 4, 12 sermo dei ... pertingens usque ad divisionem compaginum et -arum [*μυελῶν*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 7, 1 *gladium* usque ad carnes et -as [*gr. ἕως ... μυελῶν*] non parcere). HIER. epist. 54, 9, 1 iuveniles -ae vino plenae. PRVD. ham. 196 de ... acidis ... -is *serpentis.* perist. 1, 108 praedo ... se -is exuit (ham. 898). c. Symm. 2, 405 (*in imag.*) animam, per quam res publica ... calidis (*cf. p. 601, 21*) animetur tota -is. CLAVD. carm. min. 25, 145 fixis haeserunt tela -is (CORIPP. Ioh. 4, 174). 49, 6 *torpedo* frigus ... -is miscuit *eqs.* AVG. anim. 4, 33 p. 411, 15 animam ... a -is intimis usque ad superficiem cutis ... accepisse corporis formam (CORIPP. Ioh. 4, 2 ab i. ... -is. *cf.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 296, 14 umorem usque de -is ... siccat *nitrum*). PETR. CHRYS. serm. 92 p. 459[B] arida ... membra -is vitalibus in viscera fecunda viridantur. VEN. FORT. vita Germ. 37, 106 vigor -as introiit (*opp.* cute summa).

2 *de -is tamquam* sede affectuum: a generatim: *suscipiuntur affectus, cogitata -is vel e -is prorumpunt*: CIC. Tusc. 4, 24 cum ... hic fervor ... animi ... tamquam in venis -isque insedit (SEN. dial. 9, 11, 8 hoc [*sc. dictum*] si quis in -as demiserit. epist. 114, 25 in -as nervosque descendere deliciae. FRONTO p. 27, 7 N. amoris imber ... in -am ultro fluit. AMM. 25, 9, 8 ad -as usque bonorum pervenit. AVG. beat. vit. 2, 14 p. 100, 18 totum *mel conclusionis* in -as traicio). Att. 15, 4, 3 (*cf. vol. VII 1, 952, 83*) illa ... de Buthrotiis, quae mihi sunt inclusa -is (VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 diversi adfectus isdem visceribus ac -is inclusi. *cf.* OV. trist. 1, 59 amicitia tua mihi ... imis infixa -is. SEN. Herc. O. 451 penitus sedet fixus -is *amor*). CATVLL. 64, 196 querellas ... extremis proferre -is (*cf.* CLAVD. 10, 7 -is erupit gemitus). DIRAE 101 prius ... quam tua de nostris emigret cura -is. PROP. 1, 9, 21 *Amoris* arcum sentire -is (2, 12, 17 *A.* siccis habitare -is. SEN. Phaedr. 279 [*in vers. susp.*] labitur totas furor in -as. COLVM. 10, 211 amor ignescit menti saevitque -is). SIL. 1, 60 (*trop.*) penitus ...

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is sanguinis humani flagrat sitis. 2, 516 *Fides* fusa -is (VICTORIN. ad Ruric. epist. 2 p. 444, 7 bonum -is infusum. DRAC. Romul. 10, 29. *cf.* PRVD. cath. 4, 18 postquam combiberint deum -is [*cf.* 6, 15 mens . . . totis bibit -is obliviale poclum. 9, 6 spiritum . . . per -as hauriens]). IVV. 14, 215 nondum implevere -as . . . mala nequitiae. HIER. tract. in psalm. I p. 231, 21 verbum . . . est in corde, inscribitur in -is. PRVD. perist. 2, 493 repens (*cf. p. 600, 47*) -as indoles *fidei Christianae* adflarat. 10, 732 si modo animo ac -is . . . ardor aestuet videre Christum. AVG. in psalm. 65, 20 non . . . in superficie, in -is meis . . . diligo te. *et al.* *homines tamquam in -is foventur, recoluntur*: CIC. Phil. 1, 36 in -is populi Romani ac visceribus haerebant (*cf.* epist. 15, 16, 2). STAT. silv. 2, 7, 127 frequentat ipsum *maritum* imis altius insitum -is. AVSON. 197, 15 p. 57 P. in nostris recales -is. 394, 21 p. 253 implicitum . . . te nostris interne -is. *adde*: SIL. 1, 345 haustus . . . -is *Hannibal*. CLAVD. 28, 78 totis inolevit Roma (*personata*) -is. *iuncturae notabiliores*: (in) omnibus (totis, ipsis) -is (*i. toto animo*) *diligere, cogitare sim.*: TREB. Gall. 11, 8 pariter sudate -is omnibus inter vos (AVG. in psalm. 39, 20[fin.] o. -is nostris . . . dicamus [serm. 46, 8, 7 o. -is suis . . . clamantem (*cf. l. 31*)]. serm. 210, 4, 5). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 71, 1 in ipsis, ut ita dicam, -is (*gr.* τὸν μυελόν) meis conficior. PRVD. ham. 511 calidis (*cf. p. 600, 59*) . . . animam peccare -is. AVG. conf. 7, 1, 1 totis -is meis credebam (PROSP. epigr. 69, 11 t. -is diligat). in psalm. 85, 8 sincerissimis -is . . . dilige. *et al.* *-a cordis, animi* (*ap.* ECCL.): HIL. in Matth. 11, 4 animi -is inanis (AVG. conf. 3, 6, 10 -ae animi . . . suspirabant. serm. 50, 9, 13 *verba* animae suae -is infundat. APON. 1 p. 12[in.]). AVG. in psalm. 90 serm. 2, 8[extr.] -is viscerum suorum. 101 serm. 1, 10[in.] loquatur tibi -a cordis (c. Iul. 1, 7, 35 POSSID. vit. Aug. 2 RVRIC. epist. 2, 10 p. 386, 7). AVG. civ. 22, 21 p. 603, 7 D. de intimis ardentis sancti amoris -is. lib. arb. 3, 2, 5 omnibus ossibus atque -is conscientiae suae clamarent (*cf.* CAES. AREL. serm. 72, 4 p. 292, 25). *et al.* **b** *laeduntur, consumuntur -ae affectibus* (*plerumque in imag. ex 1 a sumptis*): **α** *consumuntur igne* (*cf. etiam p. 600, 42. 82. 84*): CATVLL. 35, 15 ignes interiorem edunt (*cf. l. 37*) -am. 45, 17 ignis mollibus ardet in -is. 64, 93 imis exarsit tota -is. 100, 7 cum . . . meas torreret flamma -as (VERG. georg. 3, 271 avidis . . . subdita f. -is *equarum*. Aen. 4, 66 est [*cf. l. 34*] mollis f. -as [*cf.* CLAVD. DON. *ad l.*]. OV. am. 3, 10, 27 tenerae flammam rapuere -ae. met. 14, 351 f. . . . per totas visa est errare -as. SEN. Ag. 132 Med. 819 LVCAN. 5, 811 PETRON. 121 v. 105. *et al.*). VERG. Aen. 8, 389 accepit solitam flammam notusque -as intravit calor. OV. epist. 4, 15 fovet igne -as. STAT. Ach. 1, 304 fax *amoris* vibrata -is. APVL. met. 10, 3 tui oculi . . . meis -is . . . commovent incendium (PS. CYPR. pudic. 10 p. 21, 15 in -is versata caeca incendia. AVIEN. Arat. 1176). *et al.* **β** *alia*: CATVLL. 66, 23 exedit (*cf. l. 34. 37*) cura -as (OV. am. 2, 19, 43 mordeat . . . tuas . . . cura -as. met. 1, 473 *Amoris sagitta* laesit traiecta per ossa -as [SEDVL. carm. pasch. 1, 38 opem laesis adhibete -is]. SEN. Phaedr. 282 *amor* vorat tectas penitus -as). HOR. epist. 1, 10, 28 accipiet damnum propius . . . -is. OV. ars 3, 793 sentiat ex imis Venerem resoluta (*cf.* met. 9, 484) -is. met. 14, 431 luctibus . . . tenues liquefacta -as. APVL. met. 8, 7 penitus in -is luctu . . . carpebat animum. NEMES. cyn. 212 *amor* imas agitat sub corde -as *canum*. FAVST. REI. epist. 10 p. 216, 27 vulnera . . . -is impressa. DRAC. Romul. 10, 351 stimulet quae forma -as. *et al.*

B *rerum*: **1** *strictiore sensu, i. q. media, intima pars*: **a** *seminum vel frugum, i. q. nucleus, granum, caro* (*notione propius accedente ad sens. propr.*): PETRON. 137, 10 inanes . . . ac sine -a ventosas nuces. PLIN. nat. 16, 24 scillae interioris -ae tenerae contritae. 18, 87 *siligo* salsā aquā sparsa candidiorem -am *reddit* (VVLG. deut. 32, 14 -a tritici. APIC. 2, 43 siliginis). 18, 112 *zeae* nudata conciditur -a. 19, 53 *frugum*. PALLAD. 4, 10, 17 *citrei* acres -as mutare dulcibus. HIER. tract. in psalm. I p. 301, 20 granum frumenti . . . -am habet, adipem, . . . pinguedinem. in Ier. 4, 60, 2 paleis . . ., quae -am non habent (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 24, 5 GREG. M. moral. 16, 66[extr.]). in Os. 8, 7 p. 885[D] semina, quae -am non habent, quam Graeci ἐντεριώνην vocant. PRVD. c. Symm. 2, 961 priusquam messis . . . conceptas tenero solidaret lacte -as. **b** *aliarum rerum* (*personatarum: l. 69. 78*): PLAVT. Stich. 341 *v. p. 600, 27*. CATVLL. 68, 111 caesis montis . . . -is. SIL. 12, 136 *Tellus* ustis . . . calefacta -is. PLIN. nat. 37, 79 *beryllos* gratiores fieri -a candoris exempta. QVINT. inst. 2, 1, 11 communes loci . . . in mediis litium -is versantur. APVL. Plat. 1, 16 *venas* per -as renum commeare (*perperam accepto Plat. Tim. 91[A]*). TERT. resurr. 3 p. 29, 26 *opp.* in superficie (HIER. in eccl. 12 p. 1113[A]. *cf.* epist. 53, 8, 19 *opp.* in cortice [58, 9, 1]). IVVENC. 2, 613 disruptis . . . labentur cuncta (*sc. totus mundus*) -is. MARCELL. med. 1, 38 -am sive vitellum ovi (36, 54. CASS. FEL. 78 p. 190 -am croceam). 33, 51 -am panis (PS. THEOD. PRISC. add. p. 296, 24) siccam *eqs.* SYMPH. 170 farina . . . totis conlisa -is.

2 *latiore sensu de rebus optimis, quibus quasi substantia continetur, fere i. q. praestantia, vigor, dignitas*: **a** *rerum corporearum*: IVV. 8, 90 ossa . . . rerum (regum *v. l.*) vacuis exsucta (exucta *v. l.*) -is. AMM. 16, 8, 12 eos . . . -is provinciarum saginavit. VVLG. gen. 45, 18 dabo . . . omnia bona Aegypti (*cf. p. 602, 3*), ut comedatis -am terrae (*cf.* TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 309, 1 omnes -as eius [*sc. terrae*] victui extorques). SALV. gub. 7, 8 Aquitanos . . . -am fere omnium Galliarum . . . habuisse. OP. imperf. in Matth. 1 p. 614[med.] sicut Iacob . . . -am Aegypti manducaret, sic Christus . . . -am huius mundi *eqs.* VVLG. num. 18, 12 -am olei et vini ac frumenti. **b** *rerum incorporearum* (GLOSS. V 663, 1 *et* 63 -as rei exquirere: penitus veritati insistere): GELL. 18, 4, 2 sanguinem . . . ac -am verborum eruere *eqs.* TERT. scorp. 12 p. 172, 5 -am scripturarum *nosse* (HIER. c. Lucif. 11. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 1, 3 in -as . . . divini descendit eloquii *eqs.* AVG. in euang. Ioh. 24, 5 litera veteris testamenti . . ., si ad eius -am perveniatur, pascit). HIER. in Is. 55, 1 p. 530[B] sapientia . . . non est in foliis ac floribus verborum, sed in -is ac fructibus sensuum (PS. RVFIN. in Am. 2, 13 sqq. mysticorum . . . sensuum -a. SIDON. epist. 7, 13, 2 *opp.* spuma verborum). ANIAN. Chrysost. hom. prol. p. 976 *expositionum loca* plena . . . -ae. PS. RVFIN. in Os. 10, 11—12 -a pietatis. PROSP. epist. 2, 9[extr.] caritatis. *singulariter de homine*: ENN. ann. 308 *Cethegus* dictust . . . suadae . . . -a (*cf.* CIC. Brut. 59).

deriv.: medullaris, medullatus, medullitus, medullo, medullosus, medullula. *comp.*: emedullo.

medullāris, -e. *a* medulla. *i. q. ad medullas pertinens*: APVL. met. 7, 17 ictibus . . . dedolabar, ut usque plagarum mihi -is insideret dolor. ANTIDOT. Brux. 156 ad febrem -em.

medullātus, -a, -um. *a* medulla, *cf.* emedullatus. [*falso trad. pro* e-: APVL. Plat. 2, 16 *v. vol. V 2, 424, 13.* *dub.*: GREG. M. epist. 7, 8 scripta . . . -a (medullitus R^1, *fort. recte, cf. l. 70*) mihi caritatis verba locuta sunt.]

1 *i. q. medullae plenus, medullosus*: PAVL. NOL. carm. 31, 319 ossa . . . -is penetralibus edere nervos. CASSIOD. anim. 9 p. 1297[A] quemadmodum ossa nos -a corroborent. *de plantis*: PLIN. VAL. 3, 38 radicibus rumicis . . . -is. *latiore sensu: i. q. adipatus, pinguis*: VVLG. Is. 25, 6 faciet dominus . . . convivium . . . pinguium -orum (מְמֻחָיִם). 34, 6 de sanguine -orum arietum. psalm. 65, 16 holocausta -a ([μεμυαλωμένα]. HIER. in Mich. 2, 6 p. 1210[A] VEN. FORT. carm. 3, 6, 53. *cf.* HIER. in Am. 2, 5 p. 1054[A] vota pinguissima et hostias -as offerre. PS. AVG. serm. 47, 2 -a . . . sacrificia). *in imag.*: PAVL. NOL. epist. 16, 11 *non* vacuum figmentorum sed -um veritatis corpus exornans.

2 *i. q. implicitus, abditus*: HIER. in Is. 30, 26 p. 350[C] non intellegentes apocalypsim . . . in superficie litterae -a ecclesiae sacramenta contexere. *cf.* medullo.

ˣ**medullitus** *adv.* [*a* medulla, *cf.* fund-, radic-itus. *J. B. H.*] *inter alia adverbia in* itus *affert* PS. ASPER gramm. suppl. 54, 11. *de notione*: PAVL. FEST. p. 123 ex intimis medullis. NON. p. 139, 9 *v. l. 58.* GLOSS.[L] I Ansil. IM 56 imitus -s, funditus. IV Plac. M 20 -s capti usque ad penetralia medulla (?) detenti. GLOSS. II 373, 44 μυελόθεν -s. *legitur post* ENNIVM, PLAVTVM, VARRONEM *apud* APVL. *et* ECCL., *saepissime apud* GREG. M. [*falso trad.*: GLOSS.[L] II Philox. ME 17 mellitus (*Heraeus*, -s *trad.*) ἡδονικώτατος.]

A *strictiore sensu, i. q. usque ad medullas, ab intestinis partibus, intra viscera*: VARRO Men. 77 ut igni fervido -s . . . intus eruat (*Buecheler*, servat *cod.*) frigedinem. PASS. Macc. 3, 12 cum -s sitis exureretur incendio. FIRM. math. 3, 1, 16 nisi . . . calore . . . dominante extinctus -s sanguis aruerit. ENNOD. opusc. 3, 191 p. 380, 19 *catarrhus* se -s inserens. *intra interiores partes frugum*: ZENO 1, 16, 10 granum . . . frumenti . . . reviviscit nec mortem -s capit. 2, 27, 2 uva . . . prelo premitur . . ., donec omnis dulcedo -s exigatur.

B *latiore sensu, i. q. imitus, penitus, funditus*: **1** *generatim*: ENN. sat. 7 Enni poeta . . ., qui . . . versus propinas flammeos -s (NON. p. 139, 9 a medullis). PLAVT. Truc. 439 ostendit sese . . . mihi -s. APVL. met. 7, 2 -s ingemebam (AMM. 14, 1, 9. 15, 2, 3). flor. 18 p. 92 summis -s viribus contendunt. ZENO 1, 1, 2 fides conscientiam -s mundat (PS. AMBR. paenit. 5 p. 977[B] conscientia -s pulsat et interpellat sensum. GREG. M. moral. 9, 23 p. 872[C] superna indignatio sese . . . -s movet). FAVSTIN. trin. 1, 14 p. 49[A] expressius et vivacius et -s unitatem . . . excluderes. CASSIAN. conl. 22, 6, 6 interiore . . . homine . . . omnimodis ac -s mortificato. CLAVD. MAM. anim. 3, 12 p. 176, 17 quod -s eruam. CASSIOD. in psalm. 31, 3. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 9 mentem -s in humilitate . . . sternere. 1, 10, 11 viscera -s replentur *sacro verbo*. 2, 7, 11. moral. 9, 52 humilitatis culmen -s tenuit. past. 3, 22 p. 92[A] pacem . . . exteriorem solvite, sed interiorem . . . -s custodite. epist. 5, 43 *epistolae* mihi -s loquebantur (*cf. supra l. 24*). *al.* ISID. sent. 3, 11, 2 -s . . . veritatis arcana non tangunt (*opp.* in superficie). **2** *speciatim*: **a** *c. voc. affectus, fere i. q. toto animo*: PLAVT. Most. 243 -s . . . amare (GREG. M. in Ezech. 1, 9, 30. 2, 3, 8 mens . . . ad illum quem diligit -s suspirat *eqs.* epist. 7, 5 p. 448, 8 vos -s amplectimur). CYPR. mort. 14 p. 305, 15 -s ignis aestuat (ZENO 1, 4, 5 -s mulier ardoris . . . conflagraret incendio. AMM. 30, 8, 10 invidiā . . . -s urebatur. SIDON. epist. 8, 7, 4 -s aestuantes. GREG. M. moral. 4, 65 -s inardescit *Iob.* 7, 34 -s inflammantur *iracundi*). **b** *in animum aliquid recipere vel inserere*: PRVD. ham. 391 serit ille (*sc. diabolus*) -s omnes nequitias *eqs.* AVG. c. acad. 2, 2, 5 *religio* nobis insita et -s implicata. serm. 293, 3 verbum -s conceptum. GREG. M. in Ezech. 14, 42 *iustitia* -s inhaesisset. moral. 24, 30 vulnus -s inflictum. epist. 10, 16 facundia . . . saporem -s infudit.

medullo, -āvī, -āre. *a* medullatus *per deriv. retrogradam*

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

q. d. formatum; *cf.* emedullo *et Gölzer, Lat. de St. Jér. p. 159.* [*falso trad.* ITALA num. 24, 8 (Lugd.) et -vit *pro* e- (*v. vol. V 2, 424, 21*).] *propr. i. q. medulla replere*: AVG. anim. 4, 5 p. 386, 7 quando ossa durari, quando incipiant -ari. *transl. i. q. pinguem, locupletem facere*: PAVL. NOL. epist. 23, 41 p. 197, 14 *deus* nos vestrae pinguedinis suco ... -vit. *cf.* medullatus.

medullōsus, -a, -um. *a* medulla. *i. q. medullae plenus*: CELS. 8, 1, 18 humerus ... extremis utrimque capitibus ... sine medulla ..., medius ... -us. 8, 1, 24 *capita feminum* -a.

medullula, -ae *f.* *a* medulla *demin.* CATVLL. 25, 2 *cinaedus* mollior ... anseris -a (*cf. p. 599, 51*). *Buchwald.*

medus, -ī *m.* [*vox german.* (*theod.* Met); *v. Sofer, Lat. u. Roman. aus d. Etym. d. Isid. 145 sq. J. B. H.*] ISID. orig. 20, 3, 13 -us quasi 'melus', quia ex melle fit. *in codd. scrib. etiam* metus, met, mez, medo. *de re cf. Hoops, Reallexikon 3, 217 sq. Schuster, RE XV 1297 sqq.*

i. q. compositio ex melle et aqua vel vino mixta (GLOSS. -o est potus, qui fit ex melle): ANTHIM. 15 cervisa bibendo vel -us et aloxinum quam maxime omnibus congruum est. *ibid.* de -us bene factum, ut mel bene habeat. 76 mel habeant admixtum vel vinum aut -us (-um *A*). VEN. FORT. vita Radeg. 15, 36 vini ... puritatem aut -i decoctionem cervisaeque turbidinem non contigit.

mefīticus, -a, -um. *a* mefitis. *i. q. foetidus*: SIDON. epist. 3, 13, 6 os ..., quod spurcat frequenter exhalatus ... -us (-ph- *T*) odor. *tropice*: ENNOD. opusc. 2, 9 p. 290, 9 redeamus ad ... non solum ex hara (*Sirm.*, (h)ala *codd.*) productam, sed -am (myf- *B*, mysticam *cett.*) propositionem.

mefītis (Mefītis), -is *f.* [*vocab. oscum, cf. o.* Mefit⟨eí⟩ '*Mefiti*'; *v. Ribezzo, RivIGI. 10, 214. J. B. H.*] *de orig.*: *cf. l. 32. in codd. interdum scrib.* meph- (*cf. l. 24. 37. 49*). *de formis*: *acc. sg. in* -im (*cf.* PRISC. gramm. II 328, 5 -is [memf- *L*] quoque, quod proprium est a Graeco μεϕῖτις ut quibusdam videtur mutatione s in f translatum, rationabiliter in 'im' fecit accusativum: Vergilius [*l. 49*]): VERG. (*l. 49*) PORPH. AVSON. HEGES. *in* -in (*cf. l. 49*): SERV. *l. 38. 39. in* -em: *v. l. 49.* *acc. pl. in* -es: *v. l. 54.* *gen. pl. in* -um: *v. l. 67.* *de notione* (*cf. etiam l. 52*): SERV. Aen. 7, 84 (*in codd. praeter A ubique* meph-) -is proprie est terrae putor, qui de aquis nascitur (GLOSS. V 554, 38) sulphuratis ...; alii -in (-im *AL*) deum volunt Leucotheae conexum ...; alii -in (-im *A*) Iunonem volunt, quam aërem esse constat. novimus autem putorem non nisi ex corruptione aëris nasci ..., ut sit -is dea odoris gravissimi, id est grave olentis (*cf.* GLOSS.[L] IV dub. Plac. M 6 dea quae pluribus Italiae locis religiose colitur et in Lucanis quoque; huius deae fons est, ex quo gravissimus odor redditur sulphureus). GLOSS. δυσοσμία. ὀζομενία. δυσωδεία putor, -is, foetor. [*ex coni.*: GLOSS. V 313, 31 (*v. Sonny, ALL 12, 1902, 127*).]

1 *appellativum, i. q. halitus mali odoris*: VERG. Aen. 7, 84 Albunea, ... quae maxima sacro fonte sonat saevamque (saevumque *M*) ⌊exhalat opaca -im⌋ ([*P²* *et Prisc.*, -em *R*, mephitin *Serv.*, mepithim *M*. ⌊ ⌋ *mutuatur* AVSON. 359, 11 p. 216 P. *ad cunnum detorquens. cf. etiam l. 57*]. *cf.* SERV. *l. 36.* CLAVD. DON. in l. p. 17, 11 id est odorem gravissimum. *falso explicant*: PORPH. Hor. carm. 3, 18 p. 118, 24 apud -im pestiferi odoris paludem. SCHOL. Pers. 3, 99 *v. l. 55*). PERS. 3, 99 gutture sulpureas lente exhalante -es (SCHOL.: a loco foetido dixit, qui in Italia graviter spirat ut Vergilius [*l. 47*], per indigestionem vomitus sulfurei). HEGES. 1, 35, 3 antrum, per quod graveolentis praecipitii profundum saevam exhalat -im (*cf. l. 49*). ENNOD. carm. 2, 112, 7 oscula nulla petas, madidam suspende -im (mifitem *LV*, infitem *B*).

2 *nomen deae* (*cf. Wissowa, Rel. u. Kult.² 246. Marbach, RE XV 118*): VARRO ling. 5, 49 ibi (*sc. in secunda regione Esquiliae*) ... lucus -is (*cf.* FEST. p. 351 aedis -is). PLIN. nat. 2, 208 spiracula vocant ... in Hirpinis Ampsancti ad -is aedem locum, quem qui intravere moriuntur. TAC. hist. 3, 33, 2 -is templum. *in tit.*: CIL V 6353 -i ... aram et mensas III dedit. IX 1421 ⟨Me⟩fiti vot(um) ⟨s⟩olvit. X 130 -i sacrum (131 -i Utianae s. [133. *cf.* 132 -i U. donu(m)]). 203 -i fisicae. 5047 -i d. d. *plur.*: CIL X 3811 add. p. 976 -u(m) sacra (*cf. Mommsen ad l.*).

megabȳzus *v. Onom.* **megalē** *v.* mygale.

Hilarus sacerdos Isidis reginae **megalēphor(us)** CIL VI 32463 (*cf. Ruggiero, Diz. epigr. IV 89ᵃ et Wissowa, Rel. u. Kult.² 358 adn. 5. Lumbroso cft. Hesych.* βυσσοφαρεῖ· μεγαλοφαρεῖ *et* βυσσοβαρῆ· μεγάλα ἀπὸ τῶν καταφερομένων εἰς βυθὸν διὰ τὰ βάρη. *ad eum, qui statuam deae portat, refert Poland per litt.*). *ad formationem cf.* μελανηφόρος.

propter gloriam appellatum **megalīum** *unguentum* ex oleo balanino *eqs.* PLIN. nat. 13, 13. *gr.* μεγαλεῖον, μεγάλλιον.

megalographia, -ae *f.*, μεγαλογραφία. *i. q. pictura magna* (*cf. Rodenwaldt, Mitteil. K. D. Arch. I., Röm. Abt. 29 p. 194 sqq.*): VITR. 7, 4, 4 tricliniis hibernis non est utilis ... -ā (*Joc.*, melogr- *GH*) ... subtilis ornatus. 7, 5, 2 -ae habentes deorum simulacra seu fabularum dispositas *eqs.*

megalopolis, -is *f.*, μεγαλόπολις. *i. q. metropolis*: CONC.[S] II 3, 3 p. 67, 28 sanctissimum -is (*Φᵃᶜ*, magnae Constantinopolis *Φʳ*, *II 1, 3 p. 60, 3* τῆς μεγαλοπόλεως) archiepiscopum. *cf. Onom.*

megarum, -ī *n.*, μέγαρον. CIL XIV 18 ⟨Isi⟩aci magar(um) de suo restitu(erunt). 19 -um ampliaverunt. *cf. Roeder, RE IX 2125, 65. Ebert, RE XV 220, 45 sqq.*

meg(i)o *v. s. v.* meio (*l. 25*).

megistānēs, -um *et* **megistānī** (meges-: *l. 11. 14*), -ōrum *m.*, μεγιστᾶνες, μεγιστάνοι. *acc. pl.* -as: *l. 8. 9.*

i. q. proceres, primates regni (*cf. König, RE XV 330 sq.*): SEN. epist. 21, 4 -as et satrapas et regem ipsum ... oblivio alta suppressit. TAC. ann. 15, 27, 3 -as Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum excindit. FRONTIN. strat. 2, 9, 5 Corbulo ... in Vadandum ex -is (meges- *HP*), quos ceperat, animadvertit. SVET. Cal. 5 regum ... regem ... convictu -um abstinuisse, quod apud Parthos iustiti instar est. ITALA IV Esdr. 15, 16 non curabunt regem suum ⌊et principem megestanorum (egentes tenorum *M*, maiestanorum *C marg.*) suorum⌋ (⌊ ⌋ *om. A*) in potentia sua.

mehe *v. s. v.* ego (*vol. V 2, 256, 74*).

meherc(u)le, meherc(u)lēs, *sim. v. s. v.* Hercules.

meile, meiles *sim. v. s.* mil(l)e, miles *sim.* *R.*

²meio (*i.* *meịịo), mīxī (mexi: *l. 31*), mictum, -ere (-āvī, -āre: *l. 35. 37*). [*ex* *meiĝhịō (*vel* *meiĝhō?), *cf. c. sanscr.* mēhati '*meit*', *gr.* ὀ-μείχειν, *anglosax.* mīgan, *serbocroat.* mižati '*meiere*' *et c.* mingo. *J. B. H.*] *de sonis et orthogr.*: *de* i '*duplici*' (*cf.* aio): PRISC. gramm. II 494, 16 'e' ... antecedente in 'io' unum invenio 'meio' tertiae, in quo similiter i loco consonantis est *eqs.* (EVTYCH. gramm. V 476, 21). *scrib.* meg-: CHIRON 680 ut megire possit. *cf. l. 57. 60. 83.* mi-: CIL III 1966 (*p. 605, 6*). *de formis* (*v. Solmsen, IF 31, 1913, 469²*): CHAR. gramm. p. 319, 10 B. forma ..., qua perfectum in 'xi' litteras cadit, velut ... 'meio meis mixi' ([*P*, mi(n)xi *N*]. *cf.* p. 345, 20 verba quae perfectum mutant ... 'meio mixi' [mi(n)xi *N*]. PROB. cath. gramm. IV 36, 3 uno i inveni tertiae correptae 'xi' faciens perfecto, meio meis mexi [*cf. Solmsen, l. c.*]. *aliter* PHOC. gramm. V 434, 13 in 'xi' mittunt praeteritum ... 'meio minxi' [*cf. l. 53 et s.* mingo]). p. 477, 19 (*inter verba coniug. IIIᵃᵉ*). p. 478, 23 -o οὐρῶ (*inter verba coniug. IVᵃᵉ* [*errore ut vid. cf. l. 41*]). DIOM. gramm. I 369, 11 (*ex Probo*) 'mingo minxi'; sed 'm⟨e⟩io m⟨e⟩is m⟨e⟩i[t]' et 'meio meias meiavi'; dicitur et 'mixi' (PRISC. gramm. II 495, 5 quidam ... etiam 'meio meias' dici putaverunt *eqs.*). meio, -āre (*sec.* cacare [*cf. Solmsen, l. c.; Heraeus, Kl. Schr. 175³*]; *v. l. 35. 37. cf. form. roman. l. 56 et compos. p. 605, 23. 24*): PELAGON. *l. 67* (*ubique ut vid.*), CHIRON *l. 70* (*iuxta* meio, -ere), DAMIG. *l. 76*, PS. THEOD. PRISC. *l. 77*, VINDIC. *l. 78*, DIOSC. *l. 79*, CIL III 1966 *p. 605, 6*. [? mio, -īre *falso trad.* DIOM. gramm. I 369, 11 [*v. l. 34*], *vix recte tuetur Solmsen, l. c. cf. et l. 34*]. mīxī (= *gr.* ὤ-μειξα [*v. Solmsen, l. c.; Sommer, Handb.²·³ 500*]. *cf. l. 28 sqq. 36*): *unica tradita forma in tit.* (*v. l. 80. p. 605, 5. 7*); *ap. scriptores* mixi *occurrit nonnisi in lect. var. iuxta* minxi, *quam formam praeferunt edd. cf.* HOR. ars 471 (mixerit *y*, minx- *cett.*). MART. 3, 78, 1 (mixisti *γ*, minx- *cett.* [*v. Buecheler ad CE 932*]). *v. et* CATVLL. 39, 18 (nuxit [*i.* mixit *script. cursiva falso explicata*] *codd.*, minxit *edd.*). *ceterum v. s.* mingo. *perf.* meī?: *v. l. 35.* mictum (= *sanscr.* mīḍháḥ): HOR. sat. 1, 8, 38 (*alibi trad.* minct- [*v. s.* mingo]). *a* mingo *falso* mictum *derivat* PRISC. gramm. II 472, 21 'mingo' quoque 'mictum' facit. 488, 1. 495, 8). GLOSS. οὐρῶ. GLOSS.[L] II PS. Philox. ME 18 meiit οὐρεῖ. Corp. ME 163 -o mincxi a mingente (-endo ?) dictum. *inde a* CATVLLO *potissimum ap. script. vulgares* (*e. g.* CHIRON. *et* PELAGON., *cum* VEG. mulom. *praeferat v. q. e.* mingo [*cf. l. 70. 71. 72. 75*]). [*sard.* meare, *hisp.* mear. *M.-L.*]. [*dub. trad.*: MARCELL. med. 21, 2 nec megito cantorem (*Ahlquist, Stud. 134*, me⟨r⟩gito *Heim Incantam. mag. 482 sec. Grimm*).]

A *i. q. urinam reddere*, οὐρεῖν: **1** *absol.*: **a** *sine addit.*: CATVLL. 97, 8 rictum qualem ... -entis (*R*, meg- *GO*) mulae cunnus habere solet. PERS. 1, 114 pinge duos anguis, 'pueri, sacer est locus, extra -ite' (SCHOL. ed. Kurz: mos erat, ut tabernarii cupientes, ne mingerent pueri super stationum suarum angulos, pingerent duos angues. tunc interdicebant micturientibus, ut iuxta locum religionis non mingerent). MART. 3, 78, 1 -isti (minx- *l. v.*, *v. l. 46*) currente semel, Pauline, carina. -ere vis iterum? iam Palinurus eris. PELAGON. 140 vult -are et videtur quasi posse (CHIRON 399 [*Hipp. I 214, 7* ὡς οὐρητιῶν]). 141 cum potestas -andi non fuerit data. 142 deambulet et -at ([*Hipp. I 173, 6* οὐρήσει]. 146). 152 quando tardius -at (*al.*). 153 supra naturam qua -at (*Veg. mulom. 2, 79, 21* mingit). *al.* CHIRON 228 nunquam -are (merare *cod.*) potest ([*Veg. mulom. 1, 46, 1* mingere]. 460 [*Veg. 2, 79, 1* mingere]. *cf.* 304 vix -et [*Hipp. I 147, 11* προΐεσθαι τὸ οὖρον κατ' ὀλίγον]. 459 ut ... difficiliter -at [*al.*]). 455 p. 146, 13 protricabis eum -ere ([*Veg. mulom. 2, 79, 13* ad urinam invitabis]. *al.*). 456 protinus -et (*Veg. mulom. 2, 79, 16* mingunt). 460 sic -et (*Veg. mulom. 2, 79, 5* ut incipiat urinam producere). *al.* DAMIG. lapid. 9 per stillicidia -antibus urinam persolvit *lapis haematites*. PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 1 p. 261, 10 assidua libido -andi (VINDIC. epit. alt. 27 p. 479, 7 [meando *codd.*]). DIOSC. 2, 64 lincei urinam ..., mox -verit, lapis fiet (*gr. 2, 81, 3* ἅμα τῷ ἐξουρηθῆναι). CIL VI 13740, 5 qui hic mixerit aut cacarit, habeat deos ... iratos (29848ᵇ, 3. *cf. p. 605, 6*). **b** *c. addit.* (*cf.* extra: *l. 62*, hic: *l. 80*): **ad**: IVV. 1, 131 Arabarches, cuius ad effigiem non tantum -ere (mengere *P*, megere *p*) fas est. CE 838, 1 hospes, ad hunc tumulum ne -as, ossa precantur (INSCR. NSc. 1936 p. 306 n. 49

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*Pompeis*] ad huc tumuli). in *c. acc.* (*cf. l. 19*): HOR. sat. 1, 8, 38 mentior ... siquid..., in me veniat -ctum atque cacatum ... Pediatia furque Voranus (*ignominiae causa*). in *c. abl.*: PS. THEOD. PRISC. add. p. 285, 12 si in lecto suo in saga ... vel ... panno -verit (CE 932, 1 miximus in lecto). CIL III 1966 quisq(ue) in eo vico ... non cacaverit aut non miaverit, habeat illas propitias. XII 2426 si quis in eo mixserit ..., in templ(um) Iovis d. (denarium unum) d(ato). *abl.* (*aliter p. 604, 70*): CHIRON 455 p. 146, 19 quod si locus non fuerit is, quo solent iumenta -ere.

2 *aliquid*: PETRON. 67, 10 (*prov.*) nunc hoc est caldum -ere et frigidum potare (*v. Friedländer ad l.; aliter Otto, Sprichw. 66*). PELAGON. 308 qui sanguinem -ant aut cacant (CHIRON 246 s. adsellatur vel etiam -et [*Hipp. I 54, 1 αἷμα ἀφοδεύων ἢ καὶ οὐρῶν*]. 471. 479 [*Veg. mulom. 2, 68* mingant]). CHIRON 478 -et faeculentum (*Veg. mulom. 2, 68* minget).

B *i. q. semen emittere* (*ad signific. cf. gr. μοιχός et s.* immeio, mingo, permingo): HOR. sat. 2, 7, 52 sollicitum, ne ditior aut formae melioris -at eodem (*i.* '*matronam eandem stupret*'). MART. 11, 46, 2 tibi ... incipit in medios -ere verpa pedes.

C *lusorie de re, fere i. q. effundere* (*sc. urinam*): MART. 12, 32, 13 matella curto rupta latere -bat.

deriv.: mictio, mictito, mictorius, mictualis, mictum, micturio, mictus (*cf.* mictyris ?). *compos.*: commeio, demeio, emeio -are, immeio, permeio, submeio -are. *cf.* commictilis, submeiulus.

[*ποταμογείτων· οἱ δὲ σταχῦτιν, Ῥωμαῖοι φοντ⟨αν⟩άλις, οἱ δὲ φλουμινάλις, οἱ δὲ τερμινάλις, οἱ δὲ μηιοα* PS. DIOSC. Vind. 4, 99 p. 256, 7 (eminola [*ab* eminere] *coni. Wellmann, Hermes 33, 1898, 392*).]

Hofmann.

ᴹmel, mellis *n.* [*cf. c. gr. μέλι, gen. μέλιτος, hibern.* mil, *cambr.* mel, *got.* miliþ *n., arm.* metr, *alban.* mjaltë, *heth.* milit '*mel*' *et c.* mulsus. *J. B. H.*] *de etym.*: ISID. orig. 20, 2, 36 -l graecae appellationis est. *de quantitate*: MART. CAP. 3, 279 el brevis, ut -l. PRISC. gramm. II 214, 13. *et al.* *brevitas probatur* OV. Pont. 4, 2, 9. *de genere*: *neutrum testantur*: PROB. inst. gramm. IV 118, 17 CHAR. gramm. p. 28, 4 B. *et al.* *masc.*: DIOSC. 2, 65 multus. ORIBAS. syn. 2 add. p. 841 -l calidus est et siccus. p. 842 -l mittendus. 4, 21 Aa. 4, 22. *de declinatione*: *nom. vel acc. sing.* -e (*v. Tidner, Sprachl. Kommentar zur lat. Didasc. apost. 260*): CHIRON 949 lactem caprinum et -e p. I. ITALA Ezech. 16, 19 (Sangall.) similam et oleum et -e (*vix abl. mutata verborum structura*) cibavi te (*gr. μέλι.* VVLG. s. et o. et -l, quibus enutrivi te). CANON. Hippol. ed. Hauler 74, 10 lac et -e mixta simul. MARCELL. med. 21, 14 DIOSC. 1, 138. APIC. 4, 145 -e cocleare asparges. 5, 197 -e mittis. CIL VI 30934 -e ni ⟨gustaverit⟩. *cf. et l. 77.* *abl.* -ī: VEN. FORT. carm. 4, 7, 10. *pro abl. est* -l: MISC. Tir. 48, 25 mixto -l optimo. *cf.* cum, de, in, pro, sine -l: MISC. Tir. 55, 3. 56, 6. 58, 4. 64, 23 ORIBAS. syn. 1, 17 rec. Aa *al.* (*v. Mørland, Die lat. Oribasiusübersetzungen p. 107*). RVF. podagr. 22, 36 *bis.* *de plurali* (*gen., dat., abl. non usurpati sunt. cf. l. 50 sqq. 62 sqq.*): GELL. 19, 8, 13 (*verba Frontonis*) cur -l et vinum ... numerum multitudinis capiunt *eqs.* PROB. inst. gramm. IV 118, 17 *inter triptota* (*sim.*: SERV. georg. 1, 210. AVG. gramm. V 500, 38 in plurali numero per tres casus currit: nominativum, accusativum et vocativum. PHOC. gramm. V 427, 33. *et al.*). app. gramm. IV 194, 31 *inter aptota.* DON. gramm. IV 376, 31 semper singularia ..., quae ad mensuram pondusve referuntur, quamquam multa consuetudine usurpata sint, ut ... -a (*sim.*: CHAR. gramm. p. 38, 22. 118, 18 B. EXC. Bob. gramm. I 550, 30. SERV. ecl. 5, 36 plurali in prosa uti non possumus. GRAMM. suppl. 43, 29. 47, 26. 85, 5). CHAR. gramm. p. 28, 10 B. Nisus ... -a ... dici posse ⟨ait⟩ ita, cum in genera recipiuntur, ut Attica -a (p. 38, 29 *ad genus referuntur* -a, ut sint multae species, quasi locale, velut Atticum, Rhodium. *cf. etiam l. 65*). AVG. gramm. V 499, 33 non dicimus ... -orum, -bus (*cf.* PRISC. gramm. II 310, 16 -a hordea genetivos et dativos plurales in usu raro habent, nisi apud vetustissimos). *exempla pluralis* (*plerumque eodem sensu quo sing.; i. q. genera -is [cf. l. 60] e. g.*: PLIN. nat. 1, 11, 13 HIER. epist. 30, 13, 1): *apud poetas* (*nom. acc. voc. sing.* -l *desunt apud* LVCR. VERG. HOR.; *apud* OV. *ter* -l, *15ⁱᵉˢ* -a) *inde a* VARRONE AT. carm. frg. 20, *v. Neue-Wagener I³ p. 615; adde*: VERG. georg. 4, 141 AETNA 13 TIB. 1, 3, 45 CALP. ecl. 2, 66. 3, 12 VAL. FL. 1, 63. 8, 97. *et al.* *in sermone pedestri inde a* COLVM. 9, 4, 4. 6 *al.* (*8ⁱᵉˢ* -a, *12ⁱᵉˢ* -l). MELA 3, 62, *v. Neue-Wagener l. c., Hagendahl, Studia Ammianea p. 78; adde*: TERT. scorp. 1 p. 146, 18 anim. 31 p. 352, 11 LACT. epit. 67, 5 HIER. epist. 30, 13, 1 *al.* NOT. Tir. 109, 22. GLOSS. nectar. *μέλι.* *inde a* PLAVTO. [*val.* miere, *it.* miele, *francog.* miel, *hisp.* miel. *M.-L.*]

[*dub.*: ANTH. 458, 8 (*cf. Housman, ClQu. 21, 1927, 8*). APIC. 7, 308 *v. p. 614, 16.* CIL IV 5742 *v. p. 620, 46.* CE 255, 1. 5 salve, *Venus*, mille animarum (-e a. *Stowasser, WSt. 25, 262. cf. l. 37 et p. 610, 28*).

I ***i. q. liquor dulcis ab apibus confectus*** (*cf. Olck, RE III 438 sqq., Schuster, RE XV 364 sqq.*): **A** *proprie* (*cf. p. 609, 19. 47. 610, 35*): **1** *de -is natura et generibus*: **a** *de -is origine* (*cf. p. 606, 42 et vol. II 237, 47 sqq.*): VARRO rust. 2, 5, 5 apes, -is matres. 3, 16, 24 ad quattuor res faciendas, propolim erithacen favum -l (3, 16, 26 SEN. epist. 84, 3. 4 PLIN. nat. 11, 59. 60. *et al.*). *ibid.* e fico -l *carpere apes.* 3, 16, 25. CIC. div. 2, 86 -l ex olea fluxisse (*cf. adn. Pease et l. 20. 21*). VERG. georg. 2, 436. 4, 1 aërii -is caelestia dona ([SERV. nam -l ex rore colligitur *eqs.* SERV. auct. quod in aëre concipiatur. nam, ut ait Cornelius Celsus, apes ... ex rore matutino -l *faciunt.* PROB. *ad l.*]. SER. SAMM. 262. *sim.*: COLVM. 9, 14, 20. 10, 4 caelestia -a. PRVD. cath. 3, 71. *cf. et l. 17 sqq. p. 610, 46 sqq.*). 4, 57 hinc -a tenacia fingunt *apes* (*cf.* SERV.). 4, 163 aliae *apes* purissima -a stipant ([*syn.* liquido ... nectare]. Aen. 1, 432). 4, 205 generandi gloria -is (CLAVD. DON. Aen. 7, 815). 4, 213 constructa -a. TIB. 2, 1, 50 OV. fast. 3, 752. 5, 271. COLVM. 9, 2, 4 utrum evomant *apes* liquorem -is *eqs.* (*cf.* PETRON. 56, 6 apes ... -l vomunt. *cf. p. 610, 32*). 9, 13, 11 *conquirere.* 9, 14, 10 apes -a conficiunt (PLIN. nat. 11, 38 AMM. 17, 4, 11. *et al.*). 9, 14, 11 ex floribus ... apes collecta -a cibariis hiemis reponunt (9, 14, 17). 9, 14, 12 recondito -e. PLIN. nat. 11, 11 contrahunt. QVINT. inst. 1, 10, 7. PALLAD. 7, 7, 1 *apes* cum fucos ... deturbant, matura -a testantur. *fabulose et fere proverbialiter de -is affluentia effícta quasi felicitatis indicio* (*cf. p. 605, 84. 609, 25. 610, 46 sqq.*): VERG. ecl. 4, 30 quercus sudabunt roscida -a (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 202 nectaris aetherii sudant ex arbore -a). georg. 1, 131 *Iuppiter* -a ... decussit foliis ([SERV. auct. fluxisse arboribus -a]. *cf.* AETNA 13 penderent foliis). HOR. epod. 16, 47 -a cava manant ex ilice (carm. 2, 19, 12 OV. am. 3, 8, 40. *cf. p. 605, 84*). TIB. 1, 3, 45 OV. met. 1, 112. TERT. ieiun. 5 p. 279, 11 terrae lacte et -e mananti (adv. Marc. 3, 5 p. 382, 18. VVLG. exod. 3, 8 in terram, quae fluit l. et -e. 3, 17. *et saepe.* *allegorice interpretantur*: *de caelo, vita aeterna*: TERT. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 29 PS. TERT. adv. Iud. 9 p. 724, 27 Oe. AMBR. Cain et Ab. 1, 5, 19 p. 356, 15 CARM. de resurr. 233. *et al.* *de corpore Christi*: TERT. resurr. 26 p. 63, 18 PS. ORIG. tract. 11 p. 127, 8. *et al.* *de scriptura sancta*: HIER. epist. 54, 11, 2. *cf. p. 610, 4.* *de dei gratia*: AVG. serm. 25, 2, 1). LACT. epit. 67, 5 (*in descriptione vitae aeternae*:) stillabunt -a de rupibus. VVLG. deut. 8, 8 terram olei ac -is (IV reg. 18, 32. *cf.* deut. 32, 13). Iob 20, 17 PRVD. cath. 11, 73 CLAVD. 1, 250. 21, 85.

b *de promendo parandove -e* (*cf. p. 607, 61 sqq.*): VERG. georg. 4, 101 caeli tempore certo dulcia -a premes (HOR. epod. 2, 15). 4, 141 spumantia cogere pressis -a favis. 4, 228. OV. fast. 4, 152 expressis -a liquata favis (COLVM. 9, 15, 13). COLVM. 9, 14, 5 de confectura -is. 9, 15, 10 -l conficere (9, 15, 12. 12, 10, 6. *aliter l. 11*). PLIN. nat. 11, 38 -l plenilunio uberius capitur, sereno die pinguius. 11, 44 in eximendo -e (11, 45 *al.*). IVST. 44, 4, 1 Gargoris -is colligendi usum primus invenit (SERV. georg. 4, 232. *aliter l. 12*).

c *de proprietatibus*: **α** *generatim* (*cf. p. 607, 83. 608, 55*): VARRO rust. 3, 16, 26 quod ex alia re faciant liquidum (*cf. l. 84*) -l, ut e siserae flore, ex alia contra spissum (PLIN. nat. 11, 38. *cf. p. 607, 9*), ut e rore marino; sic ex alia re, ut e fico, -l insuave, ⟨e⟩ cytiso bonum, e thymo optimum (*cf. p. 607, 17. 21*). COLVM. 12, 47, 4 ea -is est natura, ut coerceat vitia (*cf. p. 608, 80 sqq.*). PLIN. nat. 11, 11 *apes* -a contrahunt sucumque dulcissimum atque subtilissimum ac saluberrimum. 11, 38 album (*cf. etiam l. 76. 79*) -l non fit, ubi thymum est. *ibid.* rutilum, coloris aurei (*cf. etiam infra l. 77*). 11, 39 thymosum (*cf. p. 607, 21*) non coit *eqs.* *ibid.* ut sit odoratum (13, 15) et ex dulci acre (*cf. l. 60*), glutinosum, perlucidum. 11, 45 -a vel minimo contactu roris acescentia (*cf.* APIC. 1, 16 -l corruptum). MACR. Sat. 7, 12, 8. DIOSC. 2, 65 *fusius.*

β *speciatim*: (I) *de sapore* (*cf. p. 607, 24. 38*): CIC. fin. 1, 30 nivem esse albam, dulce -l (*sim. exemplum potissimum dulcedinis* [*cf. p. 609, 8*]: 3, 34. 45. VARRO AT. carm. frg. 20 premitur *ex Indicae harundinis* radicibus umor, dulcia cui nequeant suco contendere -a [*cf. p. 610, 53*]. VVLG. exod. 16, 31. iud. 14, 18 quid dulcius -e? PRVD. cath. 5, 94 [*ad exod. 15, 25*] *aqua fit* -l velut Atticum. *et al.*). phil. frg. V 89 alterius *ingenium* sic acre, ut -l Hymettium ([*cf.* AVG. beat. vit. 14 ut ait ille de -e Hymettio, acriter dulce est]. CELS. 2, 22, 2. *cf. l. 51. p. 608, 55 et* LVCR. 4, 671 utraque [*sc. dulce et acerbum*] ... sunt in -is commixta sapore). LVCR. 2, 398. CELS. 6, 5, 3 -e quam amarissimo (SERV. ecl. 9, 30 georg. 4, 101. *et al. cf. p. 607, 45. 609, 42.* *aliter*: SEN. epist. 109, 7 quibus morbi vitio -l amarum videatur. CALP. ecl. 3, 12 ARNOB. nat. 1, 21 AVG. c. Faust. 21, 13 in psalm. 18 serm. 2, 11). PLIN. nat. 11, 18 *cum* in spartariis -a herbam eam sapiant. (II) *de odore* (*cf. etiam l. 50*): LVCR. 4, 679 -is apes ... ducuntur odore (PLIN. nat. 20, 172. 21, 58). VERG. georg. 4, 169 redolent ... thymo fragrantia -a (OV. met. 15, 80). COLVM. 9, 4, 4 *crocus* coloret inodoretque -a. MART. 5, 37, 10 *puella* fragravit ore ... .. quod ... -a. (III) *de colore* (*cf. l. 71*): LVCR. 1, 938 (= 4, 13) -is dulci flavoque liquore (*cf.* MART. 1, 55, 10 flava ... -a). VERG. Aen. 1, 432 liquentia -a ([SERV. defaecata, sine sordibus]. CALP. ecl. 2, 66 SER. SAMM. 337. 751. *cf.* PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 333, 14 [*ad georg. 4, 164*] lucidum). OV. fast. 3, 762 splendida (candida *var. l.*). 4, 546 aurea (*cf. et l. 49*). VITR. 2, 9, 17 resinam liquidam -is Attici colore (*sim. -l exemplum coloris*: PLIN. nat. 37, 128. 171 APVL. met. 2, 9). CELS. 5, 26, 20ᴮ -i albo subsimilis (MARCELL. med. 8, 23. *cf. etiam l. 48*). VAL. FL. 1, 63 liventia. MART. 3, 58, 34 *donum affert rusticus* ceris cana cum suis -a. PELAGON. 289 clari -is (*cf. Ihm ad l. p. 177*). (IV) *de spissitudine* (*cf. etiam l. 6. 42. 43. 50. 51*): LVCR. 3, 191 -is constantior est natura (*sc. quam aquae*) *eqs.* VERG. georg. 4, 35 frigore -a cogit hiemps *eqs.* 4, 101 -a ... liquida

[*Brandt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(COLVM. 12, 47, 2 quam optimo et liquidissimo -e. SCRIB. LARG. 106 -e tenui, id est quam liquidissimo. 204. *cf. l. 12. p. 606, 42*). PLIN. nat. 11, 32 est ... initio -l ut aqua dilutum ... vicesimo die crassescit *eqs.* (*cf.* MACR. Sat. 7, 12, 10 aridius *fit*). SER. SAMM. 974 lento cum -e. *de -e tamquam spissitudinis modulo*: CATO agr. 95 dum fiat tam crassum quam -l (PLIN. nat. 15, 32 crassius -e. *cf. l. 11*). VARRO rust. 2, 7, 8 scillae medium conterunt cum aqua ad -is crassitudinem (CELS. 5, 25, 17 donec -is crassitudo his fiat. 5, 28, 13[B] *al.* SCRIB. LARG. 30 *cum* c. habent -is spissi [*cf. p. 606, 43*]. PLIN. nat. 17, 264 *al.* MARCELL. med. 15, 33. *et al.*). SCRIB. LARG. 4 usque dum -is habeant spissitudinem (5, 31 *al.* 253 dum -is crassi habeat s. [259. *cf. l. 8*]. MARCELL. med. 8, 120. *et al.*). 204 *ubi* -is liquidi (*cf. p. 606, 84*) temperaturam habuerint (*cf.* 230 temperamentum). PLIN. nat. 32, 84 icthyocolla subacta ad liquorem usque -is. 32, 85 donec sit lentitudo -is. APIC. 2, 51 in -is substantiam cogitur.

d *distinguuntur -is genera* (*de quibus fuse*: PLIN. nat. 11, 32 sqq. DIOSC. 2, 65. *cf.* EDICT. imp. Diocl. III/IV 3, 10 -is optimi [*cf. l. 72. p. 608, 21. 56 al.*]. 3, 11 -is secundi. APIC. 1, 15 -l malum. *cf. l. 26. 34. 65. p. 608, 23 al.*): *α secundum herbas, e quibus fiunt (cf. p. 606, 43. 608, 37) vel secundum locorum, ubi fiunt, naturam*: COLVM. 6, 33, 2 cum -e ... acapno (*cf. l. 62*) vel, si id non est, utique thymino (PALLAD. vet. med. 3, 4. 25, 4 PELAGON. 437 PS. APVL. herb. app. 95 l. 10 AVG. soliloq. 2, 6, 12 GLOSS. I p. 194 III 523, 13. *cf.* CIL IV 5741 -l thym. imum [*sic*]. *cf. l. 25. p. 606, 45. 49. 50. 70*). 9, 4, 6 saporis praecipui -a reddit thymus. eximio deinde proximum thymbra *eqs.* 9, 4, 7 deterrimae notae -l habetur nemorense, quod ex sparto atque arbuto provenit; villaticum, quod nascitur ex oleribus *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 11, 41 tertium genus -is minime probatum silvestre, quod ericaeum vocant *eqs.* [IVVENC. 1, 325. HIER. tract. in Marc. p. 324, 18 *allegorice interpretatur*; *opp.* domesticum. VVLG. Matth. 3, 4 Marc. 1, 6]. OP. imperf. in Matth. 3 p. 649[med.] Ioannes -l agreste edebat [*allegorice*]). PLIN. nat. 21, 74 ut -a quoque venenata fiant (21, 83. 29, 97 *al.*). 21, 77 maenomenon (*cf.* 1, 21, 45 de -e insano). SERV. georg. 4, 47 -l ... *e taxo* pessimum gignitur. *β secundum loca, ubi fiunt (cf. p. 605, 61. 608, 35. alio sensu accedit adi. locale p. 609, 64)*: VARRO rust. 3, 2, 12 nisi si apud Seium Siculum (3, 16, 14 PELAGON. 111. DIOSC. 2, 65 S. et qui appellatur Hyblaeon [*cf. l. 53*]) fit -l, Corsicum (PLIN. nat. 30, 28 oesypum cum -e Corsico; quod asperrimum habetur. PORPH. Hor. ars 375. SERV. georg. 4, 101 Corsicana [MARCELL. med. 19, 33]. *cf. p. 609, 53 et* PLIN. nat. 16, 71 SERV. ecl. 9, 30) in Reatino. frg. Macr. Sat. 3, 16, 12 *optimum fert* -l *ager* Tarentinus (*cf.* HOR. carm. 2, 6, 15. 3, 16, 33 [*cf.* PORPH.]). HOR. sat. 2, 2, 15 Hymettia -a Falerno ... diluta (OV. ars 2, 423 COLVM. 10, 386. *cf. p. 606, 60 sq. et* CIC. fin. 2, 112. *sim. l. 46*). ars 375 Sardo cum -e papaver ([PORPH. SCHOL. Sardum -l amarum est]. DIOSC. 2, 65 Sardonicu. ISID. orig. 20, 2, 36). OV. medic. 82 de flavis Attica -a favis (COLVM. 12, 38, 5 SCRIB. LARG. 16 *al.* PETRON. 38, 3 PLIN. nat. 20, 68 *al.* MART. 13, 104 tit. [*syn.* nectar]. 13, 108 *et passim. cf. l. 43. 52. 56. p. 608, 35. 64. 609, 56. 80*). met. 8, 222 fecunda ... -e Calymne. VAL. FL. 6, 145 -is honor Torynis. PETRON. 66, 3 scriblita frigida et super -l caldum infusum excellente Hispanum (CHIRON 990. 991). MART. 13, 24, 1 Cecropio saturata cydonea -e (*cf. l. 46. p. 609, 80*). SER. SAMM. 199 Hyblaei -is sucus cum felle caprino (PELAGON. 440 DIOSC. 2, 65. *et al. cf. l. 37*). CHIRON 872 -l Alexandrinum (935). MARCELL. med. 11, 24 -e Lycio (12, 51. 13, 20 *al.*). DIOSC. 2, 65 -l bonum est Atticum et Himeticu qui appellatur et de isolis Cicladibus *eqs.* *γ secundum anni tempora, quibus colliguntur*: PLIN. nat. 11, 34 in quocumque ... tractu terna sunt genera -is. vernum ex floribus constructo favo, quod ideo vocatur anthinum *eqs.* 11, 36 alterum genus est aestivi, quod ideo vocatur horaeon *eqs.* (*cf.* 11, 38). *δ secundum parandi rationes (cf. l. 74. p. 608, 1. 50. 58. 59. 63. 67)*: PLIN. nat. 11, 45 inter genera servatur quod acapnum vocant (23, 82 PELAGON. 422. 437 VEG. mulom. 2, 22, 14 PALLAD. vet. med. 25, 4. *et al. cf.* 3, 4 -l sine fumo [PS. APVL. herb. app. 95 l. 10]. *cf. etiam l. 21*). 12, 11, 1 cum secundarium -l de favis fuerit exemptum. PLIN. nat. 11, 38 in omni -e quod per se fluxit ut mustum oleumque appellatur acetum (*v. vol. I 419, 3 sqq. et cf. ibid. 381, 48 et Schneider ad Colum. 12, 5, 1*). MARCELL. med. 9, 72 ad auris dolorem -l stillaticium opus est, quod ita facies *eqs.* (9, 73).

2 *de usu*: **a** *loco cibi estur vel ad cibos sim. parandos adhibetur*: *α generatim* (*cf. l. 51. p. 605, 40 sq. cibus hominum continentium l. 31. p. 608, 3*): CATO agr. 76, 3 indito -is boni p. IV s. 76, 4 *placentam* -e unguito (79. 84 APIC. exc. 50). 77 tracta cum -e oblinito bene (80 HOR. ars 375 PLIN. nat. 19, 168. APIC. 1, 2 c. -e despumato. 7, 306 temperabis lac c. -e [*cf. p. 608, 6*]). 78. 82 de tractis, caseo, -e spaeras ... facito (APIC. 1 tit. 14 dulcia de -e [*sed* 1, 14 dulcia -e. *cf. p. 608, 35*]. *aliter* PETRON. 66, 3 de -e me usque tetigi). 84 *al.* POSTVM. hist. 2 grossulos ex -e edebat (PAVL. FEST. p. 39 cocetum genus edulii ex -e et papavere factum. p. 83 puls miliacea ex -e. CELS. 2, 20, 2 *caseus* ex -e ... decoctus. 4, 14, 3 nuclei pinei ex -e. APIC. 1, 9 sinapi ex aceto, sale, -e facta). VARRO rust. 3, 16, 6 frg. Char. gramm. p. 136, 3 B. OV. met. 15, 80 fast. 1, 186. 4, 546. CELS. 2, 18, 2 generis valentissimi *cibum* esse -l (*cf. q. s.*). 2, 25, 1. 4, 9, 3 COLVM. 12, 59, 4. 5. PLIN. nat. 20, 101 *scilla* coquitur et in -e cibi gratia (APIC. 7, 300 frigis in -e cocto). MART. 1, 55, 20 *al.* IAVOL. dig. 33, 7, 6. VLP. dig. 33, 9, 3, 1 *inter penum* Aristo notat ... -l. 33, 9, 3, 2 *al.* VVLG. Is. 7, 15 butyrum et -l comedet *eqs.* (*sim.* 7, 22. *allegorice interpretatur* HIER. hom. Orig. in Is. 2, 2 p. 251, 13 sqq. p. 252, 14 sqq.). APIC. 1, 14 *al.* 1, 33 *tunsa* -e comprehendis (3, 105). 1, 35 -e colligis (*ibid.*). 3, 65 -is humore temperabis (4, 173 -e t. *cf. p. 607, 75*). 7, 295 -e contingis. *ibid.* -e obligas. 7, 301 -e perfundis (7, 304. *al. cf.* 7, 305 p. -l). 7, 302 -l superfundis. 7, 329 suffundes -l (8, 332). ANTHIM. 3 *al.* *adde*: APVL. met. 10, 22 lacte ac -e confecta (*hyperbolice pro tenerrima*) membra *mulieris*. *de -e venenato* (*cf. l. 77. p. 607, 32. 609, 28. 610, 19*): OV. Ib. 558 praefocent animae noxia -a viam (SCHOL. veneno -i mixto).

β speciatim: (I) *ad liquores parandos condiendos*: *ad condiendum vinum* (*cf. p. 607, 43*): VERG. georg. 4, 101 -a ... Bacchi domitura saporem. HOR. sat. 2, 4, 24. CELS. 1, 6, 2 *mulsum* ex decocto -e faciendum est (PLIN. nat. 21, 76. 22, 113. 115 GAIVS inst. 2, 79. *et al.*). 2, 18, 12 COLVM. 12, 35, 3 *al.* PLIN. nat. 14, 53. 85 *al.* MART. 13, 108. *et al.* *adde*: PLIN. nat. 13, 44 *caryotae* quodam ... vini sapore in -e praedulci. *ad condiendum acetum*: COLVM. 12, 5, 1 subtrita cum quartario -is aceto diluito *eqs.* PLIN. nat. 14, 114. 19, 153. *ad mellam, aquam mulsam sim.*: COLVM. 12, 11, 2 facienda erit optimo -e aqua mulsa. 12, 12, 1. 2. 3. PLIN. nat. 14, 113 *ad hydromeli aquae* tertiam veteris -is adiciunt. 22, 110. 31, 68. 69 APIC. 1, 7 BOETH. c. Eut. 6, 86 *al.* ANTHIM. 15 GLOSS. III 552, 59. 571, 43. (II) *adhibetur tamquam cibus in rebus magicis vel ad sacrificia* (*cf.* HIER. epist. 31, 1 -l in dei sacrificiis non offertur [*sim.* 128, 2, 4 *al.* VVLG. lev. 2, 11]): VERG. Aen. 4, 486 epulas ... draconi ... dabat ... spargens umida -a soporiferumque papaver ([*cf. Pease ad l.; falso* SERV.]. *item de placenta mellita*: 6, 420 *Cerbero vates* -e soporatam et medicatis frugibus offam obicit [*cf.* CLAVD. DON. *et Conington-Nettleship ad l.* SERV. auct. georg. 4, 190]. OV. met. 14, 274 VAL. FL. 1, 63 [*cf. adn. crit.*]. 8, 97). CIL XI 1420, 22 *super hostias* singulae urnae lactis, -is, olei fundantur (*sc. in sacris L. Caesaris manibus faciundis. cf.* SIL. 13, 416. 434 [*cf. Hom. Od. 10, 519* μελικρήτῳ]). TIB. 1, 7, 54 liba ... Mopsopio (*cf. p. 607, 46*) dulcia -e feram (*sc. Osiridi. sim. in sacris deis faciundis*: OV. fast. 1, 186. 3, 762. 4, 152 FEST. p. 309 CALP. ecl. 2, 66 STAT. Theb. 6, 210. APVL. met. 3, 18 litat ... -e montano). *adde: -l cibus sanctus recens baptizatorum* (*cf. Usener, Kl. Schr. IV 398*): TERT. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 21 nec -is nec lactis societatem, qua suos infantat. coron. 3 p. 481, 8 Oe. mergitamur ...; inde suscepti lactis et -is concordiam praegustamus. CANON. Hippol. ed. Hauler 74, 10 BARNAB. 6, 17.

b *in medicina*: *α generatim* (*sc. ad potiones, catapotia, cataplasmata, ad ulcera vulneraque illinenda, ad collyria, clysteres al.; fuse* PLIN. nat. 22, 108 sqq. DIOSC. 2, 65): PLAVT. Merc. 139 sputo sanguinem :: resinam ex -e Aegyptiam vorato, salvom feceris (CELS. 2, 30, 2 *al.* 7, 7, 4[D] ex -e linamentum superdandum est [*cf. infra l. 61*]. SCRIB. LARG. 57. 129 PLIN. nat. 16, 180 *al.* CHIRON 76. *et al. cf.* SCRIB. LARG. 144 ex -is ligula. 153 ex -is cyathis tribus. *et sim. al.*). CATO agr. 127 -l coctum drachmam unam (CELS. 2, 30, 3 astringunt ... -l c. 5, 2. 5, 23, 2. *et al.*). 157, 14 *brassicam ad* ulcera ... cum -e opponito (CELS. 3, 22, 14 *al.* COLVM. 6, 17, 8 *al.* SCRIB. LARG. 62 *al.* PLIN. nat. 20, 8. *et passim.* PELAGON. 439 c̄. -e summo. MARCELL. med. 27, 42 c. -e Attico styptico). CELS. 1, 3, 22. 2, 12, 2[E]. 2, 22, 2 acria sunt *alia* ... *et* -l ..., quo melius est, eo magis (5, 24, 2 quam optumi [6, 6, 28. *et al.*]. SCRIB. LARG. 15 boni [PELAGON. 346]. 66 optimi [125. 144 PELAGON. 78. *et al.*]). 2, 25, 1. 2, 28, 1. 2, 29, 2 alvum movent ... -l crudum, lac *eqs.* (5, 5, 2. 5, 6, 2). 3, 6, 10 -l ... despumatum (SCRIB. LARG. 50. 70 *al.* PLIN. nat. 22, 110. *et al. cf.* PELAGON. 288 -l despumas, illa omnia ... -i miscebis). 3, 10, 4 *al.* 5, 26, 29 tincta in -e linamenta ([*cf. supra l. 47*]. 6, 9, 2 *al.* SCRIB. LARG. 173 PLIN. nat. 15, 36. *et al.*). COLVM. 6, 6, 2. 5 admisto -e decocto collyria immittuntur alvo (6, 30, 4 *al.* SCRIB. LARG. 50 *al.* PLIN. nat. 20, 15. *et al.*). 6, 12, 4 *al.* SCRIB. LARG. 8 *al.* 16 -is Attici (25 *al.* PLIN. nat. 20, 68. *et passim*). PLIN. nat. 18, 229 *al.* MART. 11, 86, 3 SER. SAMM. 117 *al.* PELAGON. 111 *al.* CHIRON 57 *al.* MACR. Sat. 7, 7, 17 panem offerunt -e inlitum. MARCELL. med. 8, 23. *et al.* GLOSS. III 585, 3 -l calefactum ad omnia medicamenta bonum est. *β speciatim*: *ad unguenta*: OV. medic. 66. 82. 90 PLIN. nat. 13, 8 *al.* TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 491, 7 *infans recens a partu* sale ac -e medicatus. *metaph.*: COMM. instr. 2, 28, 4 *pastor* terreat in primis et postea -e perungat. *adulterandis medicaminibus*: PLIN. nat. 12, 122 *balsamum* -e mutatum. 11, 125 *styrax* adulteratur ... -e. *proverbialiter de poculo -e inlito* (*cf. p. 609, 28. 42. 61. 69. 74. 81. 610, 19*): LVCR. 1, 938 (= 4, 13) *veluti* prius oras pocula circum contingunt -is dulci flavoque liquore *eqs.* (*opp.* absinthia). FRONTO p. 64, 23 N. calicem -e delitum. AMBR. Tob. 9, 35 ut qui veneni poculum -e inlinit (BOETH. cons. 3 carm. 2, 19). PHOEBAD. c. Arrian. 3, 3 PS. PHOEBAD. fid. 3 p. 39[B].

c *ad conservandas res corruptibiles* (*cf. p. 606, 46*): *ad conservanda poma* (*cf. p. 607, 52*): COLVM. 12, 10, 5 nullum esse genus pomi, quod non possit -e servari. *ibid.* poma in -e custodiri (12, 47, 3. 5. 12, 48, 5. APIC. 1, 20 ponito). 12, 47, 2. PLIN. nat. 15, 60 *cotonea* incoqui -e. 15, 65. 19, 91 MART. 13, 24, 1 APIC. 1, 19. *carnes*:

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

APIC. 1, 8. *ostrum*: VITR. 7, 13, 3 CET. FAV. 27 p. 308, 19. *corpora mortuorum*: VARRO Men. 81 ut in -e servarent *corpus suum.* LVCR. 3, 891 NEP. Ages. 8, 7. COLVM. 12, 47, 4 corpus hominis ... innoxium conservat. PLIN. nat. 7, 35. 22, 108 ACT. Petr. 40 PASS. Petr. 16.

d *mundandis lapidibus*: PLIN. nat. 37, 194 glaebis, quas -e excoqui tradunt. 37, 195 gemmae -is decoctu nitescunt.

B *in comparationibus (cf. p. 606, 55) et transl. (cf. p. 606, 24. 607, 30. 608, 4)*: **1** *de cibis lautioribus*: LVCIL. 134 -l regionibus illis incrustatus calix rutai caulis habetur. PLIN. nat. 22, 131 panicum Diocles -l frugum appellavit (*cf. Hehn, Kulturpflanzen u. Haustiere*[8] *p. 569*). DRAC. Orest. 568 (*de lacte materno*). CASSIOD. var. 8, 48, 4 echini *marini*, qui sunt -a carnalia. *dubium, an huc pertineat* (*cf. Steier, RE Suppl. VI 650, 53*): GLOSS.[L] II Philox. ME 21 -l marinum: ἀφύη[ς], φῦκος (GLOSS. II 254, 7 *al. v. Thes. gloss. et Funck, ALL 8, 1893, 394*).

2 *de rebus incorporeis gratis quasi dulcibus* (*cf. p. 610, 39*): **a** *de amore, amicitia, venustate, benignitate, voluptate, felicitate, oblectamentis: subsistente notione propria* (*cf. p. 606, 55*): PLAVT. Truc. 371 complectere :: ... hoc est -e (me illi *P*) dulci dulcius (*cf. l. 49. p. 606, 58. 610, 36*). OV. fast. 1, 192 qui stipe -l sumpta dulcius esse putas. VVLG. Sirach 49, 2 in omni ore quasi -l indulcabitur eius memoria. *metaph.*: PLAVT. Cas. 223 fel, quod amarum est, id -l faciet *amor* (*cf. vol. VI 423, 62. 424, 25. 31. 34. opp.* bilis: APVL. met. 2, 10). VERG. ecl. 3, 89 -a fluant illi (*cf. Conington-Nettleship ad l. et p. 606, 16*). HOR. sat. 2, 6, 32 *ad Maecenatem ire* hoc iuvat et -i (-l, melius *var. l.*) est. OV. am. 1, 8, 104 sub dulci -e venena latent (*item opp.* v. [*cf. l. 69. p. 608, 77. 610, 19*]: HIER. epist. 128, 2, 3 CLAVD. 10, 70 PS. PROSP. carm. de prov. 876 DRAC. Romul. 2, 110. 7, 48. ENNOD. opusc. 6, 7 v. 8 dira cupidinei detester -a veneni. VEN. FORT. carm. 2, 7, 21 pro pietate dolum, pro -e venena rependens. *cf.* TERT. spect. 27 p. 26, 24 omnia illic ... subtilia perinde habe ac stillicidia -is de lucunculo venenato). SEN. epist. 63, 6 amicos incolumes cogitare -e ac placenta frui est. IVV. 6, 181 *voluptas* plus aloes quam -is habet. VVLG. cant. 4, 11 -l et lac sub lingua tua. 5, 1 CLAVD. carm. min. 10, 70 MART. CAP. 1, 7. 7, 725 v. 17. SIDON. epist. 7, 13, 2 abundat animi sale, cum consulitur, -e, cum consulit (*syn.* venustate). 9, 11, 8 blandimentorum -a ([ENNOD. dict. 1, 22 p. 429, 5]. *item c. gen. expl.*: ENNOD. epist. 2, 15, 5 p. 57, 6 omni dulcedinis -e. PS. VEN. FORT. vita Remed. 2, 4 caritatis -e. ARATOR act. 2, 442 ne corrumpamur amari -e doli *diaboli.* MART. BRAC. superb. 5 interitus amarissimo ... iactantiae -e circumlitus [*cf. p. 608, 74*]). BOETH. cons. 3 carm. 7, 4. ENNOD. epist. 9, 35, 2 p. 259, 18 in -e tuo ... amicos ... contemnis (*syn.* felicitate). *de martyrio* (*sc. beatae vitae initio*): PRVD. perist. 10, 740 *parvulorum* aetas amaris, mox deinde dulcibus refecta poclis -a sumpsit sanguinis.

b *de sermone* (*cf. p. 610, 3*): *α notione propria dilucide servata ad dulcedinem sermonis alluditur*: RHET. Her. 4, 33, 44 cuius ore sermo -e dulcior profluebat ([*cf. Hom. Il. 1, 249*]. CIC. orat. 32 Cato 31 VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 SEN. epist. 40, 2. *et al. cf.* VEN. FORT. carm. 4, 7, 10 d. ... -i lingua). OV. Pont. 4, 2, 9 quis -l Aristaeo ... det? ([*cf. q. antecedunt*]. *sim.*: MART. 9, 26, 4 audet facundo qui carmina mittere Nervae ... Hyblaeis apibus Corsica -a dabit. 11, 42, 3). VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 *Platonis* parvuli labellis -l inserendo. VVLG. prov. 16, 24 favus -is composita verba. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 7 Attici more -is (p. 205, 17 ac si -e A. pasta). *β metaph.*: PLAVT. Pseud. 741 si opus sit, ut dulce promat indidem (*sc. e pectore*), ecquid habet? :: ... -l quoivismodi. Truc. 178 in -e sunt linguae sitae vostrae atque orationes, facta atque corda in felle sunt sita. LVCR. 1, 947 (= 4, 22) volui tibi ... carmine ... rationem exponere nostram et quasi Musaeo dulci contingere (*cf. p. 608, 76*) -e (*sim. de carminibus* [*cf. l. 52 sqq.*]: HOR. epist. 1, 19, 44 poetica -a. AVSON. 404, 5 p. 236 P. felle carmen atque -e temperans. CLAVD. carm. min. 30, 10 Heliconia -a. SEDVL. carm. pasch. 1, 13 [*cf.* op. pasch. praef.]). LAVS Pis. 64 Nestorei cedit tibi gratia -is (*cf.* SIL. 15, 456 Neleia -a. PLIN. epist. 4, 3, 3 Homerici senis -a). QVINT. inst. 3, 1, 5 (*opp.* absinthi. *cf. p. 608, 76*). TERT. anim. 31 p. 352, 11 -a facundiae (*item c. gen. expl.*: AVSON. 403, 18 p. 235 P. eloquii. HIER. c. Ioh. 3 venena ... erroris circumlinebant -e verborum. CLAVD. 17, 251 sermonis [ENNOD. opusc. 3, 13 p. 334, 6. 3, 118 p. 361, 18]. BOETH. cons. 2, 3, 2 W. oblita ... rhetoricae ac musicae -e dulcedinis. ENNOD. epist. 5, 2, 118 p. 124, 18 conloquii [opusc. 2, 123 p. 325, 17]. 5, 21, 1 p. 142, 15 praeconii). SYMM. epist. 1, 31, 1 Tulliano. AVSON. Symm. epist. 1, 32, 1 circumlita (*cf. l. 71. p. 608, 74*) -e tuo pocula ([*cf. q. antecedunt*]. HIER. in Ier. 3, 1, 2 p. 151, 5 subdolo -e [*syn.* verborum dulcedinem]). VINCENT. LER. 17, 23 p. 26 non tam verba quam -a quaedam fluxisse.

c *de philosophia, sapientia* (*cf. p. 610, 29*): PS. VARRO sent. 29 *philosophorum antiquorum quasi* apum -a comedimus (*sc. scripta exponimus*), non ipsi facimus. ANTH. 405, 8 cuius Cecropio pectora -e madent. LACT. inst. 5, 1, 14 circumlinatur modo poculum caelesti -e sapientiae ([*cf. q. s. et p. 608, 74*]. AMBR. spir. 2 prol. 9. *sim. c. gen. expl.*: PACIAN. sim. carn. p. 131, 21 admixto interpretationum -e. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 14 ingenii). AVG. in psalm. 80, 22 (*ad psalm. 80, 17*) -l sapientia est (*cf. q. s.*). HESYCH. in lev. 2, 11 p. 810[C] (*ad prov. 5, 3*) -l ... paganorum doctrinam intellegi propter suavitatem verborum *eqs.* (*cf. p. 609, 47*).

d *de scriptura sancta, doctrina christiana sim.: ad significandam quasi dulcedinem comparatur -l sensu proprio*: TERT. scorp. 1 p. 146, 18 eloquia domini dulcia super -a et favos (VVLG. psalm. 18, 11 *iudicia domini* dulciora s. -l et favum. 118, 103 Sirach 24, 27). HIER. epist. 30, 13, 1 quae -a sunt dulciora dei scire prudentiam? VVLG. Ezech. 3, 3 factum est in ore meo sicut -l dulce (*unde* apoc. 10, 9 tamquam -l [10, 10]). AVG. in psalm. 51, 18 in psalm. 118 serm. 22, 7. *et al.* EPIST. pontif. 253 Hier. epist. 35, 1, 3 quo animae pabulo omnia -a superantur. *metaph.*: TERT. scorp. 1 p. 146, 19 lacte et -e promissio dei manat ([*cf. p. 606, 23*]. AVG. epist. 27, 2 VICTRIC. 8). FRG. Mur. 67 alia plura, quae in catholicam ecclesiam recipi non possunt: fel enim cum -e misceri non congruit. PS. ORIG. tract. 11 p. 127, 10 -l id est suavitas euangeliorum (*cf.* EVAGR. alterc. p. 17, 6 [*ad Is.* 7, 15] -l ... dulcedo est doctrinae eius [EVCHER. form. 7 p. 40, 12]). 13 p. 151, 5 (*ad iud. 14, 8*). HIER. epist. 15, 4, 5 venenum sub -e latet ([*cf. p. 609, 28*]. *item opp.* v.: c. Lucif. 17 AVG. in euang. Ioh. 7, 6 CARM. adv. Marc. 1, 81. *cf.* PROSP. carm. de ingrat. 806 erroris ... nullo praelevit letalia pocula -e). hom. Orig. in Is. 2, 2 p. 251, 13 -l spiritale (*cf. q. s.*). *ibid.* p. 252, 4. 10 -l ... est qui in his (*scripturis*) est intellectus. *ibid.* p. 252, 14 (*opp.* fel). PS. HIER. expos. in euang. prol. p. 534[B] Matthaeus -l, Marcus lac *eqs.* RVFIN. Bas. hom. 5, 14 (*ad prov. 24, 13*). ORIG. in iud. 5, 2 p. 493, 4 dulcia divini eloquii -a (CASSIOD. in psalm. praef. p. 12[B]. *item c. gen. expl.*: CASSIOD. in psalm. praef. p. 9[A] cum psalterii caelestis animarum [*cf. p. 605, 77*] -a gustassem. compl. in act. 17, 22 *Paulus* caelestis philosophiae -a fundebat. *cf. l. 34*). PS. RVFIN. in Ioel 3, 17 p. 1057[B]. AVG. conf. 9, 4, 11 litteras de -e caeli melleas. in epist. Ioh. 4, 6. in psalm. 96, 1 -l dei. LICENT. carm. ad Aug. 148 in lucem vomuisti nectareum -l (*cf. p. 606, 10*). CASSIOD. in psalm. 1, 3. 113 p. 817[C]. 140, 9. *adde*: ENNOD. opusc. 3, 31 p. 338, 19 -l dominicae passionis severitatem legis condiens.

3 *de hominibus amatis: -l notione propria comparatur cum hominibus amabilibus*: PLAVT. Asin. 614 oh -e dulci dulcior tu es (OV. trist. 5, 4, 30. AVSON. 412, 13 p. 270 P. *et al.* CIL VI 13148, 6 INSCR. christ. Diehl 2280 adn. *bis*. *adde* CIL XIII 2180 cuius ... anima et speciens simul et aetas dulcius -e fuit). Cas. 458 quia te tango, -l mihi videor lingere. *metaph. de ipsis hominibus* (*aliter l. 24*): PLAVT. Bacch. 18 cor meum, spes mea, -l meum, suavitudo, cibus, gaudium (1197 Curc. 164 *al.* Poen. 394 -l huius, fel meum. AFRAN. com. 311 CAEL. Cic. epist. 8, 8, 1 C. Sempronium Rufum, -l ac delicias tuas. APVL. carm. frg. 4, 1 HIER. epist. 52, 5, 7).

II *de quibusvis sucis cibisve spissis dulcioribus*: **1** *de suco dulci qui in foliorum superficie invenitur* (*cf. p. 606, 2. 18 et v. Schuster, RE XV 364, 47 sqq.*): SEN. epist. 84, 4 inveniri apud Indos -l in arundinum foliis *eqs.* CVRT. 6, 4, 22. MELA 3, 62 tam feracis soli, ut ... -a frondibus defluant (PLIN. nat. 12, 34). PLIN. nat. 11, 30. 16, 31. GLOSS. III 591, 70 ladanus -l in folia ulmi (613, 30. 625, 41). **2** *de sucis, condimentis, cibis dulcibus, liquidis vel spissis, quae in herbis crescunt vel ex eis conficiuntur*: PLIN. nat. 12, 32 saccaron est -l in harundinibus collectum cummium modo, candidum, dentibus fragile *eqs.* (DIOSC. 2, 65 [*gr. 2, 82, 5*] *saccaros* species est -is spissi *eqs. cf. p. 606, 56 et Schuster, RE XV 372, 52 sqq.*). 21, 70 *cerinthe* capite concavo -is sucum habente. 21, 127 sucus, qui flore *lilii* expressus est, ab aliis -l vocatur, ab aliis syrium. EDICT. imp. Diocl. III/IV 3, 12 -is foenicini (*sc. suci ab hominibus e palmulis confecti. cf. Daremberg-Saglio III 2 p. 1704 b*).

III *de suco ab aliis atque apibus animalibus confecto*: PLIN. nat. 11, 99 *scarabaei* favos ... medicato -e fingunt.

proverbialiter: l. 36. p. 606, 16 sqq. 58. 608, 74 sqq. 609, 20. 49.

deriv.: melculum, 1. 2. mella, mellacium, mellarius, mellatio, melleus, (melliculum), mellicus, ?melliginus (-tinus *trad.*), melligo, mellina, mellitus, Mellona, mellosus. *cf.* mulsus.

comp.: mellifer, -ficium, -fico, -ficus, -fluens, -fluus (Meligerus). *cf.* mel(l)ilotus. hydro-, oeno-, omfaco-, oxy-, rodomel(l)i.

mēla, -ae *v. s.* 2. melum (*p. 628, 11*).

melabsinthium *v.* melampsithium.

mēlacion (melanc-) *n.* [*vox gr., cf. neogr.* τὸ μηλάκι. *de scriptura* melanc- *pro* melac- (*ut* INSCR. *Dessau 8753* anc *pro* hac) *cf. Sommer, Handb.* [2. 3] *p. 238. Svennung.*] *pomorum genus* (*i. q. malum Anicianum* [*cf. Plin. nat. 15, 61*] *esse ci. Stadler*): GLOSS. III 548, 4 -ancion sorba (593, 4 -acion. 614, 53 -acion[i]. 626, 60 malecion[i]). 553, 1 anaciton ([-nic- *var. l.*] ἀνικητόν? *Svennung*) i. -ancio.

melaena *v.* melas. **mēlagrānāta, -quidōnia,** -ae *v.* 2. melum.

melamborīus, -ī *m.* *gr. v. l. 79.* *nomen venti*: HEGES. 3, 20, 2 p. 223, 16 flatus vehemens ingruit, quem -um per ea locorum navigantes vocant (*cf. Ios. bell. Iud. 3, 422* μελαμβόρειον [-ρίον *var. l.*]). GLOSS. III 84, 56 -r⟨i⟩os: vulturnus.

melamphyllum, -ī *n.,* μελάμφυλλον. *nomen herbae, q. e. nostris* '*Acanthus mollis L.*' (*cf. Berendes, Diosc. Arzneimittell. p. 273*[med.]). *v. vol. I 247, 64 sqq.*

melampodion (-um), -ī *n.,* μελαμπόδιον. *nomen herbae, fort.*

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'Helleborus officinalis L.' (*cf. Berendes, Diosc. Arzneimittell. p. 448, 6 sqq.*): PLIN. nat. 1, 25, 21 -um sive elleborum, quod veratrum (*cf. 25, 52*). 25, 47 ab hoc (*sc. Melampode*) appellatur unum hellebori genus -on. 25, 49 -um. DIOSC. 4, 157 (melanpolion *trad.; gr. 4, 162, 1 et Ps. Diosc. Vind. ibid. p. 306, 14* Μελαμπόδιον). GLOSS. III 569, 41 -on: eleborus niger.

melampsithium. -i *n.* (-os *m. v. l. 12*). *a gr.* μελαμψίθιος. *passi genus* (*v. l. 10*): CELS. 5, 25, 16 adversus urinae difficultatem ...-i (*Krauseus*; melabsinthii *sim. trad.*) cyathus. PLIN. nat. 14, 80 psithium et -um passi genera sunt, suo sapore, non vini. DIOSC. 5, 9 *ex uvis in vitibus* servatis vinum exprimunt ..., qui et creticus appellatur ... aut -os (melamsimitios *trad.; gr. 5, 6, 4* μελαμψίθιος). *adi.* **melampsithius,** -a, -um: MACR. Sat. 3, 20, 7 uvarum ista sunt genera: ...-a (*sc. uva*).

melampyrum, -ī *n.* *gr. v. l. 16.* *nomen herbae*: DIOSC. 4, 112 myagron aut mellanpiro erba est sarmentosa *eqs.* (*gr. 4, 116* μελάμπυρον).

melan *v.* melas.

melanaëtos a Graecis dicta (*sc. aquila*) *eqs.* PLIN. nat. 10, 6 (*cf. Aristot. hist. anim. p. 618 b 28* μελανάετος).

[melanagrius (*pro* μαλάχην ἀγρίαν) malva agrestis GLOSS. III 584, 38. *cf. etiam p. 205, 74* (*pro* malabathrum) *et p. 613, 75* (ampelus -us).]

melanc(h)lōrus, -a, -um, μελάγχλωρος. *i. q. coloris viridis subnigri*: THEOD. PRISC. eup. faen. 68 -us (*Gel.*, -corus *trad.*) trociscus semper his (*sc. nervorum vulneribus*) utilissimus fuit.

***melancholia,** -ae *f.*, μελαγχολία. *de origine*: ISID. orig. 4, 5, 5 -a dicta eo quod sit ex nigri sanguinis faece admixta abundantia fellis *eqs.* (*sim.* 4, 7, 9). *de scriptura et de formis vulgaribus (cf. l. 70 sqq. et Heraeus, Kl. Schr. 142 adn. 1): litteris graecis trad.*: CELS. 2, 1, 6 (*F*). GELL. 18, 7, 4 (*plerisque codd.*). HIER. epist. 125, 16, 3 (*H*). *scribitur*: -len-: ALEX. TRALL. 1, 77. 82 GLOSS. V 425, 22. -lon-: GLOSS. -co-: HIER. epist. 125, 16, 3 (*pars codd.*). GREG. TVR. Mart. 2, 58. *et al.* -oni-: HIER. epist. 125, 16, 3 (*Ψ*). GREG. TVR. vit. patr. 4, 5 (*v. l.*). GLOSS. V 425, 22 *m. 2.* GLOSS. -a umor fellis. V 310, 22 -am frig⟨d?⟩us et siccus humor vel nigri fellis augmenta. *cf.* II 366, 40 μελαγχολία felles. *inde a* CIC.

1 *proprie de humore corporis humani, i. q. bilis atra*: VINDIC. med. 2 p. 209, 13 materies descendens ... uspiam flegma fiet, uspiam fel ..., uspiam -a, uspiam sanguis *eqs.* HIPPOCR. aer. 10 p. 27, 7 *innascuntur* -ae (-a *var. l.; gr.* μελαγχολίαι. *cf. q. s.*). GREG. TVR. Mart. 2, 58 -am, id est decocti sanguinis fecem. vit. patr. 4, 5 febris -a compressa restinguitur. ORIBAS. syn. 1, 7 Aa p. 809, 24 -ae ... abundantia. ISID. orig. 4, 5, 3 unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, -a terram, phlegma aquam (*cf. p. 613, 67*).

2 *transl. de morbo atra bili effecto, sc. insaniae genere*: CIC. Tusc. 3, 11 quem nos furorem, μελαγχολίαν (-an *vel* -am *codd.*) illi vocant. quasi vero atra bili solum mens ... moveatur. CELS. 2, 1, 6 *humoris motu* bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant, insania, morbus comitialis ... oriri solent. GELL. 18, 7, 4 intemperiem istam, quae μελαγχολία dicitur, non parvis ... ingeniis accidere (*cf. infra l. 79*). HIER. epist. 125, 16, 3 taedio solitudinis ... vertuntur in μελαγχολίαν. CAEL. AVR. acut. 1, 4, 42 vicinae phreneticae passioni ex ipsa alienatione: furor ..., -a *eqs. ibid.* -a fellis nigri vomitum facit. 3, 12, 107 *bis.* ORIBAS. syn. 8, 10 Aa p. 212, 5 est ... tertia differentia -ae *eqs.* (ALEX. TRALL. 1, 75). p. 212, 26 oportit ... talem -am per balneos ... curare (*cf.* ALEX. TRALL. 1, 77 de cura -e. 1, 83 curatio -e). 8, 13 Aa p. 216, 14 speciem -ae esse lycanthropia (ALEX. TRALL. 1, 76). *al.* ALEX. TRALL. 1, 75 non una est causa -e *eqs.* (*sequitur descriptio*). *ibid.* molestie -e (1, 83). 1, 76 si ex plenitudine sanguinis fiat -a (1, 77 sqq.). *ibid.* qui ... nigri sunt colore ... facilius comprehenduntur -a. 1, 78 non ... aliud esse videtur mania a[u]t⟨que⟩ extensa -a (*gr.* ἐπίτασις τῆς μελαγχολίας ἐπὶ τὸ ἀγριώτερον). 1, 79. 82. 83 *mulier* cum in -am ... incidisset. ISID. orig. 4, 7, 9 epilemsia ... in phantasia fit, -a in ratione, mania in memoria.

***melancholicus,** -a, -um, μελαγχολικός. *de origine et notione*: ISID. orig. 10, 176 malus appellatus a nigro felle, quod Graeci μέλαν dicunt; unde et -i appellantur homines, qui et conversationem humanam refugiunt *eqs.* GLOSS. III 603, 1 -us: inundatio nig(ri)dinum (nigri *var. l.*) fellis. *cf.* II 366, 41 μελαγχολικός felleus. *de scriptura et formis vulgaribus (cf. l. 29 sqq. et Svennung, Wortstud. Oribas. 95): litteris graecis: v. p. 612, 25. scribitur*: ma-: ANTHIM. 47 *A.* ORIBAS. syn. 6, 17. menach-: PAVL. dig. 21, 1, 2 *P.* NOT. Tir. 111, 76 (-tus). -len-: ANTHIM. 50 *A.* ALEX. TRALL. 1, 77. -co-: SCHOL. HOR. ars 304 (*v. l.*). CASS. FEL. 9 p. 16, 13. *et al.* *compar. gr.* -oterus: *v. p. 612, 13.* NOT. Tir. *v. l. 72.* *inde a* CIC. [*dub.*: GLOSS. V 116, 21 melas: niger gr(ae)c(e); melancoli⟨cu⟩s ergo nigri coloris.]

A *adi., i. q. ad melancholiam pertinens*: **1** *i. q. melancholia affectus*: *de hominibus* (*cf. l. 67*): CIC. Tusc. 1, 80 Aristoteles ... ait omnis ingeniosos -os esse (*cf. Aristot. probl. p. 953a 11* φαίνονται μελαγχολικοὶ ὄντες). PAVL. dig. 21, 1, 2 in his *servis*, qui praeter modum timidi ... sunt aut iracundi vel -i. SCHOL. Hor. ars 304 dicebatur ... -us fuisse Horatius. *de sanguine*: ORIBAS. syn. 1, 7 Aa p. 809, 22 sin vero spissus in eo sanguis dominatur et -us *eqs.* (La p. 809, 27 -i sanguinis plenitudo. 8, 10 Ab).

2 *i. q. atra bili effectus* (*potius i. q. ex atra bili consistens: l. 4*): PLIN. nat. 22, 133 purgationem eam adhibentes maxime insaniae -ae. 27, 130 *rhecoma bibitur contra* -as vertiginis. CASS. FEL. 9 p. 16, 11 *maculae nigrae* ex -o humore (*cf. p. 611, 37*) efficiuntur, id est ex nigri fellis redundantia (71 p. 170, 15 si ... sub -o h. ... fuerit passio [73 p. 173, 9]. ANTHIM. 25 turtures ... -um h. generant [27 ORIBAS. syn. 4, 8 tit.]. ORIBAS. syn. 1, 7 Aa p. 809, 35 catarticis, qui -um deducit h., purgabis [6, 14]. 1, 16 [*gr. 1, 16, 4* τῆς μελαίνης χολῆς]. 6, 13 *al.* ALEX. TRALL. 1, 78. 79. 82). 73 p. 176, 13 quod antidotum ... facit ad universas -as causas. ORIBAS. syn. 8, 10 Aa p. 212, 19 -a passio (ALEX. TRALL. 1, 77). *nota*: 4, 15 Aa p. 16, 12 non una species est cacocymiae; est enim frigidior et cholerica, quemadmodum alia -otera (*gr. 4, 15, 1* μελαγχολικωτέρα).

3 *i. q. melancholiam generans* (*cf. l. 6*): ANTHIM. 47 *naupridae* malam carnem habent et -am (-liam *codd. mell.*, -icum *dett.*), ita ut graves et malos humores et sanguinem nigrum nutriunt. 50 caules ... hiemis tempore *congrui sunt*; nam stivis diebus -i sunt.

4 *i. q. curationi melancholiae aptus(?)*: CASS. FEL. 9 p. 16, 13 in principio curationis catartico -o (*c*, catarticum -um *p*; cathartico -um *Rose. cf. l. 7*) ... purgabis.

B *m. pro subst., i. q. homo melancholia affectus*: CIC. div. 1, 81 Aristoteles ... eos ..., qui valetudinis vitio furerent et -i dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens (*cf. Aristot. de div. per somn. p. 1248a 39* οἱ μελαγχολικοὶ καὶ εὐθυόνειροι). SCRIB. LARG. 104 ad bilem atram generantes, quos μελαγχολικοὺς appellant, bene facit (MARCELL. med. 20, 9). PLIN. nat. 20, 25 *raphani prosunt* lethargicis ⌊et comitialibus et -is⌋ (⌊ ⌋ *add. exc. Q; om. codd.*). 20, 66 *lactucae* dantur et -is (20, 227 -is ... cyathis ternis ... et insanientibus quaternis. 21, 155 in alienatione mentis ac -is. 28, 127. ALEX. TRALL. 1, 81 menomenis vel -is). 20, 93 *brassicam petraeam* inflationibus mederi, -is quoque (25, 60 -is, insanientibus. 28, 58 mente captis ac -is). 23, 59 *acetum scillinum* comitialibus, -is ... utile (ORIBAS. syn. 1, 6 Aa p. 807, 5 -is et maniam patientibus). 28, 117. 230. FIRM. math. 3, 2, 24 quodsi ... luna Marti se coniunxerit ..., faciet insanos, lunaticos, -os (3, 12, 11. 4, 9, 9). FAVSTIN. trin. 2, 4 p. 52^D quasi -us non vera perspiciens. THEOD. PRISC. log. 51 accidentia -orum (96). CAEL. AVR. acut. 1, 4, 42 internoscuntur ... furentes atque -i a phreneticis *eqs.* ORIBAS. syn. 2 add. p. 841 *coloquintida* facit ... ad maniodes vel -is. *al.* ALEX. TRALL. 1, 82.

comp.: permelancholicus.

melanchrūs (-crux *trad.*) fuscus, gr(ae)c(e) GLOSS. V 116, 19. *cf.* III 253, 7 μελάγχρους fuscus, caeruleus.

mēlancion *v.* melacion.

melancium *v.* melanthion. **melancōrus** *v. p. 611, 24.*

melancoryphus, -ī *m.*, μελαγκόρυφος. GLOSS.^{L} II Philox. AT 17 atricapellus μελανκόρυφος, μελάνθριξ. GLOSS. II 366, 39 μελαγκόρυφος στρουθός. III 436, 10 μελάνκόριφος vertice niger. *genus avium* (*fort. 'Sylvia atricapilla L.'*): PAVL. FEST. p. 124, 15 -i (-ri- *trad.*; -rinphi *T. cf. l. 54*) genus avium, quae latine vocantur atricapillae eo, quod summa earum capita nigra sunt (*inde* GLOSS. I 167 [-ri-]). PLIN. nat. 1, 10, 44. 10, 86 *ficedulae* formam simul coloremque mutant. hoc nomen (*sc. ficedularum*) autumno habent, postea -i vocantur. 10, 165 -us supra XX parit. 37, 112 avium, quas -os (-pos *trad.*; melancholicos *v. l.*) vocant (*inde* SOL. 20, 14 [-yf-, -if-, -ynfh-, -inf- *al. trad., v. adn. crit.; cf. etiam l. 49*]). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 15 (-if-).

melancranis *f.*, μελαγκρανίς. *iunci genus* (*'Schoenus nigricans L.'*): PLIN. nat. 21, 113 (*e Theophr. hist. plant. 4, 12, 1. 2*) tria genera eius (*sc. iunci*): ... quem -im (-acrantam *sim. trad.*) appellant, crassior hic et fruticosior. *ibid.* -is (-anchr-, -acr- *var. ll.*) sine aliis generibus nascitur. *ibid.* -is ... suo semine *nascitur*.

melancrux *v.* melanchrus. **melander** *v. l. 66.*

1. melandrya, -ōrum *n.*, μελάνδρυα (*sc.* τεμάχη). *nom. sing.* melander (*m.?*): *v. l. 66.* *pulpa thynni salsa* (*cf. Marquardt-Mau, Privatl. 438, Blümner, Privataltert. 185*): VARRO ling. 5, 77 thynnus, cuius item partes graecis vocabulis omnes, ut -der atque uraeon. PAVL. FEST. p. 76, 15 elacatena genus salsamenti, quod appellatur vulgo -a (-rea *codd.*). PLIN. nat. 9, 48 *thynni* plenis pulpamentis sale asservantur. -a (-ria *codd.*) vocantur, quercus assulis similia (*cf. q. s.*). MART. 3, 77, 7 te ... iuvant gerres et pelle -a cana.

2. melandrya, melandrys *v. s.* sorbus.

melanēp(h)orus *m.*, **melanēp(h)orē** *f.*, μελανηφόρος, *μελανηφόρη. *homines sacerdotales imprimis Aegyptiorum deos colentes* (*cf. Dessau ad Inscr. Dessau 4420; Poland, Griech. Vereinswesen 43. 219 al. et RE XV 408 sqq.*): CIL I^2 1367^a C. Pomponius C. f. Ser. -porus. Marcia L. l. Salvia -pore. C. Publici. C. l. Trupho -porus. 1367^b Sex. Cloelius Sex. f. Col. Niger -us.

melangrio (*v. vol. III 1407, 29*) *cf. p. 516, 43.*

melanītēs *v. p. 619, 60.*

?**melanium,** -ī *n.* *violarum genus*: PLIN. nat. 21, 65 florum prima ver nuntiat viola alba. ... sequitur oenanthe ac -um (*e Theophr. hist. plant. 6, 8, 1* τὸ μέλαν ἴον *ci. Barbarus*; melianthum, meliancum *trad.*). 1, 21, 38 (*ci. Mayh.*, meliantum *sim. codd.*).

melantēria, -ās (*p. 613, 8*) *f*, μελαντηρία. *depravatur*: mo-

[*Brandt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lancia ALEX. TRALL. 1, 18 (*gr. p. 461 P.* μελαντηρίαν). *al. v. Thes. gloss.* *i. q. atramentum* (GLOSS. III 584, 30 malaterio id est adramentis): *de natura et origine* (*cf. Berendes, Diosc. Arzneimittell. p. 529*): DIOSC. 5, 95 in quo monte inveniuntur multa metallica ..., -a (*gr. 5, 74, 4*). 5, 126 de -a. -a colligitur ex speluncis *eqs.* (*seq. descriptio. gr. 5, 101*). 5, 127 psori, quem multi putaverunt -a esse (*gr. 5, 102, 1*). GLOSS. sugia de furno vitrario. erugo ferri. erugine raso. *de usu in medicina*: SCRIB. LARG. 208 -as, quae creta sutoria dicitur, qua ligulae calceorum denigrantur, *libra*. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 44 aliqui ... -am admiscent *trochiscis*. CASS. FEL. 11 p. 19, 9 -a (-ra *v. l.*), qua sutores utuntur. ALEX. TRALL. 1, 18 inunges.

mēlant(h)emon (mĕl-? *n.*, μηλάνθεμον (με-? *cf. l. 15*). *nomen herbae chamaemeli*: DIOSC. 3, 149 antemis ... aut camemelon, quia et odoris similis est male matiane, aut -temon (*gr. 3, 137, 1* μηλάνθεμον [με- *pars. codd.*]). *cf. l. 21.*

melant(h)inus, -a, -um, μελάνθινος. DIOSC. 1, 41 p. 72 b 25 de -tinu (*sc. oleo*). -tinu confectio (*1, 37* μελάνθινον).

***melant(h)ion, -ium** (-um *l. 30*), -ī *n.*, μελάνθιον. *de scriptura* (*cf. Thes. gloss. I 493 s.* git): ma-: *l. 25.* -ll-: *l. 26. 29. 30.* -ti-: *l. 24. 25. 26 al.* -ci- *l. 26. 31.* GLOSS. git, nigella. *per errorem pro melanthemon*: PLIN. nat. 1, 22, 26. 22, 53 *anthemin* alii chamaemelon ... nonnulli -on vocant (*cf. l. 13*). *cf. Onom.*

i. q. git (*v. vol. VI 1997, 27 sqq.*): *de -i natura*: COLVM. 10, 245 *tunc nascuntur* gracili ... -tia grata cumino. PLIN. nat. 27, 94 *isopyro* capitula sunt ... plena seminis -i (ma-, -tia *var. ll.*). DIOSC. 3, 87 de -tio: mellantiu (-cium *v. l.*) frutex est minor *eqs.* (*gr. 3, 79* μελάνθιον). *de usu in medicina*: CATO agr. 102 si ... quadrupedem serpens momorderit, -i acetabulum, quod medici vocant zmurnaeum, conterito *eqs.* PLIN. nat. 23, 67 *faex aceti* cum -o (28, 188. 217. 31, 84. 33, 85 [-ll-, -ti- *var. ll.*]). 35, 185 (-ll-, -ti- *var. ll.*). SER. SAMM. 569 vile -thum (-tum *var. l.*). CHIRON 519 -cio admiscis (*cf.* VEG. mulom. 2, 141, 5 -tium ... miscent. CASS. FEL. 72 p. 174, 8 [medicamentum, melancolicum *sim. trad.; cf. Junel, In Cass. Fel. studia 139 sqq.*]). THEOD. PRISC. 7 -on ... cum tostaveris *eqs.* 47 frictum (*cf. adn.*). 89 tritum. log. 44. 59 admotis odoribus ex -o. 71. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 113.

melanūrus, -ī *m.*, μελάνουρος. ISID. orig. 12, 6, 27 -us eo, quod nigram caudam habeat et pinnas nigras et in corpore lineas nigras. *prosodiam* mēlānū- ENN. frg. var. 42 *defendit Vahlen, vix recte, cf. Helm et Butler-Owen ad Apul. apol. 39 v. 17.* GLOSS. oclata, oculata (*cf. Meyer-Lübke, WuS. 11, 1928, 12*). *piscis marinus saxatilis* (*'Oblata melanurus'*): ENN. frg. var. 42 *inter pisces marinos.* OV. hal. 113 laude insignis caudae -us (*inde* PLIN. nat. 32, 152 placentem ⌊cauda -um⌋ [⌊ ⌋ *ci. Gesner*; caudam labrum *sim. trad.*]). COLVM. 8, 16, 8 PLIN. nat. 32, 17. 149.

mēlanus i. pomum sive malum GLOSS. III 584, 32. *cf.* 2. melum.

mēlapium, -ī *n.*, μηλάπιον. *mālorum genus*: PLIN. nat. 15, 51 cetera *māla* e causis traxere nomen: ... cognatione -a (*cf. Olck, RE I 2707, 1*).

melapius i. hedera arborea GLOSS. III 569, 72 (*sim.* 592, 45 -us in arbore. 614, 6. 626, 20 -um).

melapticus *v.* malacticus (*p. 161, 36*).

mēlārius, -ī *f.* *a* 2. melum. *i. q. mālus f.* (GLOSS.[L] Corp. M 142 -um: mirc-apuldur [*anglosax.; sim.* GLOSS. V 372, 5]. GLOSS. III 428, 19 μηλέα ...: -a): LEX Sal. 27 add. 2 si quis inpotus (*i.* imputos) de -o (*sic vel* mil- *codd. E*; pomario *rell.*) aut de perario ruperit *eqs.* 27 add. 4 si quis -um (*codd. EH*; pomarium *rell.*) aut perarium decorticaverit *eqs.*

melās, -anos, melaena (-anē: *l. 73. 77*), melan, μέλας, μέλαινα, μέλαν. *compar. gr.*: *v. l. 78.* GLOSS. niger (*cf. et p. 617, 19*).

i. q. niger: *de genere vitiliginis* (*pro subst. l. 62. 65*): CELS. 5, 28, 19 B *vitiliginis* tres species sunt: alphos vocatur, ubi color albus est ...; -as colore ab hoc differt, quia niger est ...; leuce *eqs.* (*sim. ibid. iterum*). 5, 28, 19 D ii ..., quos -nas vocari dixi, curantur *eqs.* PS. SORAN. quaest. med. 8 *medicina* de cute aufert lepram et leucen et -an id est nigredinem. CASS. FEL. 9 p. 16, 7 maculas nigras Graeci alphus -anas (*c*, -enas *p*) vocant. *de bile*: VINDIC. epist. ad Pentad. p. 486, 16 cholera xanthe ... *est* amara ..., -ena (melina, milina *var. ll.*) cholera, id est nigra (*sc. i. q. melancholia, cf. p. 611, 35. 37*), acida frigida et sicca. *de herbis earumque partibus* (*pro subst.: l. 76*): PS. APVL. herb. 99 l. 26 *hedera nigra* a Graecis dicitur cissos -as (GLOSS. III 557, 20). DIOSC. 1, 11 ista ... *cassia* -ena flagilior est et brevior (*antea*: subnigella. *gr. 1, 13, 1. 2* μέλαινα). 4, 178 de ampelos -ani (-ena *P*). ampelos -ena (*gr. 4, 183, 1* μέλαινα), quam maxime vitae (*i.* vitem) nigra dicunt (GLOSS. III 631, 14 a. -ina acria [580, 11 a. melanagrius] vitis nigra agrestes. *cf.* PS. DIOSC. herb. fem. 26 -ena i. e. vitis nigra eademque labrusca). GLOSS. piper nigru pipereos -ana (?). *compar.*: DIOSC. 3, 159 *cannabo agresti* folia similia suprascripte, sed aspera et -antera (*gr. 3, 149* μελάντερα). *de aliis rebus*: DAMIG. lapid. 40 lapis -as. -as lapis habet in se stellas *eqs.* THEOD. PRISC. log. 102 *ministrandi sunt* trochisci ... aut -as aut Andronius *eqs.* (*cf. adn. crit.*). ALEX. TRALL. 1, 50 chrisma recipit -an graphicon (*sc. atramentum. gr. p. 505 P.* μέλανος γραφικοῦ).

melaspermon (*cf.* μελάνσπερμον) *v. vol. VI 1997, 28 sq.*

mēlāta, -ae *f.* [*a* mela, melum. *J. B. H.*] *cibus e mālis confectus* (*cf. Thomas, Mélanges L. Havet, 518*): ORIBAS. syn. 4, 6 ⌊-a de non maturis malis facta⌋ (⌊ ⌋ *gr.* μῆλα τὰ μὴ πέπειρα. *sim. ubique*). *cf.* 4, 7. 15. 32 -a de stipticis melis. *nota* 4, 30 Aa p. 33, 4 *ventrem constringit* -a (-lot- *La*) de malis stipticis facta. acida vero -a (mela *La*) *eqs.*

melca, -ae *f.* [*utrum peregrina sit vox* (*cf. theod.* Milch), *an indigena, ambigitur; v. Janko, Glotta 2, 38 sqq. J. B. H.*] *scrib.* melfa: *l. 20.* *apud Graecos trad.*: GEOPON. 18, 21 p. 499, 7 μέλκης σκευασία .... Παξάμου. *ibid.* l. 9. 17. GALEN. alim. succ. 13 vol. VI 811, 14 K. τῆς καλουμένης παρὰ 'Ρωμαίοις μέλκης (*item latinum esse testantur*: GALEN. meth. med. vol. X 468, 2 K. PAVL. AEG. 3, 37, 4 p. 225, 19 H. *cf. l. 18. 23*). [*sard.* merca. *M.-L.*]

genus cibi e lacte acido confecti, fere i. q. ὀξύγαλα: CE 862 = CIL VI 30993 (*s. I*) ⟨lact⟩ea -a datur (*cf. adn. Buech.*). APIC. 7, 300 tit. dulcia domestica et -(a)e. 7, 308 -as: cum (mel castum *trad.*) pipere et liquamine vel sale, oleo et coriandro. ANTHIM. 78 oxygala vero graece, quod latine vocant -a, ⟨quod est lac, *add. Niedermann*⟩ quod acetaverit *eqs.* ORIBAS. syn. 4, 2 Aa p. 6, 22 ex acida lacte facti *casei* minus sunt pacicymi, ⌊melfa, lactes acidonica⌋ (⌊ ⌋ *gr. 4, 2, 4* ὀξύγαλα). 4, 6 Aa p. 8, 5 -a acidonica (*gr. 4, 6, 2* ὀξύγαλα. *La* lactis acida). ALEX. TRALL. 2, 27 oxygala i. lac acetosum ... et -a (mela *ed.*; *gr. p. 261, 3 P.* ὀξύγαλα καὶ ἡ παρὰ 'Ρωμαίοις καλουμένη μέλκα).

melcēris *v.* meliceris.

melculum, -ī *n.* [*a* mel *deminutive. J. B. H.*] [*falso trad.*: MACR. Sat. 2, 4, 12 -e *pro* Medulliae.]

i. q. mel: *proprie* (*cf. l. 31*): GLOSS. I Ansil. ME 434 (*ad l. 32?*) -o (*Goetz*, mercule *trad.*): melle albo. *transl.* (*cf. p. 610, 41*): PLAVT. Cas. 837 meum corculum, -um (*A et Prisc. gramm. II 102, 18*; melliculum *rell. codd. et Paul. Fest. p. 61, 6*). Curc. 11 (*per figuram zeugmatis et proprie et transl.*) egon apicularum congestum (*sc. cereum*) opera non feram ex dulci oriundum -o (*Bothius; cf. Lindsay, Captivi p. 16*; melliculo *codd.*) dulci meo?

mēlē, -ēs *et* -is (*pro* -es), *acc.* -ēn *f.*, μήλη. *praeter* PAVL. NOL. *trad.* mell-. *i. q. specillum* (*cf.* GLOSS. II 371, 50 μίλη ἡ τοῦ ἰατροῦ specillum. *sim. al.*): PAVL. NOL. carm. 23, 168 qua ... solet arte medendi cauta manus lēvem ... -en ducere. PS. THEOD. PRISC. add. p. 273, 2 pyrena -is de visco ungues *eqs.* (ANTIDOT. Brux. 4 *bis*). ANTIDOT. Brux. 42 *trocisci pulvis* aut digito aut -e intra os mittitur.

de mēleās id est mela DIOSC. 1, 122 tit. (*cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 M 10). *gr.* μηλέα.

meleagris, -idis *v. Onom.*

mēlecarpum *v. s.* melocarpon.

melech *v. s.* meleth.

melecin *sim. v. s.* moloche. **melēna** *v. s.* melas.

mēlēs (**maelis** [*l. 54, cf. l. 49*]), -is *f.* [*una cum* feles (*q. v.*) *ex lingua quadam ignota sumptum videtur. J. B. H.*] *de scriptura*: mae-: VARRO rust. 3, 12, 3 GRATT. 340. 402. *ex coni. pro* ma-: *l. 65* (*cf. etiam p. 624, 5*). me- *inde a* PLIN. nat. GLOSS. -us (*cf. l. 52 et p. 623, 84*) ἀρχόμυς (ἀρκτόμυς *ci. David*). -is ὕστριξ. V 621, 31 -os est bestia, quae vocatur taxo (tasio *trad.*). *cf.* melo.

i. q. taxo, melo (*'Ursus meles L.'; cf. Wellmann, RE IV 1948, 56*): VARRO rust. 3, 12, 3 ne faelis aut maelis (*BP*; me- *A*) aliave quae bestia introire possit *in leporarium*. GRATT. 340 canaque e -e galeri. 402 *canum* collaribus ... lucifugae cristas (*i. caesariem, cf. vol. IV 1210, 22 sqq.; vix recte Enk ad l.*) inducere -is. PLIN. nat. 1, 8, 58 -es. 1, 28, 71 *medicinae* ex -e (*de usu in medicina*: 28, 156 *fimum* -is. 28, 189 iocur -is [-llis *v. l.*]. SER. SAMM. 376 cinis ... -is [*em. Morgagno*; -llis *trad.*]. 890 adeps, dederit quem bestia -es. ANON. de tax. p. 229 l. 12 rec. α bestiam quadrupedem, quam nos taxonem appellamus, quidam etiam -em [-en *v. l.*; -llem, -lonem rec. β] dicunt). 8, 72 *leucrocota* capite -ium (aelium *F*[1] [mae- *F*[2]], melino *R*[2]. *sim.* SOL. 52, 34). 8, 132 Alpini *mures*, quibus magnitudo -ium est. 8, 138 alia sollertia in metu -bus *eqs.* MART. 10, 37, 18 venator capta maele (*Salmasius*, male *B*[A], meate *C*[A]) superbus adest. CAPER gramm. VII 110, 11 *v. p. 624, 5.*

meletātio, -ōnis *f.* *a* meletare. *i. q. meditatio*: FVLG. myth. 1, 15 p. 26, 6 Melpomene quasi melen (*pro* mele⟨te⟩n?) p⟨o⟩i[o]eo mene, id est -em (*codd. opt.*; meditationem *edd.*) faciens permanere *eqs.* (*cf. adn. crit. et Ellis, JPh. 29, 64*).

meleth, melech *pro* maheleth (*v. p. 152, 23*) *trad.*: ITALA psalm. 52, 1 *vel* 87, 1 (Hier. epist. 21, 29 Aug. in psalm. 87, 1) pro -th (maeleth, mahelth, melech *var. ll. ap. Hier.*; -ch *Aug.*). HIER. *l. l.* -th (ahelth, melech *var. ll.*) chorus in unum concinens dicitur (*sim.* AVG. *l. l.* [-ch]). *cf. Onom.*

meletinus *v.* melitinus.

meleto *v. p. 574, 58. cf. p. 574, 38.* *comp.*: commeleto.

meletrīx *v.* meretrix. **meletron** *v.* melothron.

melfa *v. l. 20.*

melia, -ae *f.*, μελία. *i. q. fraxinus* (*arbor vel hasta*): PAVL. FEST. p. 124 -a[s] hasta a ligno mali dicta (*cf. Müller ad l.*). *forma* melis: DIOSC. 3, 158 p. 442, 8 *cannabus* folia habet similia -idi (*gr. 3, 148* τῇ μελίᾳ).

? **mēliacē**, *acc.* -ēn *f.*, Μηλιακή (*cf. Ahlquist, Eranos 12, 1912, 166.*

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Niliace *restituendum censet Svennung per litt., conferens Deichgräber, RE XVI 2184*). *nomen malagmatis cuiusdam*: CHIRON 49 imponito malagma ⟨m⟩iliacen (meliacinum *ed.; cf. l. 5. inde* VEG. mulom. 2, 85 malagmam, quae dicitur -e [miliace *P*, meliacin *L*, meliacius *A*, meliacinus *edd.*], usque dum sanat). 880 malagma ⟨mel⟩iacen ([*em. Ahlquist*]. *seq. descriptio*).

mēliacinus *v. l. 3. 5.* **melianthum** *v. p. 612, 82. 83.* **melica** *v. s.* melicus. **mēlica** *v. Onom.* **melicāta** *v. infra l. 54.*

melicēris, -idis *f.*, μελικηρίς. -lc- (*cf. l. 16*): CHIRON 39. [*reat.* mercele. *M.-L.*] [GLOSS. III 569, 27 *v. vol. VI 390, 80.*]

genus morbi cutis: CELS. 5, 18, 18 Protarchus ... ad parotidas eaque tubercula quae -es (*Lindenus*; melicera id est favi *trad.*; *cf. l. 25*; meliceriae *falso Caesarius*) vel phymata nominantur (*seq. praeceptum*). 7, 6, 1 *in capite* tubercula oriuntur: ganglia, -as, atheromata nominant (*sim. in enumeratione*: CHIRON 98 SORAN. p. 117, 8 PS. SORAN. quaest. med. 252). 7, 6, 3 -i (-lc- *var. l.*) liquidior umor ([*cf. Scheller-Frieboes p. 737*]. *sim. describitur*: CHIRON 98 -is est tuberum, in quo invenitur humor liquidus, quasi fenugraeci sucus [*inde* VEG. mulom. 2, 30, 1]. PS. DIOSC. herb. fem. 48 -as [*cf. gr. Diosc. 2, 114, 2*] *v. p. 622, 30*). PLIN. nat. 21, 151 *melilotus* et contra -as efficax (*cf. Diosc. 3, 40, 2* μελικηρίδας). CHIRON 39 quae *vitia* fiunt ⟨in⟩ concava articulorum, quas -es appellant (*item* 465 [-as]. *cf. Hippiatr. gr. I 327, 10* μελικηρίδες). 325 (*loco mutilo*) similis colori, qui -is appellatur (*cf. Hippiatr. gr. I 91, 13* ὅμοιον τῇ μελικηρίδι). 649 -em tuberum (melicter i. e. uberum *trad.*). *ibid.* -em (melicer i. e. *trad.*). ORIBAS. syn. 3, 29 ad -as (μελικηρίδας).

melichlōros, melichlōrus, -ī *m.*, μελίχλωρος. *lapidum genus*: PLIN. nat. 37, 191 colos appellavit ... -um (-chro- *trad.*) geminus, parte flavus, parte melleus (1, 37, 73 -os [-cho-, -co- *trad.*]). ISID. orig. 16, 7, 15 -os (*Otto*, -icros, -ecros *sim. trad.*) bicolor, ex una parte viridis, ex altera melli similis.

melichrūs, μελίχρους. *i. q. colore melleo*: LVCR. 4, 1160 nigra -us est (*sc. ab amante appellatur. cf. Brouzas, Proceedings Am. Phil. Assoc. 63, 1932, XLVI*). *m. pro subst., genus lapidum* (*cf. l. 30*): PLIN. nat. 37, 191 colos appellavit ... -um (-crin, -tron *sim. var. ll.*) melleus (1, 37, 73 [-irys, -ucris, -itris *trad.*]).

melichrȳsus, -ī *m.*, μελίχρυσος. *gemmarum genus*: PLIN. nat. 37, 128 -i veluti per aurum sincero melle tralucente ([*cf. adn. Mayh.*]. 1, 37, 45. *sim.* ISID. orig. 16, 15, 6 [-ecrisis, -ectrisis *trad.*]).

*****melicrāton**, melicrātum, -ī *n.*, μελίκρατον (melicrās, *abl.* -ate: PLIN. VAL. 1, 50 l. 71. 2, 17 l. 76). *scrib.* -ll-: PELAGON. 156 DIOSC. 5, 30. *de re cf. Schuster, RE XV 1298, 55 sqq., Daremberg-S. III 2, 1705.*

i. q. aqua melle mixta, mulsa, ὑδρόμελι (*cf. l. 45. 52. 58*), *vel vinum melle mixtum,* οἰνόμελι (*l. 55. 60*): **a** *descriptiones et syn.* (*cf. l. 58. 59 sq.*): PLIN. nat. 1, 14, 20 hydromeli sive apomeli sive -on (*cf. 14, 113, ubi describitur hydromelitos confectio, et* DIOSC. 5, 30 p. 178, 13 -on, quod maxime multi ydromelli dicunt). SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 26 mulsum et conditum dicitur et -um (DIOSC. 5, 30 p. 178, 7 sqq. de -u: -on [-gr- *var. l.*] virtute simile ynomelli habet. utimur non coctu -on, id est mulsa [*gr. 5, 9, 1* μελίκρατον]. ISID. orig. 20, 3, 10 mulsum: ex melle mixtum; est enim potio ex aqua et melle, quod Graeci μελίκρατον vocant. *cf.* GLOSS. III 255, 37 τὸ μελίκρατον, τὸ οἰνόμελι: mulsum. *huc pertinere videtur*: GLOSS. I 303 -a [-ca- *trad.*] mulsa). ISID. orig. 20, 3, 12 -um (-gr- *var. l.*): vinum melle mixtum (GLOSS. II 577, 38 dulcacidus oxymeli -[i]o. III 568, 44 -is i. mellitum vinum). **b** *de usu in medicina*: PELAGON. 152 faenum -o aspergere et ... tisanam cum -o dare ([*sim.* VEG. mulom. 2, 79, 21. *cf. Chiron 459* aqua mulsa]. PELAGON. 156 VEG. mulom. 2, 79, 23. 2, 110, 5 [*cf. 2, 110, 4 et Chiron 273* melle et vino]. THEOD. PRISC. eup. faen. 24 *al.*). PS. SORAN. quaest. med. praef. p. 245, 30. THEOD. PRISC. eup. faen. 24 cucumeris radix in -o cocta (25. 76. 81 in passo vel -o. log. 23 *al.*). 52 omnia ... melli miscentur vel -o (*sim. opp.* mel: *ibid. et* 53). 53 *gargarismatio fit* ... ex ... -o *eqs.* log. 10. 17 -um ex despumato melle. 18. 19. 21. 31 *buccellae* -o infusae. *pro adi.*: VEG. mulom. 3, 28, 14 haec omnia ... cum vino -o admisces.

melicus, -a (-ē *p. 616, 3*), -um, μελικός. GLOSS. *v. p. 616, 7.* [*dub.*: PS. AVG. serm. ed. Mai 121, 7 placavit iram -us ille (*sc. psalmista, cf. p. 616, 8; sed cf. Quodv. [?] Aug. serm. cod. Guelf. app. 9, 7 p. 206, 3* p. i. eius [*sc. dei*] ille). ROMVL. fab. 74, 9 rec. W *ci. Thiele p. 256, 3.*]

pertinet ad artem canendi, fere i. q. lyricus: **1** *adi.*: **a** *respicitur potius ars musica, sc. sonorum modulatio continua*: LVCR. 5, 334 organici -os peperere sonores. MART. CAP. 1, 11 canora modulatio -o quodam crepitabat appulsu (*sc. quasi lyra plectro pulsaretur. cf. q. s.*). 9, 888 -um ... modulatur tibia carmen. 9, 900 *Harmoniam* in usum -um carmenque renovatam. 9, 908 -os cantus (*sc. Arionem*) belua grata tulit. 9, 930 quoniam officium meum (*sc. Harmoniae*) est bene modulandi sollertia, quae rhythmicis et -is astructionibus continetur, prius de -is dissertabo (*seq. dissertatio de arte musica*). *de avibus*: VERS. metr. frg. Bob. gramm. VI 625, 4 quis inter aves -as. **b** *respicitur poesis*: CIC. opt. gen. 1 poematis ... tragici, comici, epici, -i etiam ac dithyrambici ... suum quoiusque est diversum a reliquis (*sim. in enumeratione*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 50, 10 species ... metrorum sunt quattuor: ..., -a. DIOM. gramm. I 502, 13 qualitates carminum sunt sex: ... -a). PS. CENS. frg. 9, 2 hinc poetice -e (*sc. orta est*). AVSON. 322, 54 p. 264 P. -os lyricosque modos profando novabis. *de hominibus*: BASS. gramm. VI 272, 6 in his libris ..., quos de -is poetis scripturi videmur (GELL. 2, 22, 1).

2 *pro subst.*: **melicus**, -ī *m.* (*sc. poeta, cf. l. 5.* GLOSS.^{L} III Abstr. ME 10 -us: poeta carminum, quae scribuntur ad lyram. V Abba ME 12 -us: poeta carminum lyricorum): PLIN. nat. 7, 89 ars ... inventa est a Simonide -o (MIN. FEL. 13, 4 MAR. VICTORIN. gramm. VI 194, 15 AVDAX gramm. VII 325, 5). **melica**, -ae *f.* (*sc.* ᾠδή. *vix huc pertinet l. 15. 20*): PETRON. 64, 2 solebas ... canturire belle deverbia, adicere -am. **melicum**, -ī *n.* (*sc. carmen*): *respicitur potius ars musica*: MART. CAP. 2, 107 symphonia diapason in -is perhibetur (*sim.* 2, 108. *cf. l. 11*). 9, 899 -orum indocilis ... mortalitas. *respicitur potius poesis*: FORTVN. gramm. VI 296, 1 inter binos ⟨...⟩ versus decurrunt -a (*cf. q. s.*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 50, 25 -um ... sive lyricum, quod ad modulationem lyrae citharaeve componitur, sicut fecit Alcaeus *eqs.* (*syn.* carmen ... lyricum). MART. CAP. 9, 920 *Harmonia* paulum -is temperans ... sic coepit (*seq. sermo pedester. cf. l. 11*).

melīginōsus *v.* melliginosus.

[**meligrānum** *v. s.* milium.]

*****melilōtum**, -ī *n.*, μελίλωτον, *et* **melilōtus**, -ī *m.*, μελίλωτος. *de scriptura*: mi-: GLOSS. *et var. l.*: PLIN. nat. 21, 142 MARCELL. med. 2, 10. -ll-: PELAGON. 78. 373 CHIRON 241. *et al., saepe var. l.* -ido-: GLOSS. *et. var. l.*: MARCELL. med. 10, 62. 20, 48. 99. *de genere et declinatione: plur. deest. nom.* -um: PLIN. nat. 1, 21, 29. 37. 21, 53 SORAN. p. 104, 15 (*cf. Medert, quaest. crit. et gramm. p. 74*). DIOSC. 3, 42 (-u *n. et m.*). -os: PLIN. nat. 1, 21, 29. 37. 21, 39 (-us *var. l.*). 21, 63. 151. -a: GLOSS. *cf. l. 59. acc.* -on: OV. fast. 4, 440 PROB. Verg. georg. 4, 63 CHIRON 976. -um: PLIN. nat. 21, 70 PELAGON. 26. *et al.* CHIRON 241 -u (*an gen. gr.? cf. l. 59. 61*). GLOSS. *v. l. 41. 47.* [*dub.*: VEG. mulom. 2, 70, 1 curabis indita lipara vel -o (*Chiron 477* ceroto).]

trifoliorum genus ('*Melilotus officinalis, M. creticus, M. neapolitanus L.*', *cf. Berendes, Diosk. Arzneimittell. p. 291 et Steier, RE XIII 1530 sqq.*): **1** *descriptiones, syn.* (*cf. p. 619, 40*), *genera*: SCRIB. LARG. 258 -i, quod a nobis sertula Campana dicitur ([MARCELL. med. 22, 19]. PLIN. nat. 1, 21, 29. 37. 21, 53 [*ubi plenius describitur*]. GLOSS. *cf. l. 46*). PLIN. nat. 21, 39 aliqua arida diutius odorem continent, ut -os. 21, 63 -os ubique nascitur, laudatissima tamen in Attica (*cf. l. 44. 63*), ubicumque vero recens nec candicans et croco quam simillima *eqs.* DIOSC. 3, 42 de -o: -u utile est Atticu (*cf. l. 43. 63*) ...; nascitur in Campania feno greco similis *eqs.* (*gr. 3, 40, 1, ubi Ps. Diosc. Vind.* Ῥωμαῖοι σέρκακλαμ [*cf. l. 39*], οἱ δὲ τριπαρτίτουμ). GLOSS. muscus maior (*vel* herba musica *sim.*). trifolio pratense. **2** *de usu*: **a** *generatim*: OV. fast. 4, 440 pars *puellarum flores legentium* thyma, pars rhoean et -on amat. PLIN. nat. 13, 13 telinum (*sc. unguentum*) fit ex oleo, ... -o. 15, 30 *oleum* fit ex ... -o. 21, 70 *apium* causa oportet serere ... -um. PALLAD. 11, 14, 8 (*ad vinum adulterandum*). **b** *in medicina* (*ad cerotaria, malagmata, pessaria al., imprimis ad potiones*): SCRIB. LARG. 258. PLIN. nat. 21, 151 -os ... oculis medetur. 22, 142. 23, 85. 29, 37 PELAGON. 26. 42 *al.* CHIRON 241 *al.* VEG. mulom. 1, 59 *al.* SORAN. p. 32, 18. p. 104, 15 vino, in quo decocta sunt rosae folia et -um et crocum. MARCELL. med. 2, 10 herbae -i interiora *tere*. 10, 62 *al.* THEOD. PRISC. eup. faen. 32 cataplasmatis ... de -i pulvere. log. 78. *ibid.* reliqua similia, quibus ... dia -um (-um, -on, -a *trad.*; -u *Rose*) ... confici consuevit ([*praep. iunctim scripta trad.*; *item*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 26]. CASS. FEL. 42 epithemate dia -on [-on, -o *trad.*; -u *Rose*]). 86 PLIN. VAL. 3, 26 CAEL. AVR. acut. 2, 18, 112. 3, 18, 185. CASS. FEL. 29 -um Atticum (*cf. l. 43. 44*).

pro adi., i. q. faenigraecinus (*cf. supra l. 45*): CAEL. AVR. acut. exc. p. 696$^{med.}$ in ipsa tertia (*sc. faeni graeci decoctione*) habeant ipsam aquam -am potatu. *Brandt.*

[**mēlimeli** *v. s.* melomeli.]

melimēlum, -i *n.*, μελίμηλον. *de formis*: -on: *v. p. 617, 3. f. sg.* -a (*cf. Svennung, Unters. Pallad. 118*): *v. l. 71. praeterea non nisi* -a *nom. vel acc. plur. legitur. deformatur in* malomellum, *q. v.* *de signif.*: DIOSC. 1, 124 de -a id est mela epirotica, quod est apruna. GLOSS. -a id est nixa (*i.* μύξα). *v. Sofer, Etym. d. Isid. 100 sq.; Hehn, Kulturpfl.^{8} 250; Olck, RE I 2704 sq.* [*hisp.* membrillo. *M.-L.*]

1 *i. q. genus quoddam malorum dulcedine insigne*: *in universum*: VARRO rust. 1, 59, 1 quae *mala* antea mustea vocabant, nunc -a appellant (*cf.* PLIN. nat. 15, 51 -a dicuntur a sapore melleo). HOR. sat. 2, 8, 31 -a rubere minorem ad lunam delecta (SCHOL. rubicunda mala). COLVM. 5, 10, 19 *enumerantur inter genera malorum* (*item* 12, 47, 5). PLIN. nat. 15, 60 Amerina maxime durare, -a minime. 23, 104 -a et reliqua dulcia stomachum et ventrem solvunt (DIOSC. 1, 124 apruna id est -a [*gr. 1, 115, 3* μελίμηλα] v. s.). MART. 1, 43, 4 certant quae -a favis (*sc. dulcedine*). 7, 25, 7 infanti -a dato fatuasque mariscas. *de cydoniis cum melle conditis*: MART. 13, 24, 2 haec -a placent (*ibid.* Cecropio saturata cydonia melle).

[Richter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *i. q.* **sucus e -is factus** (*cf. Svennung, Unters. Pallad. 525 sqq.*): CAEL. AVR. chron. 3, 2, 34 vina quaedam, ut ... hydromel inveteratum vel quod -on appellant. *Richter.*

mēlīna *v. l. 59.*

? **1. melinē,** -ēs *f.*, μελίνη. VARRO rust. 3, 16, 10 apiastro, quod ... quidam -em (*Serv. auct. georg. 4, 63*; -ll- *codd. Varr.*; melittaenam *Keil*) appellant.

2. melinē, -ēs *f.*, μελίνη. *i. q. milium*: DIOSC. 2, 81 elimu, quem multi -en vocant (*gr. 2, 98* μελίνην. *cf. Ps. Diosc. Vind. p. 174, 19* Ῥωμαῖοι πάνικουμ). ORIBAS. eup. 2, 1 E 6 elimos seu meleni (*gr. 2, 1 E 12* ἔλυμος ἡ μελίνη).

3. mēlinē *v. l. 50.*

mēlinoporphyrus, -a, -um, *μηλινοπόρφυρος. *i. q. flavescens e rubro*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII a 25 vela loricata -a (milinoporphina *trad.*) uncinata II (*cf. ibid.* leucoporphira *et* prasinopurpura).

1. *mēlinus, -a, -um, μήλινος. *interdum* -ll- *trad.* [*sard.* melinu, *raetor.* melen. *M.-L.*] [*dub.*: GLOSS.ᴸ Corp. M 130 -us (*pro* melanus? *cf. p. 613, 59*) color nigrus.]

1 *adi.*, *i. q.* **ad mala, plerumque cydonea, pertinens**: **a** *i. q.* **e malis**, *sc. cydoneis (granatis: l. 32, strutheis: l. 25)* **confectus**: CELS. 3, 6, 16 si levius id vitium (*sc. sudor*) est, oleo corpus ungendum; si vehementius, rosa vel -o vel murteo (3, 19, 2. SCRIB. LARG. 256 olei -i aut rosae. PLIN. nat. 13, 11 e malis ... cotoneis et strutheis fit oleum, ut dicemus, -um, quod in unguenta transit *eqs.* [*sim.*: 23, 103 GARG. MART. med. 43 p. 187, 10]. CHIRON 845. 903 VEG. mulom. 3, 28, 12 THEOD. PRISC. log. 73. *et al.* ORIBAS. syn. 5, 53 Ab p. 93, 2 [*gr. 5, 53, 22* μηλίνῳ]). PLIN. nat. 13, 5 *unguento amaracino* praelatum est -um. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 26 *malagma* -um simplex (*cf.* 5, 10, 117 -on). 2, 14, 211 *emplastrum.* 4, 3, 69 cibo danda alica cum vino -o (CASS. FEL. 47 p. 121, 9 c. v. -o [ma- c], id est granaticio. *cf. p. 187, 1 et Garg. Mart. med. 43 p. 186, 15 sqq., ubi describitur confectio*). CIL XIII 10021, 101ᵃ coly(rium) -um (10021, 218ᵈ. *cf. l. 46*).

b *i. q.* **colori malorum cydoneorum similis, croceus, flavus, gilvus**: PAVL. dig. 32, 78, 5 quin minus ... -um suo nomine quam coccum purpurave designatur? SERV. georg. 3, 82 gilvus ... est -us color ([ISID. orig. 12, 1, 50]. DIOSC. 3, 123 p. 429, 1 flores c. -o [*gr. 3, 113, 1* ἄνθους περίπλεον χρόα κηροειδοῦς]. 5, 118 [*gr. 5, 93* μηλίνην]). PS. APVL. herb. 8 l. 21 cum flore -o ([*cf. Diosc. 2, 175* μήλινον]. DIOSC. 1, 1 [*gr.* μήλινα]. 2, 128 [*gr. 2, 142* μηλίζουσιν]. 2, 144 [*gr. 2, 158* μηλίζοντα]. 2, 161 *al.*). DIOSC. 3, 149 *flori* aforis apposita folia .. -a (*gr. 3, 137, 1* μήλινα).

2 *pro subst.*: **mēlinum,** -ī *n.*, μήλινον. **a** *sc.* **oleum** (*cf. l. 22*): DIOSC. 1, 50 de -u: -um conficis sic *eqs.* (*gr. 1, 45* μηλίνου σκευασία). **b** *sc.* **unguentum** *(cf. supra l. 25. 28) vel* **collyrium** *(cf. l. 33) medicorum oculariorum, e malis cydoneis sim. confectum*: CIL XIII 10021, 5ᶜ Q. Albi Vitalionis -um acre ad pulver et caligine. 10021, 6ᵇ -(um) delac(rimatorium). 10021, 22ᶜᵈ *et saepe, cf. ibid. p. 606. huc pertinere videtur* **mēlinē,** -ēs *f.*, *genus medicamenti* (*cf. l. 46*): SORAN. p. 99, 5 et -en diaforeticum (-am *var. l.*) a foris bene imponimus (*cf. Garg. Mart. med. 43 p. 186, 10 sq.*). CASS. FEL. 21 p. 35, 23 aliud certe *emplastrum* -e Vespasiani appellatum (26 p. 43, 12).

2. mēlinus *v. Onom.*

3. mēlīnus, -a, -um. [*a* meles; *cf. Meister KZ 45, 1913, 188. J. B. H.*] [*lectio det.*: PLIN. nat. 8, 72 *v. p. 614, 63.*]

i. q. de mele sumptus: EDICT. imp. Diocl. III/IV 8, 29 pelli⟨s m⟩el⟨ina⟩ (*gr.* δέρμα μελ⟨ί⟩νης. *cf. Blümner ad l. p. 124*). *f. subst.* **mēlina,** *i. q. mantica ex pelle melis facta*: PLAVT. Epid. 23 ubi is ergo est? nisi si in vidulo aut si in -a (-ll- *codd.*) attulisti. *Brandt.*

melior (-iōs), -ius *v. s.* bonus.

meliōrātio, -ōnis *f.* *a* meliorare. GLOSS. II 307, 11 ἐπιβελτίωσις -o.

1 **de actu meliorandi,** *i. q. refectio in melius, correctio, emendatio*: **a** *rerum variarum*: SALON. in eccles. p. 995ᴬ coelum et terra transibunt per -em, sed non per ablationem (*cf.* PS. PRIMAS. in Hebr. p. 785ᴬ ad innovationem et -em). COD. Iust. 2, 18 (19), 24, 2 pro faciendis -bus *rerum administratarum.* 6, 43, 3, 4 emptor ... actionem habeat tantummodo ad restitutionem pretii, neque dupli stipulatione neque -e *rei* locum habente. **b** *hominum rerumve humanarum*: *naturae, condicionum*: AVELL. p. 430, 22 quae cuncta ad statum -is sublimationisque *corporis humani in resurrectione* respiciunt. PS. PRIMAS. in Hebr. p. 741ᴬ ʻusque ad tempus correctionis *institutionum*ʼ id est -is et emendationis. GREG. M. past. 3, 10 p. 63ᴮ qui -e proximi deteriores fiunt (*cf. ibid.* augmenta alienae prosperitatis). *morum*: PHILO quaest. in gen. 4, 172 p. 219 R. pro -e morum. 4, 198 p. 237 tuis -bus atque successibus. GREG. M. epist. 7, 4 p. 445, 9 subditorum (7, 14 p. 457, 19. 21). in euang. 38, 13 p. 1290ᴬ vitae. moral. 24, 19 p. 297ᴮ. 28 pr. p. 445ᴰ. 32, 43 p. 661ᴬ. past. 3, 17 p. 79ᴮ *syn.* profectum. 3, 25 p. 98ᴬ ne ... viam sibi subsequentis -is abscidant.

2 **de rebus cura emphyteutici melioratis**: COD. Iust. 4, 66, 2, 1 nulla ei adlegatione nomine -is vel eorum quae emponemata dicuntur vel poenae opponuntur. 4, 66, 3 pr. -es, quae Graeco vocabulo emponemata dicuntur, alienare *eqs.* 4, 66, 3, 1. 3 suas -es vendere. 4, 66, 3, 5 emptorem -is.

meliōrātus, -ūs *m.* *a* meliorare. PHILO quaest. in gen. 4, 215 p. 246 R. optavit *Isaac* magnificatori (*sc. Iacob*) -um rationabilem (*i. profectum agrorum*).

meliōro, -āvī, -ātum, -āre. [*a* melior. *J. B. H.*] [*it.* migliorare. *M.-L.*]

A **transitive,** *i. q.* **meliorem facere, in melius mutare** (*mediopass.* [*i. q. meliorem fieri, meliorem statum assequi, proficere*]: *l. 34. 48. 58 bis. 74 sqq. refl.*: *l. 47. 56. add. abl. limit. l. 73.* ad: *l. 38 sq.* in *aliqua re*: *l. 18. 25. 50.* de: *infra l. 78.* ex: *infra l. 79*): **1** **res sive naturae sive ab hominibus paratas**: VLP. dig. 7, 1, 13, 5 permittitur -are proprietatem (*cf.* COD. Iust. 8, 44 [45], 16 [*a. 290*] rem [COD. Theod. 12, 3, 2. 13, 6, 6. 13, 11, 16 NOVELL. Theod. 19, 1. CASSIOD. var. 1, 38, 1 *opp.* deteriorandi. LEX Burg. Rom. 35, 3]. 5, 71, 16, 1 [*a. 294*] -ti praedii [INTERPR. Paul. sent. 2, 13, 2 (*ad Paul. sent. 2, 13, 7* fecerit meliorem)]. NOVELL. Theod. 26, 4 fundos. IVLIAN. epit. novell. 7, 3 quae ... in agro -ta sunt). TRACT. in Matth. 13, 4 (JTheolSt. 5, 1904, 236) omnia -buntur reversa ad deum (*cf.* SALON. in eccles. p. 995ᴬ igne iudicii purgata -buntur). COMMENT. Lucan. 9, 958 Byzantium a Pausania ... condita est et a Constantino ... -ta (*i. aucta, exculta*; *cf.* AMBR. in psalm. 37, 34, 5 quae supra fundamentum aedificata sunt, ut -rentur. epist. 74, 6 [*in imag.*]. GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 13 *Britannia insula.* GREG. M. epist. 1, 50 p. 76, 18 insula ... in huius conversationis via -ari. INSCR. christ. Diehl 803 urbem -ta(m) in⟨tueris⟩). AMBR. epist. 74, 6 aurum (*cf. etiam l. 67*) -atur igne *eqs.* (*sim.*: Noe 13, 46 omne ... quod purgatur ..., substantiam ... -at. in psalm. 118 serm. 13, 4 fiat ignis ..., ut ... -entur vasa aurea et argentea. CASSIOD. var. 9, 3, 4. GREG. M. dial. 4, 16 p. 252, 16 M. *sigilla* tundere -ando [*ibid.* limat]). PS. AVG. quaest. test. I 127, 2 per culturam -anda erant semina (*cf.* 127, 3. ENNOD. dict. 13, 8 p. 466, 14 [*in imag.*]. CASSIOD. var. 6, 14, 1 arborum ... fetus). DIOSC. 1, 112 *medicamina,* quae vetustate -antur (*gr. 1, 102* βελτίων γίνεται. *cf.* 5, 24 vina. 5, 39 p. 184, 4 confectio). CASSIOD. inst. 1 praef. 9 p. 9, 9 *codices* etsi non omnino correcti, tamen ex magna parte -ti esse videantur. GREG. M. dial. 3, 24 p. 193, 18 M. ad -anda ... lumina (*sc. fungis tollendis*). epist. 4, 30 p. 264, 14 aliquid ... ad sacratissimum corpus ... Pauli ... -are (p. 264, 20 ad corpus ... Laurentii).

2 **homines** (*animalia: infra l. 81*) **resve humanas**: **a** **naturam vel condiciones vitae**: GAVDENT. serm. 3, 2 *non* sic morimur, ut non -ti resurgamus (*cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 15, 38 exempla ... -tae resurrectionis. *ibid. iterum*). AMBROSIAST. in Rom. 5, 7 p. 91ᴬ exercitio ... bonum naturae suae iustus -bit (PS. AVG. quaest. test. I 1, 4 p. 15, 3 *opp.* infirmet vigorem. serm. 124, 3 naturam [CASSIOD. in psalm. 148, 6 FERRAND. epist. 4, 10 p. 178 M.]). PS. AVG. quaest. test. I 1, 4 p. 15, 8 ut -ret se bonis ([*cf. ibid.* opere suo videt se meliorem]. I 127, 15 -ari se credit). I 12, 2 Abraham fidei suae signum (*sc. circumcisionem*) accipiens non deformatus est, sed -tus. I 60 -ti temporis. I 116, 3. 123, 11 in eo instauratus ..., in ceteris -tus. 127, 15 -atur nativitas (I 127, 22 *opp.* deterioratur). I 127, 23. CONC.ˢ I 5 p. 331, 1 (rec. Q) neque ut -retur, Verbum processit ex Maria, sed ut humanum genus liberaret (*cf. rec. B p. 333, 21* ⟨neque ut in⟩ meliorem statum promoveatur [*gr.* βελτιωθῇ]). ENNOD. opusc. 3, 82 p. 351, 28 agendi speciem -turus. CASSIOD. Didym. in Ioh. 1, 2 p. 40, 16 semet ipsos testimonii confessione -ant (*cf. ibid.* semet ... ornaverunt). in psalm. 100, 10 qui accedendo proficiunt aut aliqua prosperitate -antur. var. 8, 33, 4 servos posse -ari. ORIG. in Matth. 16, 16 p. 1427 domino eos -ante. *nota c. dupl. acc.* (*sec. gr.* ὠφελεῖν τινά τι): ITALA Matth. 15, 5 (cod. q) munus, quod a me -tus fueris (*Vulg.* tibi proderit).

b *mores*: ZENO 2, 69, 5 -atur vita supplicio. AMBR. epist. 21, 3 -tae rei publicae (PS. AMBR. act. Seb. 23, 87. CONC.ˢ II 2, 2 p. 3, 7 [*inde* AVELL. p. 501, 23] *et* II 3, 1 p. 20, 13 [*gr. II 1, 1 p. 27, 25* βελτιοῦσθαι]). Iac. 2, 3, 11 ut regentis imperio suum -ret affectum. Isaac 8, 77 caritas ..., quod contigerit suo igne, -at (*cf.* spir. 1, 14, 149 ignis ille ... ut aurum bona facta -at. *v. etiam l. 27*). AMBROSIAST. in Phil. 3, 15 -tae conversationis. in Tit. 1, 12 -tus per disciplinam dominicam. HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 660ᴬ. ENNOD. epist. 5, 6, 2 p. 128, 23 *Christus* noxiorum animas ... pudore -at. 5, 19, 2 p. 141, 10 -tum te scriptionis adsiduitate divulga. 6, 26, 2 p. 164, 21. CASSIOD. in psalm. 57, 7 ad ... salutem -ta se mente convertant. GREG. M. epist. 9, 227ᵃ p. 220, 25 -tos fidei tramite. 11, 26 p. 289, 16.

c *valetudinem*: PHILAGR. med. 3 p. 98 cum ... -ta fuerit passio ([ORIBAS. syn. 8, 7 p. 213ᵉˣᵗʳ·]. *cf.* ANTIDOT. Brux. 1 [*loco mutilo*]). ENNOD. epist. 8, 25, 1 p. 216, 17 gratia superna ... animam ... concesso, ut -retur, vivendi laxavit spatio (*cf. 8, 26 p. 217, 6* meliorem me esse iam sentio). GREG. M. epist. 9, 138 si se de eadem capitis ... molestia -tum esse sentiret (*cf.* 9, 139 ex eadem molestia ... -tum [9, 140]). 9, 234 postquam -ari ... coepi. 13, 30 si ... -tam se esse ... cognoscit *fraternitas tua.* in euang. 17, 9 p. 1143ᴮ ut *animalia* eadem salis petram lambere debeant et -ari. BENED. reg. 36 ubi -ti fuerint.

B **intransitive:** **1** *de moribus*: AMBROSIAST. in Eph. 6, 5 -asse

[Gundel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

servos et . . . obsequiis fideliter profecisse. 2 *de valetudine*: DIDASC. apost. 35, 8 eas, quae -ant (*opp.* quae infirmantur). PS. HIPPOCR. epist. progn. (Philol. 42, 1884, 122) si ipsa die non -verit. ORIG. in Matth. ser. 72 p. 170, 8 (*trop.*) -are (*codd.*, -ari *edd.*) in Christo.

part. perf. pass. **meliōrātus,** -a, -um *pro adi.* *i. q. praeclarus, bonus*: PSALT. Cas. 15, 6 hereditas mea -a (κρατίστη [שְׁפָרָה]. *Vulg.* praeclara) est super me. 146, 1 (*in interpret. semibarbara*) bonus psalmus dei nostri quoniam suaviter -a (ἡδυνθείη [נָעִים נָאוָה]. *Vulg.* iucunda decoraque) est hymni.

deriv.: melioratio. melioratus. *Gundel.*

mēlipepo *v. s.* melo-.

meliphyllon, -ī *n.*, μελίφυλλον, *v. l. 30.*

melipontus *v.* medipontus.

1. melis *v. s.* melia (*p. 614, 82*). **2. mēlis** *v. s.* meles (*p. 614, 54*).

melisphyllum *v. l. 26.*

(**melissumus** *v. p. 627, 84.*)

[**melissa** *v. p. 623, 30.*]

melis(s)ōn *et* **melittōn,** -ōnis *m.*, μελισσών, μελιττών. *i. q. alvearium, apiarium* (GLOSS. III 200, 5 -ison apiarius): VARRO rust. 3, 16, 12 -ttonas ita facere oportet, quos alii melitrophia (*an leg.* melittotrophia?) appellant, eandem rem quidam mellaria (*ad l. cf.* GELL. 2, 20, 8 sq.). COLVM. 8, 1, 4 circa villam ponuntur μελισσῶνες καὶ χηνοτροφεῖα.

melissophyllon, -um, -ī *n.*, μελισσόφυλλον. *saepe scrib.* -fy-, -fi-. *forma contracta* melisph- *utitur* VERG. georg. 4, 63 *metri causa. praeterea trad.* COLVM. 9, 9, 8 *LPS.* PALLAD. 1, 37, 2.

i. q. herba apibus cibum praebens: 1 *de generibus*: *i. q. apiastrum vel melittaena* (*'Melissa officinalis L.'; cf. l. 30. 31 al.*): VARRO rust. 3, 16, 10 apiastro, quod alii meliphyllon, alii -on . . . appellant. PLIN. nat. 20, 116 apiastrum Hyginus . . . -um appellat (*cf.* 1, 20, 45). 21, 53. DIOSC. 3, 114 *v. infra l. 78.* *i. q. apium* (*'Apium graveolens L.'; cf. l. 42*): PS. APVL. herb. 119 l. 6 (*e Ps. Diosc. Vind. 3, 64 p. 76, 13*) Graeci selinon, -on . . . Latini apium. *i. q. marruvium nigrum* (*'Ballota nigra L.'*): DIOSC. 3, 113 de ballote id est marrubium: . . . -un dicunt (*gr. 3, 103* καὶ τοῦτό τινες μελισσόφυλλον ἐκάλεσαν). 2 *de usu*: *in re apiaria*: VERG. georg. 4, 53 *apium alveariis* asperge . . . trita -a (SERV. Varro hanc herbam apiastrum dicit [*sim.* SERV. auct.]. PROB. [*vix recte*] -a est herba, quam plerique vocant meliloton). COLVM. 9, 9, 8 suco . . . herbarum, id est -i vel apiastri manu illita *eqs.* (*inde* PALLAD. 7, 7, 7 -i vel apii [*cf. l. 34*]). PLIN. nat. 21, 70 *apium* causa oportet serere . . . -um. 21, 82. 21, 149 -o *sive melittaena* si perunguantur alvi *eqs.* (1, 21, 29). PALLAD. 1, 37, 2. *in medicina*: PLIN. nat. 27, 134 *smyrnion* prodest et contra . . . serpentes admixto . . . -o in vino pota.

melissūrgica, (-ōn) *n.*, μελισσουργικά (*cf. infra l. 84*). *titulus libri de re apiaria*: PLIN. nat. 1, 11 auct. ext. Neoptolemo, qui -a (-git' *sim. trad.*; *sc. scripsit*).

melitērus, -a, -um, μελιτηρός. *f. subst.* melitēra *i. q. saniei genus*: CELS. 5, 26, 20 [B] est . . . quaedam sanies, quae vel hydrops vel -a nominatur. *ibid.* -a crassior et glutinosior, subalbida mellique albo subsimilis *eqs.* 5, 26, 20 [E] -a . . . mala est multa et percrassa *eqs.*

melitinus, -a, -um, μελίτινος. *fere i. q. melle mixtus* (*cf.* GLOSS.[L] II Philox. ME 20 mellitus μελίτινος): PLIN. VAL. 3, 26 [extr.] epithema ad renes: . . . cerae pinguis -ae (-ll- *trad.*; melliginae *ci. Paucker*) libram unam (*de propoli agi videtur, cf. antea bis*: propolei). *m. subst., de lapidum genere*: PLIN. nat. 36, 140 -us (-es *h*) lapis sucum remittit dulcem melleumque *eqs.* ([1, 36, 33]. *sim.* ISID. orig. 16, 4, 26, *ubi trad.* melanites). DAMIG. lapid. auct. 75 -us (-le- *trad.*) lapis per omnia prioris (*sc. lupidis galactidis*) similis est (*cf. l. 71*). *cf. Onom.*

mēlītis, -idis (?) *f.* *a* μῆλον. PLIN. nat. 37, 191 -is (ma- *L*) *lapis* mali coloris *est* (1, 37, 73).

melitītēs, -is *m.*, μελιτίτης. 1 *sc.* οἶνος, *i. q. vinum melle conditum* (*cf. Schuster, RE XV 1301. 1307; Daremberg-S. III 2, 1705*): PLIN. nat. 14, 84 e dulci genere est et -es; distat a mulso, quod fit e musto *eqs.* (*describitur confectio*). 22, 115 (*de usu in medicina* [1, 22, 54]). DIOSC. 5, 28 de binu -en *eqs.* (*gr. 5, 7, 1* μελιτίτης οἶνος). *ibid. bis* (*cf. adn. crit.*). 2 *lapidum genus*: DIOSC. 5, 159 de lapide -en. lapis meletitis in omnibus similis est galactici (*gr. 5, 133* ὁ μελιτίτης. *cf. l. 61*).

melito(r) *v.* meditor (*p. 574, 58. 61. 66*).

melitrophion, -ī *n. v. l. 21.*

melittaena, -ae *f.*, μελίτταινα. [*e coni. v. p. 617, 6.*] *i. q. apiastrum* (*'Melissa officinalis L.'; cf. l. 80*): PLIN. nat. 21, 149 melissophyllo sive -a (-tena *codd. mell.*; *cf. adn. crit.*) si perunguantur alvi *eqs.* (1, 21, 29 [-tena, -tina *trad.*]). DIOSC. 3, 114 p. 425, 8 melissofillos, quem multi -a (-tidina *trad.*) dicunt *eqs.* (*gr. 3, 104, 1* μελίτταιναν. *Ps. Diosc. Vind. p. 115, 13* 'Ρωμαῖοι ἀπιάστρουμ, οἱ δὲ κιτράγω). 4, 100 *herbae aethiopidis* hasta quadra et aspera, simile -eni (*gr. 4, 104* μελιτταίνῃ).

melittōn *v.* melisson.

melittūrgos, -ī *m.*, μελιττουργός (*cf. l. 47*). *i. q. apiarius*: VARRO rust. 3, 16, 3 Merula . . ., quae sequi -oe (-turgeo *trad.*) soleant, ⌊id est qui exercet mellaria⌋ (⌊ ⌋ *seclusit Iucundus*), demonstrabit.

1. melium *v. s.* mellum. **2. melium** *v. s.* milium. *Brandt.*

melius *v. s.* bene.

[GLOSS.[L] II Abav. ME 11 **meliusculat** breviat melius (meliuscule adbreviat melius *Buech.*).]

meliusculus, -a, -um. [*a* melius, *cf.* maius-, minusculus *etc. J. B. H.*] *de formatione et notione*: PRISC. gramm. II 93, 12 diminutionem quoque accipiunt quaedam comparativorum . . . ut . . . '-us' *eqs.* (GRAMM. suppl. 80, 4). GLOSS.[L] Corp. M 158/9 -a femin⟨i-n⟩um [regit] genus diminutive; -e adverbium est diminutive, sicut bene et male. GLOSS.[L] V Abba ME 11 -um: modicum meliorem.

i. q. aliquanto melior: 1 *de rebus*: PLAVT. Capt. 959 si eris verax, tua ex re facies — ex mala -am (*cf.* 968 [*interpol.?*]). VARRO Men. 153 'nunc de te', inquit, '-am spem habeo' *eqs.* frg. Non. p. 94, 21 -ae ⟨curae⟩ (*add. Ald.*) consuetudinis puerilis. SEN. benef. 1, 3, 9 Gratias . . . aetate . . . minores quam Horas sed -a facie. COLVM. 9, 3, 2 *apes* coloris -i ([melleusculi *ci. Gessner*]. *praecedit*: fusci coloris). AVG. mor. Manich. 2, 16, 40 cibi . . . qui cum carnibus -is concoqui solent. -um est *c. inf.*: PLAVT. Curc. 489. 2 *de animantibus*: TER. Hec. 354 salvan Philumenast? : : -ast (*cf.* CELS. 3, 22, 14 qui -us [melior *J*] esse coepit). PHAEDR. app. 15, 7 adeone per me videor tibi -a? (*de forma vel habitu*). PETRON. 38, 3 et vernaculae quae sunt *apes*, -ae a Graeculis fient (*de natura*).

adv. **meliusculē**: *de orig.* (*cf. etiam l. 12*): DON. gramm. IV 386, 32 deminuuntur adverbia . . . a comparativo, ut melius -e (DIOM. gramm. I 405, 26). [*falsa v. l.*: PLAVT. Most. 967. *coni.*: *v. l. 6.*]

i. q. aliquanto melius: *de valetudine*: CIC. Att. 4, 6, 2 -e Lentulo esse scriptum erat. epist. 16, 5, 1 cum -e tibi esset. FRONTO p. 73, 18 N. -e iam valere Faustinam nuntiasti. *de doctrina*: AVG. mor. Manich. 2, 8, 11 quis -e imbutus et eruditus non videat. *Gundel.*

melizōmus, -ī *m.* *a* μέλι *et* ζωμός. *genus mellis conditi*: APIC. 1, 2 conditum -um viatorium: conditum -um (-onum *E*) perpetuum *eqs.* (*describitur confectio. syn.* mellis). *ibid.* nonnihil vini -o mittas.

1. mella, -ae *f.* [*a* mel. *J. B. H.*] [*obscure* (*ad l. 51?*): GLOSS. III 577, 33 sinononis i. -a.]

aquae mulsae genus, i. q. ἀπόμελι (GLOSS. II 367, 2 μελίτια -a): *proprie*: COLVM. 12, 11, 1 cum . . . -a (melle *S*) nec minus aqua mulsa in vetustatem reponi debeat *eqs.* (*describitur confectio*). 12, 11, 2 hac (haec *vel* hoc *trad.*) quidam -a (melle *var. l.*) pro aqua mulsa utuntur *eqs.* 12, 49, 3 *alii olivis* sapam vel passum vel . . . -am (-a *trad.*) infundunt. -a (-e *var. l.*) autem quomodo fiat, paulo ante . . . praecepimus. *dub. huene pertineat an ad p. 605, 80*: CIL IV 5742 (*in amphora*:) -a ⟨. . .⟩ata. *transl., sc. de oratione* (*cf. p. 609, 57*): PLAVT. Pseud. 741 murrinam, passum, defrutum, -am (*A*, mel(l)inam *P*), mel quoivismodi (*praecedit*: ut dulce promat, *sc. e pectore*).

2. mella, -ae *f.* [*a* mel *derivat Isid.*; *v. Sofer, Lat. u. Rom. z. d. Etym. d. Isid. 56. J. B. H.*] *arbor pomifera, i. q. lotus* (*'Celtis australis L.'; cf. Steier, RE XIII 1527, 54 sqq.*): ISID. orig. 17, 7, 9 -a quam Graeci loton appellant, quae vulgo . . . faba Syrica dicitur; arbor est enim magna, fructum ferens . . . gustu suavem, unde et -a vocata est. GLOSS.[L] I Ansil. ME 150 -a: arbor fructum habens dulciorem.

?**mellacaria** gladiolo GLOSS. III 548, 13.

mellācium, -ī *n.* [*a* mel, *cf.* must-, vin-aceus. *J. B. H.*] [*venet.* melatso. *M.-L.*] *i. q. sapa*: NON. p. 551, 18 sapa, quod nunc -um dicimus, mustum ad mediam partem decoctum. PS. SORAN. epit. 89 nutrix -um bibat.

mellaupīro *v.* melampyrum.

mellarc(h)ōn, -ontis *m.*, μελλάρχων. *appellatio honorifica Iudaeorum nobilium, i. q. is, qui archon futurus est* (*cf. Schürer, Gesch. d. jüd. Volkes III*[4] *88*): INSCR. christ. Diehl 4902 Aelio Primitivo . . . -conti, qui vixit annis XXXVIII *eqs.* 4902 A Vindicianos -χ⟨on⟩. 4903 Alexus . . . -con eccion (*lege* ec ton) Augustesion an. XII.

mellārius, -a, -um. *a* mel, *cf.* olearius, vinarius. *abl. plur.* -rīs: *l. 74.* [VARRO rust. 3, 16, 3 *v. l. 2.*]

1 *adi.*, *i. q. ad mel pertinens*: PLIN. nat. 21, 82 *vasa* -a . . . lavari aqua *eqs.* (LEX Manc. [Bruns fontes[7] 114] 2, 7. 11 MACR. Sat. 1, 12, 25). LEX Manc. (Bruns fontes[7] 114) 1, 30 mellis in alve⟨is⟩ -rīs sextarios singulos. 2, 3 ⟨vin⟩demia -a. 2 *prius leguntur substantiva*: mellārium, -ī *n.* *i. q. alvearium*: VARRO rust. 3, 16, 12 *v. p. 619, 22.* mellārius, -ī *m.* *i. q. curator apiarii, apiarius*: VARRO rust. 3, 16, 17 qua -i favum eximere possunt. *ibid.* ter in mense -us inspicere debet. 3, 16, 18 ut expediat -o (-a *trad.*). 3, 16, 30 (miliario *trad.*). *de eo, qui mel vendit* (GLOSS. μελιτοπώλης): CIL VI 9618 A. Fuficius A. l. Zethus mellar. a port. Trigem.

mellātio, -ōnis *f.* [*a* mel, *cf.* agricolatio, frondatio *sim. J. B. H.*] *i. q. mellis vindemia*: COLVM. 11, 2, 50 -o est differenda (*sim.* 11, 2, 57). PLIN. nat. 11, 40 *aestiva* -e decimam partem . . . apibus relinqui (11, 41). 11, 42 haec . . . -o fine vindemiae et ver- [Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

giliarum occasu ... includitur. SOL. 56, 18 *in insula Canaria* larga -o (*cf. adn. crit. et Plin. nat. 6, 205* copiam ... mellis).

×melleus, -a, -um. *a* mel, *cf.* igneus, lineus *sim.* [*falso trad.*: PLIN. nat. 31, 13 *pro* Nelea.]

1 *proprie, i. q. ad mel pertinens (l. 18), mellis similis (l. 7. 10 al.), melle constans (infra l. 13. 19)*: **a** *de incorporeis*: PLIN. nat. 11, 48 rex *apium* statim -i coloris (14, 123. 16, 43 liquoris -o colore atque lentore [*cf. l. 11*]. 16, 187 *al. sim.* 37, 181 selenitis lapis ex candido tralucet -o fulgore. *cf. l. 16*). 15, 51 melimela dicuntur a sapore -o (23, 96. *cf.* SOL. 52, 48 umor dulcis exprimitur ad -am suavitatem). 21, 83 *cera* fulva odorisque -i. 25, 118 *sucus* crassitudine -a (*cf. l. 8*).

b *de corporeis*: PLIN. nat. 16, 31 rores -os e caelo ... cadentes (*cf.* PS. HIER. epist. 19, 14 p. 202B *Ioannes Baptista* -o ... sudore saturatur). 36, 140 *v. p. 619, 58.* 37, 89 *sardonyches* -ae aut faeculentae ... improbantur (*sim. de colore* [*cf. l. 7*]: 37, 107. 114. SOL. 20, 11 *sucinum* -um dicitur ... de similitudine ... mellis). CE 250, 3 (*a. 156*) -ă (*abl.*) quod docilis iunctast tibi (*Silvane*) fistula cera. CHALC. comm. 227 p. 265, 7 dulcedinis, quae pervadit -um corpus, *proprium est dulce reddere.* AVSON. 152, 12 p. 6 P. liba crusti -i. *metaph.*: PS. AMBR. Seb. 4, 13 p. 1027A illic (*sc. in caelo*) prata ... -is fluunt rivis. PAVL. NOL. carm. 27, 611 sponsae ... -a terrae flumina.

I *strictiore sensu de pellicula membra animantium vestiente*: **A** *de cute tenui interiore (raro exteriore [p. 630, 9]. de spongeis: l. 64; de vesica: l. 60; de pustulis: l. 80; parum accurate de larvis: l. 70), i. q.* ὑμήν: CIC. nat. deor. 2, 142 *natura* oculos -is tenuissimis vestivit et saepsit *eqs.* (PLIN. nat. 11, 147. *cf.* CELS. 7, 7, 11 ruptis intus -is [*opp.* summa . . . tunica]. SCRIB. LARG. 37 -as innatantes *palpebrae* abducere. PLIN. nat. 7, 51 obducto -ā oculo [*de vitio innato. cf.* VEG. mulom. 2, 17, 1 *de glaucomate*]. LACT. opif. 8, 9. 10. 10, 3. CHALC. comm. 246 quattuor -is seu tunicis [248]. *aliter de bestiis*: PLIN. nat. 11, 139 [*de talpis*]. 11, 153 [*de insectis*]. 11, 156 [*de avibus*]). LVCR. 4, 59 vituli cum -as de corpore summo nascentes mittunt ([*de involucro fetus nascentis q. d.* 'ἀλλαντοειδὴς ὑμήν'. PAVL. FEST. p. 369 -ae candorem, qua nascitur *vitulus* involutus]. *cf.* PLIN. nat. 28, 183 -ā e partu bovis [30, 123 ovium]. 28, 225 -a partūs *asinarum*. 28, 255. 30, 123 e secundis canum [30, 147]. *cf. de -is fetus in utero positi infra l. 84*). OV. met. 4, 407 parvos -a per artus porrigitur (*de Minyeidis in vespertiliones conversis. cf. infra l. 68*). CELS. 1 prooem. 42 transversum saeptum . . . quod -a quaedam ⟨est quae⟩ superiores partes ab inferioribus ⟨di⟩ducit (*de praecordiis vel diaphragmate. cf.* 4, 1, 5 PLIN. nat. 11, 197). 4, 1, 13 ab interiore *parte* lēvi -ā inclusum *abdomen*, quae omento iungitur (*de peritonaeo. cf.* 7, 4, 3B. 7, 15, 1. 2. 7, 16, 2 interiori [*al*]. *al.* LVCAN. 9, 773 dissiluit stringens uterum -a *ex ictu serpentis*. LACT. opif. 14, 2 -a illa perlucens qua circumretitur alvus. VINDIC. med. 39 peritonaei -a. *v. et infra l. 76*). 5, 22, 6 si . . . ex -a, quae super cerebrum est, profluit sanguis (5, 26, 3A quae continet c. [PLIN. nat. 24, 75. *et al.*]. 5, 26, 14 c. -ave eius [*cf.* 7, 7, 13B -am cerebri; *sic et* 7, 7, 15C *al.* PLIN. nat. 20, 250 CHIRON 256 = VEG. mulom. 2, 1, 3 *al.*]. 8, 3, 8 -ae custos [*i.* 'μηνιγγοφύλαξ'. 8, 4, 17]. *al.* SCRIB. LARG. 206 -am tegentem c. PLIN. nat. 11, 133 duabus supra subterque -is velatum [*Arist. hist. anim. 1, 16 p. 494b, 29* ὑμένες]. 24, 51 LACT. opif. 10, 10. *cf.* CHIRON 256 -a totius capitis [275. ALEX. TRALL. 1, 33 testae (*p. 483 P.* τὸν περικράνιον ὑμένα)]. VINDIC epit. alt. 2 -o, cui superposita est cutis [CASS. FEL. 1 p. 2, 8]). 5, 26, 3B *appos.* nervum, arteriam, os, cartilaginem (*cf.* VINDIC. med. 40 corpus . . . ex tredecim commixtionibus constat: nervis . . ., sanguine, medullis, -is. *et al.*). 5, 28, 12E. 7, 7, 15C -as quae ab oculis ad cerebrum tendunt. 7, 12, 4 *linguae*. 7, 18, 6 *testiculorum* ([*opp.* tunicas]. *cf.* 7, 19, 6. 7, 21, 2 CHIRON 683 *al.*). 7, 22, 3 *varicis*. 7, 28, 1 *volvae* (*cf.* SORAN. p. 9, 1 *sinus muliebris est* -um nervosum [*gr. p. 11, 8 I.* ὑμὴν . . . νευρώδης]. p. 76, 5 orificium matricis . . . -o . . . clusum [*al. cf.* p. 114, 10 *al.*]). SEN. Oed. 362 utrumque caesum tenuis abscondit caput *iecinoris* -a (*de omine diro extispicis*). PLIN. nat. 2, 109 rumpuntur *brumali die* intentae spiritu -ae ([*Cic. div. 2, 33* vesiculas]. 2, 113. *cf.* 11, 208 vesica -ā constat *eqs.* [*Arist. hist. anim. 3, 15 p. 519b, 12* ὑμενοειδής]. LACT. opif. 11, 20). 9, 88 nautilos . . . -am inter illa *bracchia* mirae tenuitatis extendit. 9, 150 subesse -a quaedam radicibus earum *spongearum* intellegitur (*Arist., l. c. 5, 16 p. 548b, 32* ὥσπερ ὑμήν). 11, 49 ruptis -is quae singulos *pullos apium* cingunt (*Arist., l. c. 5, 22 p. 554a, 30* τὸν ὑμένα περιρρήξας). 11, 96 -is et cicadae volant (*cf.* 11, 228 insecta . . ., hirundines . . ., vespertilio. EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 953A quadam -a pellita volare *vespertiliones* [ὑμένι . . . δερματίνῳ]). 11, 120 Hypanis fluvius . . . defert . . . tenues -as (*de larvis phryaneae* [*Arist., l. c. 5, 19 p. 552b, 19* οἷον θύλακοι]). 11, 178 praetenui eius *medullae* -a. 11, 181 praemolli . . . opertum -ae involucro *cor*. 11, 198 viscera -is . . . inclusit natura. 11, 266 mobili occursante -a intus (*de stridore cicadarum*). 28, 103 -am quae fel continuerit. 29, 46 -a putamini *ovi* detracta (VVLG. Tob. 11, 14 coepit albugo . . ., quasi -a ovi, egredi. PLAC. med. 29, 10 rec. β. CASS. FEL. 14 p. 21, 7 interiorem. *et al. cf. p. 630, 1*). 29, 139 ventris gallinaceorum -a quae abici solet ([30, 46. *cf.* 59 ventriculi. 30, 67. *et al.*]. CHIRON 709 ne -um ventris tangas. THEOD. PRISC. log. 102. ORIBAS. syn. 6, 40 Aa p. 122 tonicis vel -is in ventre constitutis [*gr. 6, 40, 2* χιτῶσιν]). PLIN. med. 1, 25 vomicae . . . erumpunt in lateribus in -as supervacuas et ex languoribus natas (*fere i. pustulas*). SERV. auct. Aen. 4, 49 hymen quaedam -a quasi virginalis puellae esse dicitur. CHIRON 702 *si iumentum* intus -um ruperit (987). HIER. virg. Mar. 18 infans tegmine -orum solito convolutus (*cf.* MACR. somn. 1, 6, 63 ut die septimo *natura* folliculum . . . circumdet humori ex -a tam tenui qualis in ovo *eqs.* VINDIC. med. 12 *fetus* erumpens -as [*ibid. bis*]. *cf. et* SORAN. p. 18, 12 *corium est* -um sine orificio [*gr. p. 41, 18 I.* ὑμήν]. p. 19, 18 [*gr. p. 43, 9* χιτῶνα]). RVFIN. Clement. 8, 31 (*de intestinis; opp.* densiore cute). CAEL. AVR. acut. 2, 13, 88 laterum -as quas ὑπεζωκότας vocant (2, 16, 96 ὑπεζωκότα -am [2, 19, 123]. *al.* ORIBAS. syn. 2 add. p. 842. 846). EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 954C Indiacum vermem . . . -is mollioribus . . . plumescentem (χαύνοις . . . πετάλοις). *et al.* *de densiore cute exteriore*: ITALA II Macc. 7, 7 (codd. LX) -o capitis cum capillis detracto ([δέρμα, *Vulg.* cute]. *cf.* AMBR. Iac. 2, 11, 47). CHIRON 647 p. 205, 25 cauterio . . . ures *iumentum*, donec -um *articuli* praerumpas (*ibid. iterum*). *de parte infima auris, i. q.* λοβός: ITALA lev. 8, 23 (Lugd.) inposuit *sanguinem* supra -um auris Aron dextrae ([λοβόν, *Vulg.* extremum auriculae]. 8, 24).

B *de exuviis anguium*: OV. met. 7, 272 squamea Cinyphii tenuis -a chelydri. LVCAN. 6, 679 viventis adhuc Libyci -a cerastae (ADNOT.: 'viventis . . . -um' pellis dicit exuvias). PLIN. nat. 8, 99 anguis, hiberno situ -ā corporis obductā, . . . inpedimentum . . . exuit (*ibid. iterum*). 29, 101 -a sive senectus anguium (29, 122. 30, 81 -a senectutis anguium [30, 144]). 29, 119 aspidis. 30, 24 anguinae vernationis -a. 30, 89 -a hiberna *stellionis*.

C *de pelle animalibus detracta et arte confecta in usum scribendi vel pingendi, i. q. pergamenum,* διφθέρα (*extra usum scribendi singulariter sec. gr.*: ITALA exod. 39, 21 [Wirc.] *attulerunt* membr⟨a⟩nas pelles arietum russeas [τὰς διφθέρας δέρματα κριῶν]. *de re v. e. g. Birt, Das antike Buchwesen 57 sqq., Krit. u. Hermeneutik 280 sqq.; Marquardt-Mau, Privatleben 818 sqq.; Lafaye, Daremberg-Saglio III 1709 sq.; Bilabel, RE XV 596 sqq.*): **1** *in usum scribendi*: **a** *generalia*: PLIN. nat. 13, 70 supprimente chartas Ptolemaeo . . . Varro -as Pergami tradit repertas (ISID. orig. 6, 9. 6, 11, 1 [= SVET. frg. p. 132, 8]. HIER. epist. 7, 2, 2). PLIN. nat. 20, 72 aquā betae radice decoctā maculas . . . elui dicunt -arum. HIER. epist. 22, 32, 1 inficitur -a colore purpureo (*cf. l. 40*). in Gal. 3, 8/9 p. 353A ipsa scriptura, atramentum videlicet et -ae (AVG. epist. 162, 4). ISID. orig. 6, 11, 2 (= SVET. frg. p. 132, 10) fiebant . . . primum coloris lutei, id est crocei, postea vero Romae candida -a reperta sunt *eqs.* 6, 11, 5 -a . . . aut candida aut lutea aut purpurea sunt. candida naturaliter existunt. luteum -um bicolor est, quod a confectore una tinguitur parte, id est crocatur. de quo Persius (*v. l. 55*) *eqs.* . . . purpurea vero inficiuntur colore purpureo *eqs.* (*de re v. Bilabel, l. c. 598, 1 sqq.*).

b *de loris et involucris ex pergameno factis*: CATVLL. 22, 7 chartae regiae, nove⟨i⟩ libri, novi umbilici, lora rubra -ae (*cf. Birt, Buchrolle i. d. Kunst 242*). LYGD. 1, 9 lutea . . . niveum involvat -a libellum (*de paenula. cf.* MART. 1, 66, 11 pumicata fronte si quis *liber* est nondum nec umbilicis cultus atque -a. *fort. add.*: IVV. 7, 23 croceae -a tabellae impletur [Ψ, *recte ut vid.* [*v. p. 628, 81*], implentur *P, Buech. ad rem v. Birt, Krit. u. Herm. 291; aliter* SCHOL. *et Friedländer ad l.* [*cf. l. 60*]).

c *de scriptis in pergameno quibuslibet*: **α** *de commentariis vel breviariis oratorum, poetarum sim., in iure de chirographis, codicibus rationum sim.* (*cf. l. 84*): HOR. sat. 2, 3, 2 si raro scribes, ut toto non quater anno -am poscas ([*v. Birt, Buchw. 59*]. *cf.* ars 389 nonum . . . prematur in annum -is intus positis). PERS. 3, 10 positis bicolor -a capillis (*v. Birt, Buchw. 60, Krit. u. Herm. 282; Bilabel, l. c. 599, 15* [*aliter* SCHOL. *ad l. cf. supra l. 39*]). PETRON. 115, 2 invenimus Eumolpum sedentem -aeque ingenti versus ingerentem. QVINT. inst. 10, 3, 31 scribi optime ceris . . ., nisi forte visus infirmior -arum potius usum exiget (*cf. Bilabel, l. c. 599, 1*). *sim. de pugillaribus* (*cf. p. 632, 19. dub. an huc ref.* IVV. 7, 23 [*v. supra l. 48*]): MART. 14, 7, 1 esse puta ceras, licet haec -a vocetur *eqs.* (*v. Bilabel, l. c. 598, 60*). *de ephemeride*: SCHOL. Iuv. 6, 573 (cernis ephemeridas:) -a mathematicorum *eqs.* *in iure de variis documentis*: *de codice rationum*: GAIVS dig. 1, 13, 10, 2 edi . . . ratio ita intellegitur, si a capite (*i. 'a die et consule'*) edatur . . . scilicet ut non totum cuique codicem rationum totasque -as inspiciendi describendique potestas fiat. *de chirographis debitorum*: SCAEV. dig. 32, 102 pr. quae . . . -is manu eius scriptis continerentur (*cf. p. 632, 54*). *de tabulis testamenti*: VLP. dig. 37, 11, 1 pr. sive . . . tabulae sint ligneae . . . sive chartae sive -ae sint vel si corio alicuius animalis, tabulae recte dicentur (PAVL. sent. 4, 7, 6). INST. Iust. 2, 10, 12. PAP. dipl. Marini 74 (s. V/VI) 7, 9 si quos codicellos in carta -a aliavae qua materia conscribturus reliquero.

β *de epistulis sim.* (*v. Bilabel, l. c. 599, 36 sqq. cf.* FRONTIN. strat. 3, 13, 3 [*interpol.*] litteras -is mandatas): AVG. epist. 15, 1 non haec epistula sic inopiam chartae indicat, ut -as saltem abundare testetur? (*syn.* pelliculae). 118, 34 (*syn.* epistula). SIDON. epist. 4, 12, 4. *de rescriptis imperatorum*: COD. Iust. 1, 23, 6 pr. (*a. 470*). *alia sim.*: AMM. 18, 6, 17 in vaginae internis notarum figuris -am repperimus scriptam. 19, 12, 4 chartulae sive -ae continentes quae petebantur (*de oraculis*).

γ *de libris manu scriptis* (*dub. an huc pertineat* DIG. 1, 3, 21 Neratius [*aet. Traiani*] libro VI -arum [2, 11, 14 *al.*]. *codicem intellegit Bilabel, l. c. 599, 30 sec. Gerhard, cum Birt, Buchw. 93 sq. de*

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

commentariis cogitet [*v. p. 630, 50*]): PLIN. nat. 7, 85 in nuce inclusam Iliadem Homeri carmen in -a scriptum tradit Cicero (*cf. Birt, Buchw. 71*). MART. 1, 2, 3 hos *libellos* eme, quos artat brevibus -a tabellis. 14, 186$^{tit.}$ Vergilius in -is ([*i. 'codex Vergili in -a scriptus'*]. *cf.* 14, 186, 1 quam brevis immensum cepit -a Maronem. 14, 188$^{tit.}$ Cicero in -is [14, 188, 1]. 14, 190$^{tit.}$ 192$^{tit.}$. *ad rem v. Birt, Buchw. 82 sq.; Bilabel, l. c. 600, 31 sqq.*). GAIVS dig. 41, 1, 9, 1 litterae quoque licet aureae sint ..., chartis -isque cedent (*ibid. iterum.* 41, 1, 9, 2. VLP. dig. 32, 52 pr. librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta sive in -a sint *eqs.* PAVL. sent. 3, 6, 87 OPTAT. 7, 1 p. 163, 11 HIER. epist. 8, 1. 65, 7, 2 MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 6, 39. *et al. cf.* GAIVS inst. 2, 77 in chartulis sive -is [RVFIN. symb. 2]). *ibid.* si a me petas tuos libros tuasve -as *eqs.* (inst. 2, 77 OPTAT. 7, 1 p. 166, 22. 28. VVLG. II Tim. 4, 13 l., maxime -as [μεμβράνας. *cf.* THEOD. MOPS. *in l. et* HIER. nom. hebr. p. 79, 18]. PASS. Fel. 2). VLP. dig. 32, 52 pr. Gaius Cassius (*s. I, v. Bilabel, l. c. 600, 66*) scribit deberi et -as libris legatis (*cf.* 32, 52, 3 -as quae scriptae sint [*opp.* 32, 52, 4 -is puris]. 32, 52, 4. 5 -ae nondum consutae continebuntur [*v. Birt, Krit. u. Herm. 285*]). HIER. in Ezech. 47, 21 sqq. p. 480^{D} *Iudaeis* tenentibus -as (*de libris legis*). vir. ill. 113 *Euzoius* bibliothecam Origenis et Pamphili in -is instaurare conatus (*cf.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 228, 31 feci ... in -is fieri tomum [ἐν δέρμασι]. VITAE patr. 5, 16, 1 codicem in -is [*3, 30* in pergamenis. *Cot. p. 410* βιβλίον ἐν δέρμασιν]. *cf. l. 4. 6. 10. 12*). PAVL. NOL. epist. 3, 3 transcriptam Carthagine -am ([*syn.* codex]. 3, 6. AVG. c. Faust. 13, 18 p. 400, 10 ([*syn.* librorum, codice]. *ibid.* p. 400, 19 [*syn.* paginarum]). ROMVL. epist. Aesop. 2 memoriam ... -is ... scriptam. HYD. praef. chron. II p. 14, 8 -a huius historiae. SIDON. epist. 5, 2, 2 *al.* *de singulis paginis*: RVRIC. epist. 2, 26 p. 411, 15 de codicis -a ([*syn.* pagina]. *cf.* VEN. FORT. vita Marcell. 2, 9). *inde abusive de chartaceo volumine*: TAVRENT. ad Ruric. epist. 3 p. 446, 14 frequentata -ae ipsius lectione (*antea* chartaceus liber est).

2 *in usum pingendi*: PLIN. nat. 35, 68 multa graphidis vestigia exstant in tabulis ac -is *Parrhasii* (*cf. Birt, Krit. u. Herm. 305*). 35, 121 draconem in longissima -a depictum. SVET. Dom. 10, 3 depictum orbem terrae in -a[s].

II *de variis rebus -arum similibus vel in formam -arum redactis*: **A** *de membranacea textura plantarum, fructuum sim.* (*de folliculis frumenti: l. 49; de lino: l. 50*): VARRO ling. 7, 91 ciccum dicebant -am tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen (PAVL. FEST. p. 42 ciccum -a tenuis m. P. [*inde Gloss.*[L] *II Philox. CI 9* ῥοᾶς ὑμήν]). CELS. 4, 26, 7 PLIN. nat. 13, 112. 15, 112 corio et -a *teguntur* Punica). PLIN. nat. 15, 88 nucleorum ... quadripertita distinctio, lignea intercursante -a (*aliter* [*de foliis*] EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 918^{B} -arum *nucum* textura tenerior est [ἐλαφρὰ τῶν φύλλων ἡ περιβολή]. *cf. l. 47*). 15, 92 proxima ... corpori -a et in his (*sc. castaneis*) et in nucibus saporem ... infestat. 16, 65 inter corticem ac lignum *tiliae* tenues tunicae multiplici -a. 18, 53 indefensum (*i. sine aristis*) ... -is continetur *milium et panicum*. 19, 17 maceratas *esse virgas lini* indicio est -a laxatior (19, 18. *cf. Blümner, Technol. I² 193*). 19, 111 tenuissimis ... velatur -is *alium*. 22, 94 corpus *boleti* -ae simile. CASS. FEL. 14 p. 21, 11 -a de canna dicitur illud rotundum quod intra cannam invenitur.

B *de aliis rebus tenuium -arum modo formatis vel in tenues lamellas dissectis*: VARRO rust. 3, 16, 32 si, opercula alv⟨or⟩um cum remoris, favorum foramina obducta videntur [mellis] -is, cum sint repleti melle (*cf.* PLIN. nat. 11, 32. *paulo aliter* EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 950^{A} in tenera ... -a crebras thecas ... exstruunt *apes* [εἰς λεπτὸν ... ὑμένα τὸν κηρὸν διατείνασα]). PLIN. nat. 30, 28 pulmones arietum pecudumque in tenues consecti -as. SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 115 lagana sunt de similigine quaedam factae, quasi -ae compositae. *de lamella aurea* (*trop., in comparat.*): SEN. epist. 115, 9 omnium istorum ... bratteata felicitas est. inspice et scies, sub ista tenui -a dignitatis quantum mali iaceat. *singulariter de testa cochleae*: APIC. 7, 326 accipies cocleas, spongizabis, -am tolles ut possint prodire.

C *de imaginibus et colore (in philos. Epicuri), i. q. superficies*: LVCR. 4, 31 *rerum simulacra* quasi -ae summo de corpore rerum dereptae volitant ... per auras (4, 51 [*interpol.*] quasi -ae vel cortex [*cf.* φλοιόν *Epicuri. v. Schmid, Philol. 93, 1938, 340. 345*]). 4, 95 tenuis summi -a coloris cum iacitur, nil est quod eam discerpere possit.

deriv.: membranaceus, membranarius, ?membranaticus, membranosus, membranula (-um). *cf. gr. hybr.* μεμβράϊνος (*v. Schwyzer, KZ 63, 1936, 63*).

membrānāceus, -a, -um. *a* membrum, *cf.* papyraceus, chartaceus. *in codd. saepius scrib.* -ius (*cf. l. 79*). PRISC. gramm. II 136, 2 inveniuntur ... quaedam a primae quoque declinationis nominibus eiusdem formae, quae 'a' habent ante 'cius': ... membrana -ius (-tius *codd.*; -i- *contextu firmatur*). [*dub. coni.: v. p. 632, 11.*]

1 *i. q. membranae similis*: PLIN. nat. 10, 168 volucrum animal parit vespertilio tantum, cui et -eae pinnae uni. 16, 126 -eus *cortex* [ut] viti, harundini. **2** *i. q. in membranis scriptus, e membranis confectus*: CONC.[S] II 3, 3 p. 5, 18 actio ... quam inveni in codice ... -eo novo transcriptam ex codice vetusto chartaceo (CASSIOD. inst. 1, 8, 5 [-io]). CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 177^{C} volumen schedae -ium. CIL X 6, 8 (*litt. non bonis*) testamento legavit ... in templo Apollinis maioris pugillares -eos operculis eboreis (*cf. Bilabel, RE XV 601, 19*).

membrānārius, -ī *m.* *a* membrana. *gr.* μεμβραινάριος: *Stud. Pal. 20, 194* (*s. VI; v. Meinersmann, Die lat. Wört. u. Nam. i. d. griech. Pap. 36*). GLOSS. διφθεροποιός. διφθεράρις.

i. q. pellio, διφθεροποιός (*v. Blümner, Technol. I² 270²*): EDICT. Diocl. III/IV 7, 38 -o in quaternione (*Momms.*, ///t/endone *lap.*) pedali pergamen⟨ae vel crocatae⟩ (*suppl. Heraeus, Kl. Schr. 32; frg. Asin.* διφθεραρίῳ εἰς τετράδα μ⟨ονόπουν⟩ Περγαμηνοῦ ἢ κροκάτου).

[laterculus codex **membrānāticus**: illic sunt nomina promotorum (*leg.* provinciarum?) GLOSS. V 306, 34. 368, 24. *corrupt. vid. pro* membranacius. *Heraeus.*]

membrāneus, -a, -am (-us, -ī *m.?* [*v. l. 16*]). *a* membrana. [*dub. coni.*: ORIG. in Matth. ser. 11 p. 21, 27 K. [*v. p. 629, 15*). *dub. trad. et signif.*: GLOSS.[L] II Philox. ME 26 -orum τυμπανιστῶν (τυμπανισμῶν *Vulc.*). *v. et* membranium *p. 629, 11.*]

1 *i. q. e membranis confectus*: MART. 14, 7$^{tit.}$ pugillares -i ([membranae *l. v.*]. 14, 184$^{tit.}$ Homerus in pugillaribus -is [*M, Birt*, membranis *cett.*]. *ad rem cf. Birt, Buchwesen 85; Bilabel, RE XV 598, 62*). VLP. dig. 32, 52 pr. quod si *libri* in codicibus sint -is vel chartaceis *eqs.* **2** *i. q. membranae similis*: EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 954^{B} pedes *aquatilia* ... non habent fissos ..., sed latos atque -os (πλατεῖς καὶ ὑμενώδεις).

membrānōsus, -a, -um. *a* membrana, *cf.* nervosus, musculosus. *i. q. membraneus*: CASS. FEL. 22 p. 37, 20 nascuntur *carbunculi* in toto corpore, frequenter tamen musculosis in locis et -is.

membrānula, -ae *f.* (-um *n.*: *l. 29*). *a* membrana *deminutive.* -um, -ī *n.* (*cf.* membranum *p. 628, 79*): APVL. met. 6, 26 ISID. orig. 7, 6, 40 (*v. l. 44*). GLOSS. (*v. l. seq.*). GLOSS. V 416, 44 pit⟨t⟩aciola -a (*cf. Hier. in Matth. 23, 6 p. 168^{C}*). *inde a* CIC. (*l. 53*).

1 *strictiore sensu*: **a** *de tenui cute animantium* (*de sebo: l. 35*): CELS. 4, 1, 6 sunt ... -ae tenues, per quas inter se tria ista (*sc. ventriculus, lien, iecur*) conectuntur. 4, 1, 8 (*de tenuiore intestino*). 4, 1, 9. 5, 18, 34. 5, 19, 11^{B} quae curata vocant, cum ex sebo ... omnes -ae diligenter exemptae sunt. 7, 7, 4^{A} unguis ... est -a nervosa oriens ab angulo *oculi* (7, 7, 4^{C}. *cf.* 7, 7, 13^{C} [*de arachnoide*]. ARNOB. nat. 3, 18 p. 124, 8 superiectas pupulis [pop- *codd.*] ... -as. VEG. mulom. 2, 16, 4 -a quae continet lumen. ALEX. TRALL. 1, 89$^{extr.}$ -is [-milis *cod.?*] in oculis surgentibus [*p. 23 P.* ὑμένων ἐπαναστάσεις]). 7, 18, 2 multae ... -ae ... nervos *testiculorum* conprehendunt (7, 19, 2. 7, 20, 4. 6. *cf.* ARNOB. nat. 5, 23 p. 194, 20 circumiectas ⟨p⟩rolibus ... -as). 7, 29, 9 venulas -asque omnes ... manu deducere a vulva (*de secundis. cf.* ISID. orig. 7, 6, 40 Phares divisio ... quod diviserit -a [-am *l. v.*] secundarum [*ad gen. 38, 29*]). 8, 1, 11; 8, 4, 8 -a quae sub cute calvariam cingit (8, 10, 7^{G} *os*). 8, 14, 1. APVL. met. 6, 26 hirundinis (hirudinis *vulgo*) tenue -um (*opp.* corium ... asini crassum). TERT. anim. 15 p. 321, 6 nec in -is *cerebri cubare putes principale*, ut Strato et Erasistratus (περὶ τὴν τοῦ ἐγκεφάλου μήνιγγα. *v. Waszink, Komm. 223 sq.*). ARNOB. nat. 3, 13 p. 121, 3 omentorum -ae. MARCELL. med. 16, 28 ventriculi gallinacei -am, qua sordes aqualiculi continentur.

b *de pelle animalium arte confecta*: **α** *in usum scribendi*: CIC. Att. 4, 4^{a}, 1 sumant -am, ex qua indices fiant (*cf. Birt, Buchwesen 66*). SCAEV. dig. 32, 102 pr. quae -is mea manu scriptis continebuntur (*i. adversariis; syn. postea* membranis, *opp.* rationes). HIER. in Matth. 23, 6 p. 168^{A} Pharisaei ... scribebant in -is decalogum Moysi, id est decem verba legis, complicantes ea et ligantes in fronte (in Ezech. 7, 24 p. 230^{A}). PAVL. NOL. carm. 24, 281 implicatam sarcinis -am (*syn. 272* epistolas apostoli, *273* codicem, *285* litterarum corpore). **β** *in usum pingendi*: GELL. 19, 10, 2 fabri aedium ... ostendebant ... depictas in -is varias species balnearum.

2 *latiore sensu*: *de tenuibus lamellis fructuum*: HIER. in Agg. 2, 19 sq. p. 1414^{B} intertextis -is *malogranati*. PS. APVL. herb. interpol. 55 l. 11 fructu sive semine *narcissi* ut in -a nigro (*Diosc. gr. 4, 158, 1* καρπὸς ὡς ἐν ὑμένι). *de tibiis*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 9 p. 359^{B} tibiis, quas in circuitu -ae prominentes exagitant (*Migne gr. 44, 149^{D}* ταῖς ὑμενώδεσιν ἐξοχαῖς ἐν κύκλῳ περιδονούμενον).

membrānum *v. p. 628, 79.* [**membrānus**, -a, -um *falso trad. et allegat. a lexicogr.*: *v. p. 629, 15. cf. l. 19.*]

*****membrātim.** [*a* membrum, *cf.* articulatim, particulatim *sim. J. B. H.*] CHAR. gramm. p. 240, 7 B. a neutris quoque nominibus trahuntur adverbia 'im' litteris terminata, ut 'membrum -m'. DIOM. gramm. I 407, 8 PS. ASPER gramm. suppl. 54, 8. NOT. Tir. 79, 43. SYNON. Cic. p. 437, 34 B. partim: particulatim, -m *eqs.* GLOSS.[L] I Ansil. ME 220 sequestrato corpore, id est singulatim. V Aa U 515 visceratim: -m (*cf. Enn. scaen. 119*). GLOSS. II 342, 18 κατὰ μέλος. *inde a* VARRONE, CIC. (rhet.), LVCR.

1 *proprie, i. q. per singula membra corporis animantium* (*statuarum: p. 633, 17, arcae: p. 633, 26*), κατὰ μέλη: LVCR. 3, 527 saepe hominem paulatim cernimus ire et -m vitalem deperdere sensum (*cf.* SEN. Phoen. 170 -m tibi perire volui [epist. 101, 14]. HIL. Macc. 46 -m perdam ... natos). PLIN. nat. 1, 9, 18 cordylae, pelamydes, thynni. -m ex his salsura (*cf.* 9, 48 -m caesi *thynni*). 26, 107 malis quae -m sentiuntur (*opp.* quae totis corporibus grassantur). 28, 70 ut sileamus

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divisa -m [in] scelera abortus. 28, 149 nec ... ipsi *cervi* spirantesque tantum adversantur *anguibus*, sed -m quoque (*sc. post necem*). FRONTIN. strat. 3, 5, 1 aliquem ex captivis iussit occidi et -m ... in contubernia distribui. APVL. met. 6, 26 *rupinae* te ... -m dissipabunt ([*v. l. 17*]. *cf.* 7, 26 corpus eius -m laceratum [AMM. 31, 8, 8. *et al.*]. 9, 2 me ... -m compilassent. ITALA iud. 19, 29 [Lugd.] concidit [ἐμέλισεν] *concubinam* ... -m in duodecim partes [VICT. TONN. chron. II p. 186, 455]. II Macc. 1, 16 [LX] *et* VVLG. diviserunt *eos* [μέλη ποιήσαντες. POTAM. tract. 2 p. 1416^B. RVFIN. Orig. in lev. 1, 4 p. 285, 21 quomodo -m *vitulus* dividatur a sacerdotibus. p. 286, 1 CONC.^S II 5 p. 14, 19]. ARNOB. nat. 1, 36 p. 24, 3 -m coniugem lancinatum. 5, 19 p. 191, 7 -m sectus *Liber*. AMM. 19, 8, 7 disceptus [MARCELL. chron. II p. 86, 455 DIFF. Suet. p. 277, 2. *et al.*]. HYG. fab. 165, 5 p. 19, 13 *Marsyan* separavit. 184, 1 p. 37, 23 laniavit). ITALA lev. 9, 13 (Lugd.) holocaustum obtulerunt et -m capud inposuerunt (κατὰ μέλη, *Vulg.* cum capite et membris singulis). VOPISC. Tac. 15, 1 deiectae fulmine ita contritae sunt *statuae*, ut -m iaceant dissipatae. IVL. VAL. 1, 40 corpora -m vel spiritus eriguntur imprudentius. ZENO 1, 7, 5 publicanus ... non -m (*sc. manibus, oculis, lingua*) deum, sed totus exorat. SERV. Aen. 9, 248 et singulos et -m amplectebatur. RVFIN. hist. 6, 41, 3 corpus eius -m fustibus conliserunt. PRVD. perist. 5, 111 conpago donec ossuum divulsa -m crepet (*cf.* PAVL. NOL. carm. app. 2, 43 soluta). AVG. enchir. 86 *puerperia* -m exsecantur et eiciuntur ex uteris praegnantium. gen. ad litt. 10, 25 p. 328, 25 *sensibus animam* -m quasi corpus instruere conatus est *Tertullianus* (*cf. anim. 9 p. 312, 2*). c. Faust. 12, 39 p. 366, 7 tamquam -m omnia pertractabat *Philo* (*de arca diluvii secundum rationem humani corporis fabricata*). PROSP. chron. I p. 484, 1375 -m deiectus in Tiberim *Maximus*. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 31 perungendus, hoc est ex superioribus ad inferiora -m deductis manibus defricandus. 4, 2, 15. GREG. TVR. Franc. 4, 51 p. 187, 2 incensis ... omnibus iuncturis ac -m separatus (separatis *l. v.*). 5, 5 p. 197, 29.

2 *translate, i. q. per singulas partes, singillatim*: **a** *generatim*: VARRO rust. 1, 22, 3 vasa olearia iuga quinque, quae -m enumerat (*Cato agr. 10, 2*), ut ex aere ahenea, urceos ..., sic e ligno et ferro, ut plostra *eqs.* CIC. inv. 1, 30 -m oportebit partes rei gestae dispergere in causam (*cf.* part. 121 narratio ... accusatoris erit quasi -m gesti negotii suspiciosa explicatio). PLIN. nat. 7, 72 mox (*28, 178 sqq.*) plura de hoc, cum -m historia decurret^s (*cf.* 11, 121 nunc per singulas corporum partes ... -m tractetur historia). 12, 1 *opp.* generatim (25, 132 [*v. vol. VI 1780, 44*]. *cf.* POMER. 2 praef. 2 *opp.* universaliter). PS. AMBR. trin. 32 p. 543^C enucleatius haec et -m quodammodo articulatimque scrutata (CONSVLT. Zacch. 1 praef. p. 7, 19 perscrutans). CONSVLT. Zacch. 1, 4 p. 10, 10 CASSIOD. inst. 1, 2, 1. GREG. M. moral. 2, 8. 3, 56 (*opp.* raptim tangentes). **b** *speciatim: t. t. rhet., i. q.* κατὰ κῶλα: CIC. orat. 212 quo ... pacto debeat incise (*i.* 'κατὰ κόμματα') -mve dici (213 *opp.* incisim [*al., v. vol. VII 1, 910, 80 sqq.*]. *cf.* QVINT. inst. 9, 4, 126 -m caesimque dicemus). 222. QVINT. inst. 9, 4, 127 -m plerumque narrabimus. AVG. doctr. christ. 4, 20, 40 quae -m fusa (*Rom. 13, 7*) clauduntur ... circuitu. *de pulsu incisim icto*: PS. SORAN. quaest. med. 178 *dicrotos pulsus* -m et in quantitate subiectione incisa positionem facit perfectam. *i. q. distinctim, separatim* (*sec. personas*): SCHOL. Stat. Theb. 11, 257 -m ista legenda sunt *eqs.* *cf.* admembratim.

membrātūra, -ae *f.* [*a* membrum, *cf.* corporatura, capillatura. *J. B. H.*] *i. q. formatio vel qualitas membrorum*: VITR. 8, 4, 1 aspiciantur ... qua -a sint qui circa eos fontes habitant homines *eqs.* ITALA II Macc. 7, 22 (codd. LX. Lucif. non parc. 22 p. 256, 25) singulorum -am non ego ipsa conpegi (τὴν ἑκάστου στοιχείωσιν, *Itala codd. BM et Vulg.* membra, *Itala cod. P* conpagem).

membripotēns, -tis *adi.* *a* membrum *et* potens. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 2, 11 ut consensu paene mundi -s regina mentium, expugnatrix honestatis et ... animorum ... captivatrix turpitudo baccharetur.

membro, -ātum, -āre. [*a* membrum *sec.* corporare, formare *sim. J. B. H.*] *leguntur tantum formae passivae (p. p. p.: l. 69).* *i. q. membris induere* (*c.* in *consec.: l. 69*): CENS. 11, 7 quinquaginta et triginta diebus infans -atur. DRAC. laud. dei 1, 264 pennantur -ta globis *ova avium*, animantur, anhelant. 1, 337 -atur in artus corporeus, species hominis. 2, 78 -atur in alvo sanguine femineo concretus spiritus almus (*de Christo*). Romul. 8, 8 de matre creatur, quod -atur homo. *cf.* commembratus, demembro.

membrōsitās, -ātis *f.* *a* membrosus. *i. q. membrorum amplitudo*: EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^C quorum *elephantorum* si magnitudini fundamina gressuum non haberentur aequalia, nullatenus tanta -s portaretur.

membrōsus, -a, -um. NOT. Tir. 79, 44 -um (*post* membrum, membratim). *i. q. magno membro virili instructus*: PRIAP. 1, 5 ruber hortorum custos, -ior aequo. *deriv.*: membrositas.

ˣ**membrum**, -ī *n.* [*ex* *mēms-rom, *cf. c. gr.* μηρός '*femur*', *hibern.* mīr '*frustum*' *et c. sanscr.* māṃsám *n.*, *tochar.* misa, *arm.* mis, *got.* mimz, *lituan.* mėsà, *slavon.* męso '*caro*'. *J. B. H.*] *de sonis et orthogr.*: menb- (*cf. Stolz-Leumann^5 168*): *saepius in codd., e. g.* PLAVTI (Amph. 118 *al. in parte Pal.*), MANIL. (4, 184 *GL*), ITIN. Alex. 6 (*A s. XI*); *cf. Bonnet, Lat. de Greg. 178^1.* *in tit.*: CE 1145, 2 INSCR. christ. Diehl 150. 3305, 2 (*a. 375*). INSCR. christ. RevA. V 28 (1928) p. 382 n. 105. memr- (*v. Sommer, Handb.^{2.3} 250*): TAB. devot. Audollent 134 B 1. 190, 5. *?* mempr-: CE 512, 10. *graece script.: v. p. 639, 62.* *de formis*: DVB. NOM. gramm. V 583, 21 -um generis neutri. -us, -ī *m.*: ORIBAS. syn. 7, 1 La p. 130, 5 INSCR. christ. Diehl 3858 -i (*nom. pl.*). *?* -a, -ae *f.*: CE 1418 (= INSCR. christ. Diehl 2140), 3 (*v. Buech. ad l.*). *gen. pl.* -um (*dub.*: CLAVD. DON. Aen. 6, 286 p. 547, 22 [-⟨or⟩um *Georgi*]): CE 752, 6 (*v. Buech. ad l.*). *plur. poet. (vel generalis) ap. poetas inde a* CATVLLO (*? v: p. 636, 56*) *et* OV. (*v. p. 636, 69 sqq.*), *ap. scriptores inde ab* APVL. (*v. Maas, ALL 12, 1902, 543; Bednara, ALL 14, 1906, 545*). *ceterum plur. adamant non tantum poetae* (*solus occurrit e. g. apud* CATVLL. [*6^ies*], LVCR. [*110^ies*], VERG. [*36^ies*], HOR., TIB., PROP., OV. [*137^ies*], MANIL., SEN. trag., VAL. FL., SIL., STAT., MART.), *sed et multi scriptores* (*solum habent* LIV., VAL. MAX., CVRT., TAC. *al.*). NOT. Tir. 79, 42. *de notione*: ISID. orig. 11, 1, 82 -a sunt partes corporis (*cf. l. 36. 82*). GLOSS. μέλος τὸ σῶμα. artus. -a μέλη τὰ τοῦ ἀνθρώπου. *in versionibus ex graeco respondet fere* μέλος, *rarius* σῶμα (*v. p. 638, 17. 642, 67*), δέμας (*v. p. 641, 66*) *al.* *legitur inde a* LEGE XII tab. *et* ENNIO (*de plur. v. l. 13*); *deest e. g.* LVCIL., SALL. (*praeter* rep. [*v. p. 640, 65*]; artus *semel*), *raro usurpatur a* MELA (*semel* [*v. p. 639, 81*], artus *10^ies*) *et* TAC. (*6^ies* [dial. ann.], artus *19^ies*). [*it.* membro, *francog.* membre, *hisp.* miembro. *M.-L.*] [*dub. trad.*: OPTAT. 2, 26 p. 66, 12 'cervicalia', id est -a cervicis. *loco dubiae trad.*: SEN. dial. 6, 20, 3. *falsa l. v.*: OV. Ib. 366 (-aque *T*, brachia *G*). *dub. coni.*: RHET. Her. 4, 11, 16 (-is *Stangl, Tulliana 41* [*cf. p. 644, 76*], verbis *codd.*, nervis *vulgo*). TREB. Claud. 9, 2 (-a *Damsté, Mnemos. 39, 1911, 233*, verba *codd.*). *em. prob.*: MANIL. 2, 758 hinc verbi structura venit per -a (*Scal.*, verba *codd.*) legendi (*i.* '*per syllabas*'. *v. Housm. ad l.*). *contextu non sano*: LVCR. 2, 911. 6, 804 -a dom[n]us (*Gron., Lachm.*, hominis *Brieger, al. al.*).]

I *proprie, i. q. pars corporis animantium* (*bestiarum: e. g. l. 37. p. 635, 13 sq. 48. 65. 636, 39. 43. 638, 77. 84*): **A** *strictiore sensu*: **1** *de differentiis*: **a** *inter* -a *et* corpus: *distinguuntur a corpore* (*syn.* partes corporis: *e. g.* CIC. fin. 3, 18 off. 3, 32 [*cf. l. 17. p. 640, 66*]): OV. met. 15, 383 sine -is corpora *apium* nasci. HIER. epist. 108, 23, 5 -a ... totum corpus efficiunt (*cf.* VVLG. I Cor. 12, 14 SVLP. SEV. epist. app. 2, 9 *al.*). *et al.* *saepe tamen (praecipue ap. poetas) plur. collectivus ponitur pro corpore. sufficiant exempla quaedam rem quasi illustrantia*: ACC. trag. 540 pro veste pinnis -a textis contegit *Philoctetes* (*Cic. fin. 5, 32 ad l.*: corpori tegumenta faciebat). CATVLL. 50, 14 defessa labore -a ... lectulo iacebant. LVCR. 3, 162 propellere -a, corripere ... corpus ([OV. epist. 8, 112 tetigi Scyria -a ..., corpora tacta relinquo. MANIL. 4, 102 *fatum* permiscet ... ferarum corpora cum -is hominum. *et al.*]. *cf.* LVCR. 3, 276 in nostris -is et corpore toto [3, 683. 4, 1226 facies et corpora -aque. *al.* OV. met. 12, 463. *et al.*]). 3, 744 -is ... ingenioque. VERG. Aen. 4, 391 conlapsa ... -a *Didonis* ... referunt thalamo. HOR. sat. 1, 4, 120 simulac duraverit aetas -a animumque tuum (STAT. Ach. 2, 90 AMM. 26, 2, 10 PRVD. psych. 291 AVG. civ. 1, 19 p. 31, 25 D. *et al. cf.* STAT. silv. 1, 4, 54 animi ... in -a ... imperium. PRVD. cath. 10, 28. *et al. sim.*: PRVD. c. Symm. 2, 164 *opp.* mentis. VEN. FORT. carm. 6, 1, 132 *opp.* corde. *et al.*). TIB. 1, 10, 61 e -is tenuem rescindere vestem. PROP. 3, 16, 6 audaces in mea -a manus. OV. met. 3, 277 curva trementi -a tulit passu *anus* (*cf.* SIL. 10, 156. *et al.*). 14, 747 lurida ... arsuro portabat -a feretro (*de mortuo. sim. passim, v. p. 637, 14*). fast. 4, 556 -a *pueri* ... ab igne rapit. SEN. Med. 549 spiritu ... carere, -is, luce. LAVS Pis. 179 in ... gradum clausis ... consistere -is (*i.* '*collecto corpore*'). SIL. 7, 728 eruta cum subito -a *sunt*. STAT. Theb. 2, 712 tractas -is spirantibus hastas (*sim. ap. poetas passim*). TERT. virg. vel. 11 p. 900, 8 Oe. *virginis* -a completa sunt. OPTAT. 6, 1 p. 142, 7 altaria ... in quibus ... -a Christi portata sunt ([*postea* sedes et corporis et sanguinis Christi]. SEDVL. carm. pasch. 5, 291 -is et sanguine Christi [*op. pasch. 5, 24* corpus]. *cf.* DAMAS. epigr. 14, 9 caelestia -a). PRVD. cath. 7, 17 si ... ieiuna ... -a non coerceas. perist. 10, 606 -a gestanti deo (*cf. p. 641, 51*). DRAC. laud. dei 2, 645 intra -a (*i. in utero*). *ceterum v. p. 636, 39. 56. 61 et sub iuncturis (e. g. p. 639, 31. 640, 82. 641, 10. 37); praeterea cf. e. g.* CE 512, 10 inania (*i. sine vita*) -a (740, 5. *prius* inane corpus: *v. vol. VII 1, 823, 43*). SIL. 7, 679 -a ... exsanguia (HOMER. 998. *cf.* corpus exsangue [*vol. IV 1018, 15. 48*]). AVG. civ. 1, 13 p. 24, 14 D. exanimis hominum -is (*cf.* corpus exanimum [*vol. IV 1018, 38*]).

b *inter* -a *et* artus: *quae vox proprie de -orum iunctura usurpatur* (*cf. e. g.* LVCR. 6, 797 languentia -a per artus. VERG. Aen. 5, 422 magnos -orum artus [*Hom. Od. 18, 67* μηρούς]); *passim tamen, inprimis a poetis, de -is ipsis ponitur. cf.* LVCR. 2, 282 flecti per -a, per artus (3, 151. 6, 945). QVINT. inst. 8, 5, 23 sua -a laceranti (*at 8, 2, 20 in eadem re* suos artus). *ceterum v. vol. II 712, 81 sqq. 713, 12 sqq. et cf. l. 22 sq. p. 635, 46. 636, 4.*

2 *generalia quaedam ad naturam vel usum pertinentia, definitiones sim.*: CIC. fin. 3, 18 (*e Chrysippo?*) -orum, id est partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, ut ea quae sunt intus in corpore

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

..., alia autem nullam ob utilitatem quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni ..., viris mammae atque barba (*cf.* 3, 23. 62. 63 in -is alia sunt tamquam sibi nata, ut oculi, ut aures, alia etiam ceterorum -orum usum adiuvant, ut crura, ut manus. LACT. opif. 6, 10 AVG. civ. 22, 24 p. 615, 2 D. MACR. Sat. 7, 15, 18). nat. deor. 3, 92 ut ... hominum -a nulla contentione mente ipsa ac voluntate moveantur *eqs.* (*cf.* div. 1, 120 animal ... -a ... quocumque vult flectit contorquet porrigit contrahit. *et al.*). LVCR. 4, 840 -a ante fuere ... eorum quam foret usus. CELS. 5, 26, 31^{C} in prominentibus -is, id est inter ungues et alas vel inguina (*opp.* qualibet parte corporis). PLIN. nat. 7, 8 in facie vultuque nostro cum sint decem aut plura -a (*cf.* PHYSIOGN. 12 p. 21, 6 omnibus sensualibus -is, quae sunt in nostris vultibus constituta *eqs.*). 11, 1 *incisurae* praecincta separant -a *insectorum.* 11, 272 -a animalibus adgnata inutilia sunt. TERT. coron. 5, 9 p. 426, 8 Oe. propria -orum quodammodo organa *eqs.* (*cf.* 5, 10 p. 427, 4). CENS. 4, 8 primo -a singula ex terra ... edita, deinde coisse et effecisse solidi hominis materiam *docet Empedocles.* LACT. opif. 5, 1 *deus* produxit quaedam -a longius, quae vocantur pedes *eqs.* 8, 1 singulorum ... -orum, quae in corpore aperta aut operta sunt, utilitates et habitus. 10, 9. CHALC. comm. 232 hominis -a sequuntur ordinationem mundani corporis. AVG. civ. 14, 24 p. 50, 8 D. ea ... -a ... quae conpactis articulata sunt ossibus, sicut manus *eqs.* ..., illa quae mollibus remissa sunt nervis. 22, 14 p. 591, 16 -a omnia iam sunt latenter in semine *eqs.* MACR. somn. 1, 6, 77 septem sunt ..., quae a Graecis nigra -a vocitantur: lingua, cor, pulmo *eqs.* (MART. CAP. 7, 739 -a vitalia). *in sententiis*: CIC. Tusc. 2, 37 arma ... -a militis esse dicunt ([*cf. quae seq.*]. SIL. 12, 24). VVLG. I Cor. 6, 19 -a vestra templum sunt spiritus sancti (*alludunt* TERT. pudic. 6 p. 230, 13 [*v. p. 642, 45*]. CYPR. epist. 6, 1 p. 481, 3 ubi constituta sunt dei templa et sanctificata [13, 5 p. 507, 23] divinis confessionibus -a vestra. *al.*). AVG. in psalm. 29, 2, 14 proverbium est antiquum ...: ubi caput, et cetera -a (*v. Weyman, ALL 8, 1893, 26. 13, 1904, 267*).

3 *exempla alia selecta* (*ceterum cf. iuncturas p. 638, 64*): **a** *generatim* (*notandum voce -i quamlibet partem corporis includi, etiam extremas ut* caput, manus, pedes [*cf. l. 18. 22. p. 634, 84. 636, 20*] *et interiores ut* stomachus [*cf. p. 636, 26*]. *saepius tamen opponuntur* caput [*cf. l. 32. 82*], manus, pedes [*cf. l. 67. p. 636, 10. 20*], os [*v. p. 636, 17*], viscera [*v. l. 76*] *ceteris -is*): LEX XII tab. 8, 2 (Fest. p. 363 Gell. 20, 1, 14) si -um rup<s>it, ni cum eo pacit, talio esto (*cf.* CATO orig. 81 GAIVS inst. 3, 223 PAVL. sent. 5, 4, 6 GELL. 20, 1, 15. 16. 19. *ad rem v. Girard, Gesch. u. Syst. d. röm. Rechts II 435*). ENN. scaen. 119 alia fluctus differt (HOR. epod. 5, 99 SEN. Thy. 8), dissupat visceratim -a (CIC. Manil. 22 *Medea Absyrti* [*cf. l. 46*] -a. *al.* [*v. vol. V 1, 1489, 48. 54*]. *cf.* PLAVT. Caec. frg. 8, 2 -a exsecemus serra. TRAG. inc. 167 *Absyrti* -a [*syn. 169* artus] ... articulatim dividit [OV. trist. 3, 9, 34 fertur ... -a soror fratris consecuisse]. CATVLL. 64, 257 *maenades* e divolso iactabant -a iuvenco. 108, 6 oculos voret ... corvus, intestina canes, cetera -a lupi [*cf.* OV. Ib. 149 carpent mea -a volucres. SEN. Herc. O. 1791]. VERG. Aen. 9, 490. OV. epist. 12, 130 caesa ... virginea -a paterna [*i. Peliae*] manu [*cf.* SEN. Med. 134 *al.*]. met. 3, 731. 6, 644 viva ... -a dilaniant [*cf.* 14, 195]. 13, 865 divulsa ... -a per agros ... spargam [Ib. 435 SIL. 8, 640. *cf.* SEN. Phaedr. 1169. *et al.*]. SEN. Phaedr. 1256 *al.* MIN. FEL. 9, 5. FIRM. err. 2, 2 per ... ripas -a *Osiris* proiecit. *et al.*). PLAVT. Amph. 1118 mihi horror -a ... percipit dictis tuis ([LVCR. 3, 291 *aura* ciet horrorem -is. VERG. Aen. 3, 30 mihi frigidus h. -a quatit. LVCAN. 1, 193. *et al.*]. *cf.* PLAVT. Cas. 622 -a miserae tremunt. Rud. 686 metus -a occupat. TER. Ad. 612 -a metu debilia sunt. ACC. trag. 71 territa -a. LVCR. 3, 301. 5, 1219. VERG. Aen. 1, 92 [= 12, 951] solvuntur frigore -a [*Hom. Od. 5, 297 λύτο γούνατα. cf.* 12, 867]. OV. epist. 11, 77. met. 7, 630 mihi -a timore horruerant. SEN. Ag. 5. *et al.*). Asin. 786 ne quid sui -i commoveat quicquam in tenebris ([*i. 'ne quam partem ullius -i sui' Ussing*]. VLP. dig. 21, 1, 10 pr. si ... digitus abscisus -ive quid laceratum. *cf.* VARRO rust. 2, 2, 16 ne debilitent *agni* aliquid -orum [VLP. dig. 9, 2, 27, 23 aliquid -i]. TERT. virg. vel. 4 p. 889, 11 Oe. nec manus nec pes nec ullum -orum). Men. 855 ego huius -a atque ossa atque artua comminuam ... scipione. Stich. 336 omnia -a lassitudo mihi tenet (*opp.* linguam). Truc. 855 si alia -a vino madeant (*opp.* cor). LABER. mim. 116 cum vigebam -is praeviridantibus. CANIVS frg. Varro ling. 6, 81 sensum ... inesse et motum in -is cerno. VARRO ling. 9, 29 pueri et puellae inter se [non] omnia similia -a (10, 4). CIC. Q. Rosc. 28 illa -a *Panurgi histrionis* merere per se non amplius poterant duodecim aeris (*antea* corpus, *opp.* disciplina). Flacc. 73 -a quae debilitabit lapidibus fustibus ferro (*postea* manus, digitos, nervos). Phil. 8, 15 (*opp.* totum corpus). 14, 25 *coniunct.* visceribus (PLIN. nat. 28, 5 SVET. Cal. 28 MIN. FEL. 30, 6. TAB. devot. Audollent 250 A 24 cor -a v. interania. *cf.* HYG. fab. 116, 3 p. 102, 5 -a ... cum v.). fin. 2, 34 *appos.* sensus (2, 113 div. 2, 128 *al.* LVCR. 4, 855 SIL. 9, 122. TAB. devot. Audollent 247, 12 [*litt. s. II/III*] pede<s> m<e>n
a sensus m(e)dulla(m)). 5, 46. Tusc. 1, 52 *coniunct.* statuam, figuram (TAB. devot. Audollent 190, 5 comedo illius memra, colore(m), ficura(m), caput *eqs.*). LVCR. 2, 262 hinc motus per -a rigantur (2, 276 per -a ac venas. *al.* [*v. p. 634, 77*]. VERG. Aen. 1, 691 *al.* MANIL. 5, 161. 483 CELS. 3, 6, 8 *al.* LVCAN. 4, 629 omnem explicuit per -a virum [*i. 'per singula -a', 'membratim'; sic et* 6, 756 PROB. Verg. ecl. 6, 78. *cf.* PLIN. nat. 1, 11, 44—97 per singula -a. 7, 5 *al.* FLOR. epit. 3, 21, 26 ut per singula -a moreretur (*Sall. hist. frg. 1, 44* artus; *v. Weyman, ALL 14, 1906, 44*). *et al. cf.* PLIN. nat. 7, 169 per singulas -orum partes]. SIL. 9, 584 per -a, per arma [15, 686 STAT. Theb. 10, 476]. APVL. met. 10, 10. *et al.*). 3, 120 uti ... in -is vita moretur (4, 651 omnibus in -is et in ore ipsoque palato). 5, 838 mira facie -isque (VERG. Aen. 5, 358 *al.* OV. fast. 1, 112. *cf. l. 18. p. 634, 47*). 5, 1360 -a manusque (*v. p. 638, 53. cf. p. 635, 66*). 6, 1118 *syn.* partibus. VERG. Aen. 3, 137 -is (*sc. hominum*) ... arboribusque satisque. OV. am. 1, 6, 36 ante vel a -is dividar ipse meis (*fig. adynati. cf.* QVINT. decl. 321 p. 260, 7 -a hercule inter se citius pugnaverint [*sc. quam quis fratrem occidat*]). SEN. Thy. 1062 -a nervosque abscidi (*cf. p. 635, 75*). LVCAN. 2, 185 ultima ... effodit spectatis lumina (*i. 'oculos'*) -is (*i. 'spectata laceratione -orum'*). SIL. 2, 525 paribus (*sc. humanis*) ... famem compescere -is. QVINT. inst. 11, 2, 13 *opp.* ora (TAC. ann. 15, 64, 2. COMM. apol. 115 facies, oculi aut os aut -a. *cf. l. 8*). IVV. 3, 259 quis -a, quis ossa invenit? (*cf. p. 635, 67*). TERT. anim. 17 p. 324, 26 manus ac pedes, tenera scilicet et callosa -a (*at opp.* pedes: CYPR. epist. 64, 3 p. 718, 21. *cf. p. 635, 66*). 25 p. 342, 3 anulocultro, quo intus (*sc. in utero*) -a caeduntur. ITALA Rom. 6, 13 (Tert. resurr. 47 p. 96, 7) *et* VVLG. ad exhibendum -a vestra arma iniustitiae. *ibid.* exhibete ... -a vestra arma iustitiae (6, 19 [Tert. *l. c.* p. 96, 13 *et* VVLG.]. *cf.* TERT. resurr. 47 p. 96, 22. *et al.*). TERT. resurr. 60 p. 121, 2 quo huiusmodi -a (*sc. stomachus, alveus sim.*) admittunt subigunt ... egerunt? CYPR. ad Donat. 10 p. 11, 24 ad hominis corpus unum supplicia plura quam -a (*cf.* epist. 10, 2 p. 491, 17 quamvis ... torquerentur ... iam non -a, sed vulnera. AMM. 14, 9, 6 ut cruciatibus -a deessent. *et al.*). PRVD. apoth. 1080 (*apostrophe*) pellite corde metum, mea -a. *et al.* *nota breviloquentias*: sub -is: PRVD. cath. 12, 84 homo ... idemque sub -is deus *Christus.* post -a (*i. 'post -a exuta', 'post vitam'* [*aliter ut vid.* STAT. Theb. 12, 265]): CLAVD. carm. min. app. 2, 88 virtus ... digna ... sidereos p. -a intrare recessus (MART. CAP. 1, 95 p. -a corporea. *cf.* 2, 155 p. -orum nexum). *de certis quibusdam partibus corporis* (*sc. sine addit.; cf. l. 11*): MANIL. 5, 428 immota ferens in tergus -a latusque *natans* (*i. 'bracchia'*. *cf.* CLAVD. 18, 128 caedere ligna culinae -a negant). AMM. 22, 14, 4 Magnenti circumlatum ... -um (*i. 'caput'*). 30, 8, 4. *et al.* *de corpore serpentium*: VERG. Aen. 5, 279 nixantem nodis seque in sua -a plicantem *serpentem* (SERV.: etiam hoc ab homine transtulit). 7, 353 -is lubricus errat *coluber.* CVLEX 195 horrida ... volventia -a draconis (CLAVD. rapt. Pros. 1, 182 sinuosa. *cf.* SIL. 12, 8). *in arte coquin. de altilibus sim.*: HOR. sat. 2, 8, 87 discerpta ferentes -a gruis. CELS. 2, 18, 8 *discrimen carnis animalium* et aetate fit et -o. SEN. epist. 110, 12 portenta luxuriae ... certa -a ex singulis *animalibus* eligentis. APIC. 408 isicio porcino, item pulpis ex omni -o glirium trito (*nota sing.*). ANTHIM. 23 quae sunt praecipua -a *gallinarum.*

b *speciatim*: **α** *de partibus genitalibus* (*tam de partibus virilibus* [*de testiculis: l. 66*] *quam muliebribus* [*e. g. l. 60. p. 637, 2. 3. 7*]. *nota ellipsin*: CATVLL. 80, 6 grandia ... medii tenta ... viri. *ceterum v. s.* genitale, -ia [*v. vol. VI 1815, 43 sqq. 59 sqq.*], naturale, -ia [*inde a* CELS. 1, 9, 3], obscaenum, -a [*inde ab* OV. fast. 6, 631], pudendum, -a [*inde ab* ARNOB. nat. 5, 27 p. 198, 23], verenda [*inde ab* ARNOB. *l. c.*], virile, -ia [*inde a* MART. 11, 29, 1], virginale [*inde a* PHAEDR. 4, 15, 12]): CATVLL. 63, 6 ut relicta sensit *Attis* sibi -a sine viro ([*an ad p. 634, 40?*]. *item de Attide*: OV. fast. 4, 221 sua -a secandi impetus. *cf. de gallis*: TIB. 1, 4, 70 secet ad Phrygios vilia -a modos [OV. Ib. 454. *cf.* fast. 4, 244 caedunt]. *adde* OV. Ib. 273 sic aliquis tua -a secet *ut Saturnus*). LVCR. 3, 346 maternis ... -is alvoque (*an ad p. 634, 40? item dubites de* 4, 1031 ubi ipsa dies -is matura *semen* creavit [*cf.* 4, 1261. 5, 852]). RVT. LVP. 1, 18 virilis naturae -a (*cf. l. 78*). PRIAP. 26, 2 praecidite seminale -um (37, 2 -um ... unde procreamur). 68, 25 *Ulixis.* PROP. 2, 16, 14 rumpat ut assiduis -a libidinibus. OV. am. 2, 3, 3 qui ... pueris genitalia -a recidit (COLVM. 3, 10, 12 [*de vitibus. cf. p. 638, 22*]. 7, 11, 2 [*de testiculis*]. *cetera v. vol. VI 1814, 9 sqq. adde* ARNOB. nat. 3, 9 p. 117, 7 g. -orum partes [*abundanter*]. CHALC. comm. 23. *et al.*). 2, 15, 25 te nudā mea -a (*sc. anuli tamquam viri*) libidine surgent. 3, 7, 13 mea -a ... propositum destituēre meum. 3, 7, 65 nostra ... iacuere velut praemortua -a (MART. 13, 34, 1 mortua). met. 6, 616 quae tibi -a pudorem abstulerunt. SEN. benef. 7, 2, 2 res humilis (*sc. voluptas*), -orum turpium aut vilium (*cf. l. 58*) ministerio vēniens (AVSON. 393, 34 p. 246 P. PRVD. ham. 310 AVG. civ. 7, 21 p. 299, 18 D.). nat. 1, 16, 2 magnitudine ... -i. COLVM. 10, 33 Priapi terribilis -i (*cf. p. 637, 4*). APVL. met. 2, 7 steterunt et -a quae iacebant ante. 3, 20 libido mutua et animo<s> simul et -a suscitat. TERT. adv. Val. 1 p. 177, 16 simulacrum -i virilis ([*in myst. Eleusinis*]. PORPH. Hor. epod. 8, 17 [*syn. 8, 18* virili parte]. sat. 1, 2, 68 *al.* LACT. inst. 1, 21, 30 SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 69 *al.* SCHOL. Iuv. 2, 53. *cf.* AVSON. 120, 1 p. 341 P. mediorum -a virorum. *v. et l. 63*). SER. SAMM. 674 quae sit -is medicina pudendis ([*syn.* obscaenis]. AVG. civ. 14, 23 p. 48, 16 D. [*cf.* 13, 13 p. 572, 8 *al.*]. DRAC. laud. dei 1, 485. *cf.* LAMPR. Heliog. 12, 2 pudibilium enormitate -orum. FIRM. err. 4, 3 numen ... quod impudicis

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adhaeret -is). ARNOB. nat. 5, 27 p. 198, 24 deam ... consimili formatam -o. AVSON. 120, 4 p. 341 P. uxoris coepit lingere -a suae (*cf.* 128, 3 p. 344 muliebre -um). 131, 2 p. 346 irritant volsas lēvia -a lupas. SCHOL. Germ. Bas. p. 70, 21 *asinus* cum Priapo de -o naturali contendere coepit. PELAG. in Phil. 3, 19 p. 410, 4 in circumcisione verecundi (pudendi *V, Cassiod.*) -i (*cf.* in Rom. 2, 26 p. 26, 21 OP. imperf. in Matth. 15 p. 718). AVG. civ. 1, 18 p. 30, 18 D. *virginis.* 7, 21 p. 299, 24 -o inhonesto. 14, 21 p. 44, 29 eadem -a texerunt *primi homines* (*cf.* 14, 24 p. 50, 26 D. inferiorum. gen. ad litt. 11, 34 p. 368, 19 *al.*). *adde*: AMM. 28, 1, 28 ne velamen quidem secreto -orum sufficiens. *de cinaedis*: GELL. 3, 5, 2 nihil interest, quibus -is cinaedi sitis, posterioribus an prioribus (*Plutarch. symp. 7, 5, 3 p. 705^E τοῖς ὄπισθεν εἶναι κίναιδον ἢ τοῖς ἔμπροσθεν*).

β de sepultura mortuorum: ENN. ann. 139 (*trop.*) volturus in spinis miserum mandebat homonem. heu quam crudeli condebat (*cf. l. 24. 27. 34*) -a sepulcro (SIL. 9, 99. *cf.* VERG. Aen. 10, 558 patrio ... onerabit -a s. STAT. Theb. 9, 565 operit. ANTH. 402, 3 posuit. *cf.* CE 1434, 1 [= INSCR. christ. Diehl 1700] recubent. *et al.*). PROP. 1, 22, 7 (*postea* ossa). OV. epist. 11, 122 sparsa ... nati collige -a tui (SEN. clem. 1, 7, 1. *cf. p. 638, 36*). EPICED. Drusi 258 cum sunt imposito -a *Herculis* cremata deo (SIL. 13, 692. *cf.* MANIL. 1, 890 coacervatis ardebant corpora -is). SIL. 3, 439 tumulo ... -a reponit (DAMAS. epigr. 10, 1 hoc t. sacrata deo ... -a quiescunt. CE 758, 1 [= INSCR. christ. Diehl 1325] conduntur. *cf.* CE 682, 2 [*a. 403*] hic t., -a qui parva retentat [DAMAS. epigr. 23, 1 retinet caelestia -a sanctorum. 44, 1]). CE 460, 4 (*s. II*) hospitium -is fatoque paravi⟨t⟩. DAMAS. epigr. 12, 10 hic ... volui mea condere -a (*al. cf.* 28, 1 [= CE 759] ponere). PRVD. perist. 1, 116 martyrum ... -a *salvator* ... consecravit (*cf.* 4, 93 [*syn.* ossa]. *et al.*). CE 720, 4 (= INSCR. christ. Diehl 1645) -a sacrata (*cf. l. 23*) ... repperit (*syn.* corpus). 756, 1 (= INSCR. christ. Diehl 3463) aspicite ... hic mea -a sepulta (1385, 2 [= INSCR. christ. Diehl 1312; *a. 565*]. *al.*). 770, 6 (= INSCR. christ. Diehl 1512). 1374, 3 (= INSCR. christ. Diehl 987; *a. 532*) -a beata ... hic sua clausit. 1561, 9 (= INSCR. christ. Diehl 1196) recondit humo. CE NSc. 1928 p. 286, 5 una domus ⟨duo⟩bus quiescentia mem⟨bra teneret⟩. INSCR. christ. Diehl 150 hic requiescunt -a ad duus fratres (*cf.* 4835, 2 INSCR. Ital. X 2, 187. *v. et l. 23. 35*). INSCR. christ. RevA. V 28 (1928) p. 382 n. 105 in isto vaso sco. congregabuntur menbra XI. CIL VI 29947 tu ne vellis aliena -a inquitare iacentis.

B *i. q. mendacium, dolus, fraus* (Char. *v. p. 695, 71.* Gloss.L III Abstr. me 17 -a: deceptio vel fraus [*cf.* ma 28, *ubi trad.* manda]. Gloss. V 621, 27. *cf. post alios Löfstedt, Verm. Stud. p. 93 sq.* -a: *v. l. 56*): Itala Ioh. 1, 47 (cod. e) ecce vere Isdrahelites, in quo -um non est (*δόλος, Vulg.* dolus). 8, 44 qui loquitur -um, de suo loquitur, quia mendax est (*ψεῦδος, Vulg.* mendacium). Iudith 5, 5 (Pechian.) non exibit -um ore servi tui (*ψεῦδος, Vulg.* verbum falsum). Chiron 120 hi omnes -um adferent (*cf. Hippiatr. I 3, 12 οὐκ ἀληθεύουσιν οὗτοι* [*Pelagon. 34 p. 42, 23* verae rationis ignari sunt]). Prvd. apoth. 976 -um divinus non capit usus (Schol. *v. p. 695, 77*). Avg. c. mend. 3, 6 quos tamen non emendamus, quibus -um, quo verum tegendum existimant, non auferimus, sed nos potius immendamur, cum per tale -um eos quaerimus (mendacium *utrobique aliquot codd.*). Cypr. Gall. gen. 30 in verbis domini numquam se adiungere -um. lev. 143 -um ne dixerit ullus (*Vulg. lev. 19, 11* non mentiamini). Mart. Cap. 4, 423 v. 15 pellax *Dialectica* soritas cumque sensim congeris formasve, -as comprobat quas veritas (*Eyssenhardt*, formasve mendas, c. q. v. *Kopp ad voc.* mendare *i.* '*corrumpere*' *referens.* -as, improbat *eqs. Dick*). Fvlg. Rvsp. psalm. abeced. (RevBén. 48, 1936 p. 230) 168 ut coram spiritu sancto -um velles nuntiare? scito te non hominibus, sed deo mentitum esse (*cf. Vulg. act. 5, 3 sq.*). Greg. Tvr. Franc. 6, 40 p. 279, 6 -um esse, quod dixerat *eqs.* Act. Petr. 39 lingua, per quem verum et -um (*ψεῦδος*) exit.

deriv.: mendax, mendicus, mendosus, mendus, mendo (*?*). *comp.*: e-, immendo.

mendāciloquēns, -entis. *a* mendacium *et* loqui. Itala I Tim. 4, 2 (Hil. trin. 10, 2 p. 345C [-ciol- *Veron.*, mendacium loquentium *vel* mendaciloqu(i)orum *all.*]. Lucif. moriend. 10 p. 305, 21) in hypocrisi -ium (*cf. l. 81 sqq.*).

mendāciloquium, -ī *n.* *a* mendaciloquus. Gloss. II 480, 22 *ψευδολογία* -um.

***mendāciloquus,** -a, -um. [*a* mendacium *et* loqui, *cf.* falsiloquus. *J. B. H.*] *scrib.* -loc-: Plavt. Trin. 769 *et nonnullis locis* Avg. *in var. l.* *var. l.* -loquius (*cf. l. 68. p. 697, 1*): Avg. epist. 185, 13 p. 12, 10. *comp.* -ior: Plavt. Trin. 200.

1 *adi.*: *i. q. mendacium loquens*: Plavt. Trin. 200 *v. vol. IV 206, 40.* Avg. civ. 19, 23 p. 396, 9 D. istorum -orum daemonum laqueos (*cf.* epist. 185, 13 doctrinas [*cf. l. 84*] daemoniorum -orum [c. Faust. 15, 6 p. 426, 9 *al.*]).

2 *pro subst. i. q. homo mendax*: Plavt. Trin. 769 -um aliquem ... falsidicum, confidentem. Itala I Tim. 4, 2 (Tert. ieiun. 2 p. 276, 8 Novatian. cib. Iud. 5 Aug. bapt. 3, 19, 27 p. 221, 14. epist. 55, 36 p. 211, 6 [mendatioloquentium *P*]. *al.* Ps. Aug. comm. 10 p. 982, 3) attendentes ... doctrinis ⌊daemoniorum, in hypocrisi⌋ (⌊⌋ *om. Tert.*)

[Gundel (R.)]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-orum (mendaciloquiorum *Novat. A, Ps. Aug. C* [ψευδολόγων. *Vulg.* loquentium mendacium. *cf. et p. 696, 67 sq.*]). AVG. c. mend. 2, 3 p. 473, 6 secundum egregiam doctrinam -orum.

mendācitās, -ātis *f.* *a* mendax. *i. q. mendacium, vaniloquentia:* TERT. praescr. 31 l. 2 revertar ad principalitatem veritatis et posteritatem -is disputandam. VAL. CEM. hom. 6, 8 p. 712D penuriam -is. 8, 3 p. 178A pars -is est congestam secreto pecuniam possidere. ARNOB. ad Greg. 13 p. 405, 13 o non ferendum -is articulum! [*e coni. dub.*: PHILO vita contempl. 39 *v. p. 709, 83.*]

*mendācium,** -ī *n.* [*a* mendax. *J. B. H.*] *in codd. interdum scrib.* -tium. NOT. Tir. 67, 93 *inter* mendax *et* mendosum. *de declinatione*: -cî (*cf. et p. 698, 29*): PLAVT. Asin. 30 Bacch. 696 Truc. 132. (-ii *in vers. non occurrit*). -iis: PLAVT. Amph. 366 Capt. 520 *al.* -cîs: APVL. met. 10, 5 (-ciis φ²). HIER. epist. 3, 4, 1 (*in parte codd.*). *dactylici solis nom. et acc. plur. utuntur; vocem habent singulis locis* CIRIS, LYDIA, PROP., IVV., AVIEN., CLAVD., RVT. NAM.; *pluribus* AETNA, OV., STAT., MART.; -a *tenet semper pedem quintum hexametri exceptis* OV. met. 9, 711 fast. 2, 261 *et* MART. 2, 56, 3, *ubi in quarto pede ponitur.* *f.* mendācia, (-ae): GLOSS. II 497, 19 -a ψεῦδος. 481, 26 ψεῦδος -um, haec -a. *de significatione*: SYNON. Cic. p. 426, 9 B. fallacia -a *eqs.* GLOSS.L II Abav. ME 19 -um: infitias, mendum. *gr. respondet* ψεῦδος *vel* ψεῦσμα. *alia v. l. 65. p. 698, 60. 699. 26. 75 sq. 700, 52. 702, 39. in interpret. nom. hebr.* Chazbi *vel* Chazib (כְּזִיב): *v. Onom. vol. II 386, 18 sqq.* *cf.* VVLG. I par. 4, 22 viri ... -ii (כֹּזֵבָא). Mich. 1, 14 domus -ii (אַכְזִיב). *v. et p. 701, 8.* AVG. c. mend. 10, 23 p. 499, 5 non est ... -um, cum silendo absconditur verum, sed cum loquendo promitur falsum. 12, 26 p. 507, 10 -um est falsa significatio cum voluntate fallendi (*cf.* de mend. 4, 4 p. 416, 10 *al.*). in psalm. 5, 7 si ... dicitur, quod non est, -um est. *ibid.* quod non habet duplex cor, nec -um quidem dicendum est. 91, 6 contra legem ... et contra veritatem quidquid est, -um dicitur (*cf. p. 700, 53*). quaest. euang. 2, 51 non ... omne quod fingimus -um est: sed quando id fingimus quod nihil significat, tunc est -um. cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est -um, sed aliqua figura veritatis. quaest. hept. 1, 145 cum ... quae non sunt, tamquam ioco dicuntur, non deputantur -a (*cf.* de mend. 2, 2). *al.* (*cf. Récéjac, De mendacio quid senserit Augustinus, Paris 1897*). ISID. orig. 2, 12, 4 -um tres habet species: incredibile ... impossibile ... contrarium. *discernitur inter* -um dicere *et* mentiri: NIGID. Gell. 11, 11, 1 qui mentitur, ipse non fallitur, alterum fallere conatur; qui -um dicit, ipse fallitur *eqs.* (*cf. H. Peter, Wahrheit u. Kunst ..., Leipzig 1911 p. 7*). *inter* falsitatem *et* -um: ISID. diff. 1, 220 *v. vol. VI 201, 56. inter* mendum *et* -um: ISID. diff. 1, 357 *v. p. 695, 79 sqq.* *legitur inde a* PLAVTO (*24ies*), RHET. Her., CIC. (*28ies*), Q. CIC., CAEL. Cic. epist., PVBLIL., CAES., NEP. *per totam latinitatem, saepissime apud* ECCL. *tit. libr.*: AVG. c. mend.; de mend. [*falsa var. l.*: PETRON. 89 v. 14 PLIN. nat. 1, 37, 11. *loco manco*: CIC. Font. frg. 8 latebra -ii. *loco dub. trad.*: LYDIA 63 Iuppiter ante sui semper -a factus (*Vollmer cum codd. vett.*, furti *Itali, Naeke,* fastus *Scal.*) cum Iunone ... gaudia libavit.]

I *de* ***fallacia, quae continetur verbis*** *i. q. falsi pro vero affirmatio, res contra veritatem ficta, falsum dictum; interdum (e. g. p. 698, 9. 23. 48. 68. 84. 699, 13. 50. 700, 53) de universa fallacia, quae et verbis et factis efficitur (add. pron. poss. inde a* PLAVTO; *gen. subi. hominum e. g. p. 698, 40. 42. 699, 84. 700, 4. 20. 66 sqq.; rerum: p. 699, 69 sqq. 700, 66. 76. 701, 5 al. res, de qua falsum fingitur, significatur gen. obi.: p. 698, 42 sqq. 76. 82 sq. 699, 6 al.; praep.* de: *p. 698, 27. 38 sq. 55. 700, 63. 80*; in *c. abl.: p. 699, 84 sq.; acc. c. inf.: p. 698, 75. 699, 8. 700, 20. 22. add.* in *c. acc.: p. 699, 24. 28.* adversus: *p. 699, 14. 28*): **A** ***generatim:*** **1** *ipsorum hominum* (*bestiae personatae: p. 698, 34. diaboli: p. 699, 27*): PLAVT. Amph. 198 si dixero -um (Bacch. 957 de hospite. *al.* [*v. vol. V 1, 973, 63*]. *cf.* Merc. 209 proloqui. Pseud. 943 mera iam -a fundes. Truc. 487 memoravisse. OV. am. 3, 6, 17 loquor [MART. 4, 43, 3 PSALT. Cas. 62, 12 (ἄδικα, *Vulg.* iniqua). ITALA iud. 16, 10 (Lugd.) locutus es ad me -um (ψευδῆ, *Vulg.* falsum). *et al.*]. SEN. apocol. 6 narrat [MART. 2, 56, 3]. VVLG. prov. 6, 19 proferentem [*al.*]. Sirach 7, 14 mentiri). 366 compositis -is advenisti (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 76, 27 compositis per dolum -is. OROS. hist. 3, 16, 12 -o ad tempus composito. PASS. Mar. Iac. 8 p. 57, 7 fraude). 370 vapula ob -um (PAVL. dig. 40, 7, 10. *et al.* *cf.* VLP. dig. 14, 5, 4, 1 conveniendum propter -um. PAVL. dig. 13, 7, 41 ut ex suo -o arguatur. APVL. apol. 64 pro ... -o. VVLG. psalm. 58, 13 de ... -o). 589. Asin. 30 cave mihi -i quicquam (Mil. 967 cave -um. *et al.*). Bacch. 696 quem -i prendit ([*cf. p. 700, 25.* QVINT. inst. 5, 7, 30 si ... in -o ... deprehendantur. SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 19. *et al.*]. Truc. 132 manifesto -i, mala, teneo te. SVET. Otho 10, 1 qui ... -ii ... argueretur [VVLG. gen. 38, 23. AVG. enchir. 6, 18 (*opp.* temeritatis). *et al.* *cf.* APVL. met. 10, 10 accersere]. APVL. apol. 62 vos manifesti -ii ... revincat [VLP. dig. 26, 10, 3, 15 in -o]. *et al.* CYPR. epist. 59, 11 p. 678, 19 in -o ... detecti. AVG. in euang. Ioh. 7, 11 convictus ... de -o). 968 eum ... uno -o devici. Most. 665 (*proverb.; cf. Otto, Sprichw. p. 219*) calidum ... esse ... optimum -um. Pseud. 403 facit illud veri simile, quod -um est. 927 ego illum dolis atque -is in timorem dabo (932). Rud. 515 dum tuis ausculto magnidicis -is (*cf.* HIER. in Ier. 5, 56, 2 libenter audiuntur -a, praesertim quae laeta promittunt). *al.* RHET. Her. 4, 18, 25 sibi in contionibus a -o temperaturum. CIC. inv. 1, 4 in controversiis cum saepe a -o contra verum stare homines consuescerent. Quinct. 75 non ad obtinendum -um, sed ad verum probandum auctoritatem adiuvare. 81 quod ne -o quidem tegere possis (*cf.* AMM. 15, 2, 9 velabatur. 15, 2, 10 obumbrata. *al. sim.*: AVG. gen. c. Manich. 2, 16, 24 habebant cooperimenta -ii). Q. Rosc. 20 ex fraude ... -is constare (*cf.* Cluent. 72 ex f. et -o factus). 46 qui semel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium quam ad -um perduci consuevit (*cf.* APVL. apol. 30 induxit. SCHOL. Cic. Bob. p. 148, 21 qui eum ad -um subornassent. *cf. et l. 53*). 48 unde ... ductum et conflatum -um est? Verr. II 4, 124 viros ... temeritati et -o meo conscios. Mur. 62 improbi ... hominis ⟨est⟩ -o fallere (APVL. met. 5, 27 e re concinnato -o fallens. AMM. 28, 6, 20. *et al.* *cf.* VAL. MAX. 7, 3 ext. 10 -um versuti ducis ... duos simul populos fefellit [CYPR. epist. 59, 11 p. 679, 3 *al.*]. QVINT. decl. 300 p. 299, 13 circumscribuntur ... -is. PS. QVINT. decl. 12, 23 p. 239, 26 spem eludendae -o civitatis [SVET. Vit. 17, 1. *aliter l. 61*]. *v. et p. 699, 58. 83. 700, 20 al.*). Cael. 17 ad tempus eius (*sc. Clodi*) -um vostrum accommodavistis (*cf.* TAC. hist. 3, 75, 3 aptum tempori -um). 69 sin ... est fictum, non illud quidem modestum, sed tamen est non infacetum -um. Planc. 22 vicinitas (*i. Plancius vicinus*) ... non adsueta -is. Lig. 16 refellere et coarguere nostrum -um (QVINT. inst. 6, 4, 5. *v. et p. 700, 26*). 25 cum -o ... gloriemini per me licet (*cf.* VLP. dig. 5, 3, 12 contendet ... per -um [FIRMIL. Cypr. epist. 75, 25 p. 827, 7. *et al.*]). epist. 3, 10, 7 *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 1, 4. CAES. Gall. 7, 38, 10 in eodem -o de caede ... permanet (*cf.* VLP. dig. 48, 5, 28 [27], 13 ne servi ... in -o perseverent). civ. 1, 11, 2 nulla ... -i (σ, *Klotz*, -ii β, *Meusel*) religione obstrictus. NEP. Att. 15, 1 -um ... *non* pati. CIRIS 362 conficta dolo -a turpi invenit (PS. QVINT. decl. 12, 22 p. 239, 20. APVL. met. 5, 16. 19 fingere. *et al.* *cf.* LIV. 23, 34, 5 struere [*v. et p. 700, 79*]. SIDON. epist. 4, 22, 3 concinnare [*cf. etiam l. 15*]). PROP. 4, 5, 27 -a vincant. OV. fast. 2, 261 (*alloquitur Phoebus corvum*:) addis ... culpae -a. LIV. 6, 17, 3 servo .. -ii poenam vincula fuisse (VLP. dig. 11, 1, 11, 3). 24, 30, 6 speciem haut vanam -o praebuerant ... transfugae (*cf.* PETRON. 117, 2 praeberet -o fidem [CLAVD. DON. Aen. 2, 165 p. 170, 29 adderet]. 140, 7 ut constaret -o [*dat.*] fides. *v. et p. 700, 1*). 35, 12, 17 de Philippo ... libero -o abutebatur. 35, 42, 5 -is de rege ... erexerat ... animos. SEN. contr. 2, 2, 7 uxorem intellexisse mariti -um (*cf.* CYPR. epist. 59, 11 p. 678, 11 noscere). 7, 5 (20), 1 obicit ... filio -um (GELL. 12, 12, 4). 9, 6 (29), 3. 8 mulieris. VELL. 1, 11, 1 Pseudophilippus a -o simulatae originis appellatus (*cf.* VAL. MAX. 9, 15tit. 9, 15, 1. 9, 15 ext. 1. STAT. Theb. 5, 659 generis -a sacri. IVST. 16, 5, 11. *sim.*: TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 552, 20 a -o nominis praevenire discipulos [FILASTR. 111, 4]. COD. Iust. 2, 42 [43], 2 [*a. 287*] fallaci maioris aetatis -o). 2, 118, 1 natum -o genus *hominum* (*cf.* CAPITOL. Alb. 12, 10 ad omnia -orum genera paratum). VAL. MAX. 9, 6 ext. 2 *Hannibal* -is et fallacia ... gaudens. PHAEDR. 3, 10, 48 si -um subtiliter rimasset. SEN. benef. 7, 30, 2 magnitudine -ii. dial. 4, 28, 7 -a persequitur ipse periurus. CVRT. 4, 10, 32 locum -o non esse (QVINT. inst. 11, 2, 39. *cf. p. 700, 21*). 6, 11, 21 verone an -o liberare se a cruciatu voluerit (*cf.* QVINT. inst. 5, 4, 1. decl. 338 p. 334, 5 est in -um coacta *tormentis*. MIN. FEL. 28, 3 quaestionem ..., quae -um cogeret [*opp.* verum]. TERT. apol. 2, 13 [= nat. 1, 2, 2] veritatis extorquendae praesides de vobis ... -um elaboratis audire. AMM. 29, 1, 36). PETRON. 82, 4 cum ... -um prodidissem. 117, 5 ut duraret ... tutum -um (*cf.* TAC. hist. 2, 72, 1 non ultra paucos dies ... -um valuit). 125, 3 si ... -um deprehenderit (*cf.* APVL. apol. 83 detectum -um est [SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 107, 3 *cod. W*: calumnia. *gr.* συκοφαντία]). PLIN. nat. 29, 17 cum sit periculum in nullo -o maius. QVINT. inst. 6, 3, 80 eluditur ... -um ... -o. decl. 259 p. 58, 26 nos pater mutuo -o temptat. 388 p. 439, 7 speraverunt effectum -ii. PS. QVINT. decl. 2, 3 p. 23, 16 -um poterat facile nudari. FRONTIN. strat. 2, 4, 9 consternati a -o (*cf.* TAC. hist. 2, 54, 1 -o universos perculit affirmans *eqs.* ann. 13, 47, 1. *v. et p. 697, 84*). TAC. hist. 1, 34, 2. 4, 81, 3 nullum -o pretium *est* (*cf.* APVL. apol. 59 -um ... vendidit [CAES. AREL. serm. 142, 7]. AVG. serm. 129, 3, 3 emit). PLIN. epist. 1, 2, 6. SVET. Cal. 41, 2 plus -o atque etiam periurio lucrabatur. vita Crispi p. 89, 10 ne ... semet -o dehonestaret (*cf.* RVFIN. Orig. in Ios. 7, 2 p. 329, 28 maculeris). CALP. decl. 35. 52. FRONTO p. 227, 10 N. cotidiano te -o adstringi, cum ... ais. VLP. dig. 11, 1, 11, 9. 48, 18, 1, 26 -ii sive calumniae in se instructae. *al.* PAVL. dig. 48, 18, 18, 3 testes torquendi non sunt convincendi -ii aut veritatis gratia. GELL. 1, 23, 8. 7, 1, 5 *opp.* veritas. *al.* APVL. apol. 63 -um vestrum fuit *seq. a. c. i.* 89 *al.* met. 1, 3 istud -um tam verum est, quam siquis velit dicere *eqs.* 1, 20 *syn.* fabula. 8, 29 fictae vaticinationis -o. MIN. FEL. 28, 6 *fama* insparsis -is alitur. TERT. apol. 15, 8 veritatis esse cultores, qui -ii non sunt (*cf.* 24, 2). idol. 1 p. 31, 8 in illa *idolatria* -um (*ibid.* vanitas. *cf. p. 701, 65*). 11 p. 41, 12 -um cupiditatis ministrum. anim. 28, 3 neque veritas desiderat vetustatem neque -um devitat novellitatem. adv. Marc. 4, 21 p. 489, 17 noluit -um disseminari. carn. 7 l. 41 -o ... praesentiae annuntiatae eorum qui *eqs. al.* CYPR. hab. virg. 8 p. 194, 3 -um culpae. Demetr. 9 p. 357, 13 delicta -orum, libidinum *eqs.* epist. 59, 11 p. 678, 16 filii diaboli et -o pleni.

[Gundel (R.)]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

66, 7 p. 731, 10 aliena -a quasi propria et privata defendis. *al.* COMM. apol. 947 -um ibi non est. COD. Iust. 1, 22, 2 (*a. 294*) praescriptione -orum opposita, sive in iuris narratione -um reperiatur, sive in facti sive in tacendi fraude. PANEG. 3, 26, 3 servile vitium . . . esse -um. FIRM. math. 3, 6, 11 ab omni -o separatos. 5, 6, 9. HIL. c. Const. 6 -ii suspicio. in Matth. 33, 9 emittitur . . . -um furti (*sc. corporis Christi mortui*). syn. 79 p. 533B se . . . -o purgare. OPTAT. 2, 12 p. 47, 14 -ii pars est *seq. a. c. i.* AMM. 28, 6, 20 arte -orum. *al.* CLAVD. DON. Aen. 2, 130 p. 163, 25 in . . . -o cautus fuit. 2, 175 p. 172, 20 -ii figmentum. *al.* HIER. epist. 18A, 13, 3 -ii reus. VVLG. exod. 23, 1 non suscipies vocem -ii (*cf.* prov. 29, 12 verba -ii [*al.*]. Ier. 7, 8 in sermonibus -ii). Esth. 16, 5 -orum cuniculis. Iob 13, 4 fabricatores -ii. 34, 6 in iudicando . . . me -um est. prov. 20, 17 suavis est homini panis -ii. Sirach 7, 13 noli arare -um adversus fratrem tuum. Rom. 3, 7 si . . . veritas dei in meo -o abundavit (*cf.* AVG. civ. 14, 4 p. 9, 13 D.). Eph. 4, 25 deponentes -um. *saepe.* DOCTR. apost. 3, 5 noli fieri mendax, quia -um ducit ad furtum. CLAVD. 18, 351 si . . . turgent -a monstris. PAVL. NOL. epist. 12, 7 p. 80, 13 humilitas . . . -ii famula, veritatis inimica. AVG. enchir. 6, 18 peccatum . . . esse omne -um. c. mend. 3, 4 inter se sunt veritas -umque contraria (*cf.* POMER. 3, 1, 1). serm. 32, 10, 10 quaere quid sit hominis proprium, -um invenies. 254, 5, 7 habet *homo* . . . thesaurum -orum. *saepe.* NOVELL. Valent. 1, 3 pr. -ii genus est promissa tardare. FLAVIAN. Leo M. epist. 26, 3 per fallaciam -ii. SEDVL. carm. pasch. 5, 87 volant -a mille in dominum (op. pasch. 5, 6 p. 278, 2). CASSIOD. in psalm. 31, 2 *opp.* veriloquium. PASS. Petr. Paul. long. 21 credendum -iis (ψευδολογίαις). *et al.* *de fallacia diaboli* (*cf. et p. 701, 84*): TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 12 malitia -ii et fallaciae in homines. CYPR. epist. 55, 7 p. 628, 18 -a adversus sacerdotes dei de diaboli ore prolata (*cf.* VVLG. Ioh. 8, 44 loquitur -um . . ., quia mendax est). 55, 10 p. 631, 10 ut servos dei -o laceret *diabolus.* 69, 15 p. 746, 18 ut . . . id . . . -o obstinationis et fraudis exerceat. *al.* PRISCILL. tract. 5, 85 necesse est, cuius initium -ii natura dedit, viam veritatis tenere non possit. HIER. in Is. 28, 16 p. 323C diabolum patrem omnis -ii (AVG. civ. 14, 3 p. 9, 1 D. in euang. Ioh. 42, 13. *cf.* PS. AVG. c. Iud. pag. Arr. 2 auctor -ii. CASSIOD. inst. 1, 2, 3 de spiritu -ii. *v. et p. 702, 46*). AVG. civ. 29, 23 p. 397, 33 D. huic . . . . . . inspiravit . . . diabolicus spiritus tam vanum apertumque -um. NICET. symb. 1 renuntiat *homo* . . . *Satanae* choris atque -is (symb. frg. 3). *deus a -o liber est*: TERT. adv. Marc. 3, 9 p. 391, 19 dei veritatem a -o et fallacia extranei. HIER. epist. 64, 18, 7 (*opp.* veritas). RVFIN. hist. 4, 15, 34 verus tu es et sine -o (ἀψευδής), deus. AVG. in euang. Ioh. 66, 2 -um non habet veritas. *et al.* *aliter de creatore (vel Christo) Marcionis* (*cf. et p. 701, 56*): TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 3 a -is et fallaciis creatoris. 4, 10 p. 446, 25 necesse est, -um admiserit *Christus.* *de -o honesto, concesso, necessario*: CIC. Lig. 16 si honesto et misericordi -o saluti civi calamitoso esse vellemus (AVG. de mend. 1, 1. *cf.* PVBLIL. V 8 verum est, quod pro salute fit -um [AVG. in psalm. 5, 7]. LIV. 2, 64, 6 ni salubri -o consul . . . concitasset aciem. GELL. 15, 22, 2. *et al.*). OV. met. 9, 711 inde ⟨in⟩cepta pia -a fraude latebant. VAL. MAX. 4, 7, 6 Terentius fideli -o . . . Brutum se esse simulavit (*cf.* TAC. hist. 4, 50, 2 egregio -o). QVINT. inst. 2, 17, 27. 12, 1, 38. AVG. doctr. christ. 1, 36, 40 utile aliquando esse -um. epist. 28, 3 officioso (28, 4 p. 109, 8. 82, 21. 180, 3 de mend. 8, 11). c. mend. 15, 31 iusta (quaest. hept. 3, 68 p. 295, 28. 6, 11 p. 429, 15). de mend. 20, 41 sententia, ut -um . . . pro pudicitia corporis admittendum sit. in psalm. 5, 7 necessitatis . . . -a. *al.*

2 *partium corporis*: OV. am. 3, 11, 21 turpia . . . vanae -a linguae (EPIST. Sapph. 55 nec vos decipiant . . . -a l. APVL. apol. 8 lingua -orum . . . praeministra. PANEG. 2, 44, 1. VVLG. Iob 27, 4 nec l. mea meditabitur -um. prov. 12, 19 linguam -ii [*al.*]. *et al.*). IVV. 7, 111 immensa . . . spirant -a folles (*i. pulmones*). TERT. apol. 7, 12 (= nat. 1, 7, 5) ne . . . os -a seminaverit (*cf.* ITALA Iudith 5, 5 [Aug. civ. 16, 13 p. 148, 7 D.] non exibit -um [ψεῦδος, *Vulg.* verbum falsum] de ore servi tui. VVLG. apoc. 14, 5. *et al.*). VVLG. Is. 59, 3 labia vestra locuta sunt -um (*cf.* AVG. in psalm. 139, 13 -um ipsorum labor est labiorum ipsorum).

3 *rerum ad homines pertinentium* (*cf. et p. 700, 17 sq.*): OV. met. 9, 139 fama . . . sua per -a crescit (fast. 4, 311 conscia mens recti famae -a risit. TERT. apol. 7, 8 [*cf.* nat. 1, 7, 2]. OPTAT. 1, 20 p. 22, 7 -um sparsit fama. RVT. NAM. 1, 435 -a famae). TERT. apol. 34, 4 si non de -o erubescit adulatio eiusmodi hominem deum appellans. 42, 9 fraude et -o vestrarum professionum. CYPR. ad Donat. 10 p. 12, 7 grassatur in -um criminum . . . vocis . . . audacia. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 107, 1 *scripta* falsitatis et -is (-ii *edd.; cod. W*: -um [-iis *edd.*] et calumniis [*gr.* ψεύδη καὶ συκοφαντίας]) plena (p. 114, 7 [*cod. W*: illa . . . ficta (*gr.* πλάσματα) fuisse]). COD. Theod. 2, 7, 1 (= Iust. 3, 11, 2) precum -a. *et al.*

B **speciatim** *de dictis, commentis scriptorum, doctorum, poetarum sim.* (*nonnunmquam latiore sensu de falsa opinione, qua auctores ipsi decepti alios in errorem inducunt*):

1 *de falsa descriptione rerum gestarum*: CIC. rep. 2, 28 ea sunt . . . non ferenda -a, quae non solum ficta esse sed ne fieri quidem potuisse cernimus. LIV. 8, 40, 4 fallenti -o. 33, 10, 8 ibi modestius -um est *Valeri.* 38, 55, 8 malim librarii mendum quam -um scripto-

ris esse in summa auri atque argenti. 40, 29, 8 -o probabili accommodat⟨a⟩ fide. SEN. dial. 10, 13, 8. nat. 7, 16, 1 quibusdam *historicis* -um obrepit. 7, 16, 2 *opus suum* -o aspersit. SVET. Cal. 8, 2 abusum . . . audentius -o. FRONTO p. 203, 16 N. scriptorum. TERT. apol. 16, 3 (= nat. 1, 11, 3) Tacitus . . . -orum loquacissimus. VOPISC. Aurelian. 2, 2 -orum comites, quos historicae eloquentiae miramur auctores. ARNOB. nat. 5, 15 p. 188, 7 *historia* -is interpolata fallacibus. AMM. 31, 16, 9. AVG. civ. 7, 35 p. 319, 2 D. ita . . . solent res gestae aspersione -orum in fabulas verti. OROS. hist. 5, 3, 4. *et al.* *nota de rebus in scriptura sacra falso traditis*: TERT. adv. Prax. 1 p. 227, 16 -um euangeliis exprobrabit. HIL. myst. 1, 23, 4 scriptura -o non periclitatur. AVG. civ. 15, 13 p. 82, 13 D. in hoc conscribendum -um. cons. euang. 2, 12, 28 ut . . . de -o arguatur. quaest. hept. 5, 10 p. 378, 8.

2 *de falsis sententiis ad disciplinas artium, philosophiam, rerum naturalium scientiam pertinentibus*: CIC. inv. 1, 90 falsum est, in quo perspicue -um est. de orat. 2, 30 in eius modi re (*sc. eloquentia*), quae -o nixa sit, quae ad scientiam non saepe perveniat, quae opiniones hominum et saepe errores aucupetur. AETNA 366 nec te decipiant stolidi -a vulgi exhaustos cessare sinus. SEN. nat. 4, 2, 24 tunc erat -o locus. 4, 4, 1 ad -a haec leviora. 4, 7, 2 -um et fabula est. 7, 5, 1. 7, 13, 2. 7, 29, 2 -um est ire eos *cometas* tardius. epist. 48, 5 conclusione falsa a vero nascens -um (*cf.* TERT. ieiun. 16 p. 296, 12). 83, 8. 94, 68 virtus, quae -a et contra verum placentia exstirpet (*seq.* publicus error). 95, 21 peritissimum in -o prendi. COLVM. 12, 52, 18 -um . . . Cato sic refellit. SCRIB. LARG. praef. 7 p. 3, 19 quidam . . . hoc -o . . . pro argumento utuntur. MELA 2, 83 verine ignorantia an . . . -ii lubidine. PLIN. nat. 5, 4 Graeciae -a de . . . Lixo prodita. 8, 82. 28, 112 cognitis . . . -is Graecae vanitatis. 29, 68 magorum (29, 81 *al.*). 37, 41 re, quae . . . -um coarguat (37, 192). PS. APVL. Ascl. 32 (*ibid.* errores). MIN. FEL. 11, 2 -is suis invicem credunt. 14, 4. TERT. anim. 28, 2 Pythagoras . . . non turpi modo, verum etiam temerario -o incubuit. adv. Marc. 1, 11 p. 304, 9 patet -o veritas. 2, 28 p. 375, 27 virtus veritatis paucis amat *agere*, multa -o erunt necessaria. *al.* FIRM. math. 2, 29, 3 falsis apotelesmatum -is. FILASTR. 121, 9 *doctrinam* diversis -is immutatam. VVLG. Sirach. 4, 30 de -o ineruditionis tuae confundere. AVG. civ. 21, 4 p. 493, 27 D. hoc miraculum . . . -um putaremus. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 123, 6 -o semet scientiae fallunt. BOETH. cons. 5, 3, 21 W. causa . . ., cur -o scientia careat. *et al.*

3 *de corrupta doctrina christiana* (*sensu latiore: l. 53*): TERT. adv. Prax. 8 p. 237, 24 haeresis potius ex veritate accepit, quod ad -um suum strueret. carn. 5 l. 52 *al.* ITALA II Thess. 2, 11 (Iren. 4, 29, 1) uti credant -o (HIL. c. Const. 1. *et al.*). CYPR. epist. 74, 8 p. 806, 7 cedat ecclesia haereticis . . ., veritas -o, Christus antichristo. sent. episc. 1 p. 436, 16 *al.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 5 p. 813, 12 quod . . . adversus ecclesiam dei sceleratis -is suis rebellaverint. 75, 9 p. 816, 15 -o uterque (*sc. pseudopropheta et haereticus*) nititur. 75, 24 p. 825, 6 HIL. c. Const. 25 trin. 7, 3 *al.* OPTAT. 7, 5 p. 176, 20 *al.* PRISCILL. tract. 1, 26 p. 22, 12 scismatici vel haeretici . . . falsa veris et catholicis -a miscuerunt. *al.* FILASTR. 29, 9. *saepe.* VVLG. I Ioh. 2, 21 omne -um ex veritate non est. 2, 27. I Tim. 4, 2 loquentium -um (ψευδολόγων). apoc. 21, 27 facientes . . . -um ([*sc. vivendo secundum rationem a doctrina vera abhorrentem. cf. W. Bauer, Wörterb. z. d. Schrift. d. N. T. s. v.* ψεῦδος]. 22, 15. *sim.*: AVG. conf. 10, 41, 66 volui tecum [*i. cum deo*] possidere -um *eqs.* gen. c. Manich. 2, 16, 24. in psalm. 91, 6 omne peccatum -um est. *al.*). RVFIN. Orig. in cant. 3 (4) p. 235, 1 -ii sophismata (*opp.* dogmata veritatis). Orig. princ. 2, 4, 3 p. 130, 6 subreptionem eorum (*sc. haereticorum*) ac -a confutemus. *al.* AVG. civ. 20, 19 p. 451, 31 D. illa . . . ad -um pertrahent credituros *eqs.* in epist. Ioh. 3, 6 non est unum genus -ii. fid. et symb. 4, 10 *coniung.* sacrilegia. c. Petil. 2, 15, 35 -orum mortes exhalant. *al.* COD. Theod. 16, 5, 65, 2 credunt de veritatis fonte -a. APRING. in apoc. 2, 2 ipsi *haeretici* se doctores asserunt veritatis et sunt auctores pravi -ii. *et al.*

4 *de commentis poetarum vel fabularum*: AETNA 572 veteris -a famae eruimus. OV. am. 3, 6, 17 vatum (fast. 6, 253 valeant -a v. PANEG. 2, 17, 2). VAL. MAX. 4, 7, 4 illa *sunt* gentis ad fingendum paratae monstro similia -a. CVRT. 3, 1, 4 poetarum -o (AVG. civ. 7, 18 p. 296, 21 D. *cf.* 18, 16 p. 276, 15 fabuloso poeticoque -o). MART. 9, 34, 1 Iupiter Idaei risit -a busti (*gen. obi.? an subi. i. loci Iovis se bustum esse mentientis?*). FRONTO p. 212, 13 N. MIN. FEL. 20, 3 facilis in -is fides fuit. 24, 8 figmentis et -is dulcioribus. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 433, 19 narrationis deficientis in -o semper. p. 434, 8 quasi non . . . *Romulus in caelum* ascenderit . . . -ii scalis. coron. 7 l. 24. FILASTR. 103, 3. 105, 5 poetae vani aedificationem illam ad sua -a transferentes (*cf.* 142, 9 ad suae paganitatis -a). 108, 7 paganorum et poetarum -a adserunt *eqs.* 122, 1. 129, 8 suae perfidiae diversa -a saeculo seminaverunt. AVIEN. Arat. 1172 vetus . . . fabula nec nostro struimus -a versu. HIER. epist. 3, 4, 1 -is ficta miracula. AVG. civ. 3, 4 p. 101, 15 D. civibus . . . de ipsis diis prodesse -a. soliloq. 2, 11, 19 est fabula compositum ad utilitatem delectationemve -um (*cf.* MACR. somn. 1, 2, 9). SEDVL. carm. pasch. 1, 22 plurima Niliacis tradant *poetae gentiles* -a biblis. *et al.*

5 *de vanitate oraculorum, vaticiniorum sim.*: CVRT. 6,

[Gundel (R.)]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 5 *Philotam* Iovis arguisse -um Alexandrum filium adgnoscentis. GELL. 14, 1, 2 *Chaldaeos* cibum ... ex -is captantes. MIN. FEL. 26, 7 inter multa -a. VOPISC. Tac. 15, 4 *haruspicum* deprehendi -a (*cf.* OROS. hist. 5, 4, 11). FIRM. math. 1, 3, 6 p. 10, 17 *mathematici* -a promissionis. p. 10, 21 falsis responsorum -is. VVLG. III reg. 22, 23 dedit dominus spiritum -ii in ore omnium prophetarum tuorum (II par. 18, 22 Is. 9, 15. 28, 15 posuimus -um spem nostram [HIER. *in l.*: chasab (כָּזָב) ... omnes -um transtulerunt, ... cuius ... pater est diabolus]. Ier. 5, 31. *et saepe.* *cf.* HIER. in Ier. 5, 61, 3 ad pseudoprophetam -o gloriantem. hom. Orig. in Ezech. 3, 6 p. 354, 12. *et al.*). Ezech. 13, 6 vident vana et divinant -um. *al.*

6 *de falsitate figurarum rhetoricarum velut hyperbolae vel translationis*: SEN. benef. 7, 23, 1 (*opp.* verum). QVINT. inst. 8, 6, 74 mentiri hyperbolen, nec ita, ut -o fallere velit. AVG. epist. 180, 3 p. 698, 30 sqq. de mend. 5, 7. 21, 42 quae imperitioribus -a videntur, figuratae significationes sunt. c. mend. 10, 24 p. 499, 12 sqq.

7 *de falsa interpretatione*: TERT. praescr. 18 l. 11 a nobis potius adulteria scripturarum et expositionum -a inferri. HIER. epist. 48, 4, 2 quantum distet inter veritatem et -um. 57, 1, 2 obicit mihi ignorantiam vel -um. 57, 7, 1. 57, 12, 2 *syn.* falsitates. *de adulteratione scriptorum*: CIC. Sull. 45 ego *commutando indicium* veritatem patefactam contaminarem aliquo -o? CYPR. epist. 9, 2 p. 489, 18 epistulae ... veritas -o aliquo et fraude corrupta. VVLG. Ier. 8, 8 -um operatus est stilus mendax scribarum.

epitheta *selecta ad I*: apertum: APVL. apol. 4 AVG. civ. 19, 23 p. 397, 33 D. FACVND. defens. 9, 3 p. 750C. atrox: TAC. hist. 2, 54, 1. capitale: AVG. de mend. 14, 25. confidentissimum: APVL. apol. 69. dirum: PLIN. nat. 37, 192. evidens: VAL. MAX. 9, 15, 1. fallax: *v. p. 698, 46. 700, 7.* immane: APVL. met. 10, 5. impudens: *v. vol. VII 1, 708, 15.* inpunitum: CIC. Planc. 30. involutum: VAL. MAX. 7, 3 ext. 10. malignum: QVINT. decl. 347 p. 368, 21. malivolum: PVBLIL. F 21. manifestum: GELL. 12, 12tit. APVL. apol. 62. merum: PLAVT. Pseud. 943 SEN. apocol. 6 MART. 2, 56, 3. monstruosum: APVL. met. 5, 16. pestiferum: HIL. in Matth. 25, 2. portentosum: PLIN. nat. 5, 4. 29, 81. prodigiosum: OV. am. 3, 6, 17. sacrilegum: CYPR. epist. 66, 2 p. 728, 5. sceleratum: *v. p. 700, 47.* subdolum: PLAVT. Capt. 520. temerarium: *v. p. 700, 32.* vanum: *v. p. 699, 37.*

II *de* ***fallacia, quae exercetur factis*** *i. q. deceptio, fictio, simulatio, fraus*: **A** *de* ***actu*** *fingendi, simulandi, decipiendi*: **1** *hominum* (*numinum: l. 46. dei: l. 56. 78. diaboli: l. 84*): **a** *abs. vel. c. gen. subi.*: CIC. off. 3, 61 tollendum est ... ex rebus contrahendis omne -um (*praecedit*: simulatio dissimulatioque). PVBLIL. D 8 didicere flere feminae in -um (CYPR. hab. virg. 16 p. 199, 6 fucis in -um vera mutantur. *cf.* AMM. 29, 2, 9 itineri ad -um ficte constructo. VVLG. Ier. 3, 10 est reversa ... in -o). OV. epist. 8, 67 non ego fluminei referam -a cygni (*sc. Iovis in cygnum conversi*). VELL. 2, 116, 5 iustus sine -o candor (PAVL. dig. 34, 2, 35 pr. cum qua s. -o vixi). VAL. MAX. 3, 2 ext. 9 alteri tectum -um, alteri veritas aperta finis vitae fuit. SEN. dial. 10, 11, 1 *senes* minores natu se ipsos esse fingunt; -o sibi blandiuntur et ... se fallunt. epist. 79, 18 tenue est -um: perlucet, si diligenter inspexeris (*syn.* simulatio, *opp.* veritas). 111, 3 nec summis ambulat digitis eorum more, qui -o staturam adiuvant. PETRON. 102, 14 ⟨ut⟩ -um constet. CE 930, 1 (*Pompeis*) talia te fallant utinam -a, copo: tu vendes acuam et bibes ipse merum. TERT. anim. 57, 8 p. 392, 28 *magi* -o possunt *animas ab inferis movere.* adv. Marc. 2, 28 p. 375, 19 maius -um est in tuo *Christo*, cuius corpus non fuit verum (3, 8 p. 389, 14 ut et omnia ... -o gesta sint. 3, 10 p. 393, 4 absque -o. 3, 11 p. 394, 21 si -o passus est ut phantasma, potuit et -o nasci [*cf. l. 78*]. carn. 11 l. 27). ITALA II Thess. 2, 9 (Tert. resurr. 24 p. 61, 2 *al.*) *antichristi* est adventus ... in ... portentis -ii (ψεύδους, *Vulg.* prodigiis mendacibus). LACT. inst. 3, 16, 14 nisi *praecepta* et facias, -um est (*cf.* POMER. 3, 1, 1 similitudo virtutis ... est ... -um). HIL. in Matth. 10, 29 cum *obsequens* mercedem suam dantis *dei* fide, non assumentis *hominis* -o consequatur. OPTAT. 2, 12 p. 47, 10 -um vestrum ..., quo cotidie a vobis sacrificia condiuntur (*cf.* AVG. de mend. 10, 17 *et p. 698, 78*). VVLG. Sirach 4, 26 ne accipias ... adversus animam tuam -um (*LXX deest*). Os. 7, 3 in malitia ... et in -is. 10, 13 comedistis frugem -ii. AVG. civ. 14, 4 p. 9, 25 D. non ita vivere, quem ad modum est factus ut viveret, hoc est -um (*v. totum locum*). doctr. christ. 1, 40, 44 si fides nostra -o caruerit (*cf. I Tim. 1, 5* fide non ficta). *de fraude, qua decipiuntur animalia*: SOL. 27, 56 *viscus* -o factum. *de statu decepti i. q. imaginatio*: VVLG. Sirach 34, 1 vana spes et -um viro insensato. *singulariter i. q. iniuria*: PSALT. Cas. 68, 5 expellentes me inimici mei -o (ἀδίκως. *Vulg.* iniuste [חִנָּם]. *cf. p. 705, 38*).

b *c. gen. obi. vel explic.*: CARM. Suet. Aug. 70, 1 v. 3 impia dum Phoebi Caesar -a ludit. TERT. adv. Marc. 3, 11 p. 394, 10 nativitatis -um (*cf. l. 59*) recusasti (*praecedit*: nativitatem putativam). CYPR. epist. 43, 2 p. 592, 5 -o captiosae pacis (59, 13 p. 680, 22). ARNOB. nat. 5, 23 p. 194, 24 in -a vulneris ... linteolis ... contectum. *c. gen. rerum, quibus usi homines decipiunt*: PLIN. nat. 37, 112 neque est imitabilior alia *gemma* -o vitri. STAT. Ach. 1, 342 ne ... incepti pereant -a furti (*i. consilii dolosi*). *c. gen. gerundii*: ISID. alleg. 64 *diabolus* -o fallendi sese in angelum lucis transfigurat.

2 *rerum* (*v. et p. 701, 83. rei pro persona: l. 3. rerum corporearum: l. 8*): **a** *in universum*: AETNA 21 quis non periurae doluit -a puppis *Thesei.* SEN. epist. 55, 4 ut etiam si quid illi *philosophiae* simile est, -o placeat. QVINT. inst. 5, 12, 19 libidinem iuvet ipsum effeminati sexus -um. TERT. anim. 46, 3 p. 375, 14 Aristoteles maiorem partem *somniorum* -o reputans (*Borleffs*, maiore sententiam [*om. A*] -o recitans *AB*) agnoscit et verum. VVLG. Ier. 15, 18 facta est mihi quasi -um aquarum infidelium. AVG. conf. 7, 6, 9 sortis -o.
b *pertinet ad deceptionem sensuum* (*c. gen. obi.: l. 10. 11*): CIC. ac. 2, 80 opinionis ... esse -um, non oculorum. 2, 147 de oculorum sensuumque reliquorum -is. SEN. nat. 1, 15, 6 quaeritur ..., decipiant aciem *res quaedam caelestes* et -o constent an in illis quoque verum sit. TERT. anim. 17, 2, p. 323, 14 -um visui obicitur (*seq.*: auditus fallaciae reus). 17, 4 p. 323, 28 non omnem sensum ... de -o onerant. 17, 9 p. 324, 33. 17, 10 p. 325, 6 quod sic fieri oportet, -um non est (*ibid.* fallacia).

B ***mentonymice*** *de re simulata, ficta vel ad simulandum parata*: **1** *i. q. vana species, phantasma, simulacrum rerum* (*incorporearum: l. 25. 33. personarum: l. 24. 26*): SEN. nat. 1, 6, 4 non ... in ista nube ... corpus est, sed -um, sine re similitudo. 1, 16, 3 -is ... insatiabile malum oblectabat (*cf.* 1, 16, 9 -o pascar [*opp.* ad verum ista perducerem]. epist. 115, 9 -o gaudemus). PLIN. nat. 35, 48 Appianum ... chrysocollum mentitur ceu parum multa dicta sint -a eius. STAT. silv. 4, 6, 43 spatio (spatium *M*) tam magna brevi -a formae (*i. statua pusilla imitatione magnitudinem Herculis repraesentat*). MIN. FEL. 37, 12 homicidium in vero flagitatis, in -o (*sc. tragoediis*) fletis. TERT. scorp. 3 p. 150, 23 nomen *dei* ... -o addici (adv. Marc. 5, 17 p. 635, 4 -o divinitatis [coron. 7 l. 55. 57.]. FILASTR. 109, 5 idolorum -is ac vanitatibus. *cf. etiam l. 35*). anim. 57, 7 p. 392, 23 Mosei veritas -um devoravit (*cf. exod. 7, 12*). adv. Marc. 3, 8 p. 389, 1 cum -um deprehenditur Christi caro (*cf.* 3, 11 p. 394, 25 magis ... competere deo veritatem quam -um eius habitus *eqs.* 5, 14 p. 622, 26 similitudo ... pertinebit non ad substantiae -um). ARNOB. nat. 4, 12 p. 150, 15 -is et simulationibus. **2** *i. q. res fallax*: SEN. epist. 76, 32 ponat ... fortunae -a. VVLG. Is. 44, 20 forte -um est in dextera mea (*de idolo ut* Ier. 13, 25. 16, 19 [*syn.* vanitatem]. Rom. 1, 25. *cf. etiam l. 26 sqq.*). *expresse i. q. casus fallax, infelicitas*: ITALA II Macc. 5, 20 (rec. X) particeps factus est locus -o (*rec. BM* infelicitatis. *rec. P* calamitatibus. *Vulg.* malorum [δυσπετημάτων]), postremo socius fuit beneficiorum. *i. q. figmentum, fucus*: CYPR. hab. virg. 14 p. 198, 1 genas -o ruboris inficere. 17 p. 199, 20 expugnata est -o facies. laps. 6 p. 240, 19 capilli -o colorati.

III ***personate:*** PHAEDR. app. 4, 21 falsa imago *Veritatis* ... -um appellatum est. HYG. fab. geneal. 3 p. 9, 13 ex Aethere et Terra ... Luctus, -um, Vltio. *usu eccl.*: AVG. in euang. Ioh. 42, 13 diabolus ... genuit quasi filium -um (*cf. p. 699, 34. 701, 8*).

deriv.: mendaciunculum. *comp.*: mendaciloquens, mendaciloquium, mendaciloquus.

mendāciunculum, -ī *n.* [*a* mendacium, *cf.* sermunculus, furunculus *sim. J. B. H.*] CIC. de orat. 2, 241 sive habeas vere quod narrare possis, quod tamen est -is (mendaculis *L*) aspergendum, sive fingas (*inde* IVL. VICT. rhet. 17 p. 428, 22, *ubi falso trad.* mendacii stillicidiis [*cf. Stroux, Handschr. St. zu Cic. de orat. 169*]).

***mendāx**, -ācis *adi.* [*a* menda; *cf. Frisk, Göteborgs Högskolas Årsskr. 41, 3, 1935 p. 12. J. B. H.*] DIFF. Suet. p. 308, 26 a mendum -x (*scrib. utrobique* ment-). GRAMM. suppl. 74, 25 mentior -x. ISID. orig. 10, 175 -x quod mentem alterius fallat. *scrib.* -as: ITALA I Ioh. 2, 4. 22 (cod. h). *de declinatione* (*cf.* GRAMM. suppl. 119, 2): *dat. sg. in* ei *praecipit* LVCIL. 367. *abl. sg.* (*cf.* PLIN. Char. gramm. p. 162, 2 B.): -i: *inde a* LVCIL. 775 (*v. Neue-Wagener II³ 115*). -e: PLAVT. Vid. 43 VVLG. Sirach 34, 4 AVG. c. Petil. 2, 102, 235 VEN. FORT. expos. orat. 38. *nom. pl.* -is: CIL I² 2184. *compar.* -ior: HOR. epist. 2, 1, 112 PLIN. epist. 4, 2, 8. AVG. magis -x: AVG. in epist. Ioh. 3, 8. *superl.* -issimus *inde a* PLAVT. Rud. 754. NOT. Tir. 67, 92 *inter* mendum *et* mendacium. *de significatione*: SYNON. Cic. p. 426, 16 B. fallax pellax -x *eqs.* GLOSS.L II Philox. ME 31 ψεύστης. I Ansil. ME 295 -em: fallibilem. II Abav. ME 20 falsiloquax, infidus. GLOSS. ψευδολόγος falsidicus -x. *gr. ubi nihil adnotatur, respondet* ψεύστης *vel* ψευδής. *discernitur inter* -em *et* vanum: SERV. Aen. 2, 80. *inter* -em *et* mentientem: AVG. de mend. 11, 18. *inter* -em, falsum, fallacem: AVG. soliloq. 2, 9, 16 (*inde* ISID. diff. 1, 210). *legitur inde a* PLAVTO, LVCILIO, CATONE. *usque ad* APVL. *omnes locos attuli.* [*loco manco*: LVCIL. 775. *dub.*: CIL I² 2180 *Ritschl* -es *vel* fallaces *initio supplendum censet.* TERT. anim. 33, 10 p. 358, 3 iudicia divina ... humanis -iora (*Reiff.-Wiss. et Waszink cum A*, mendiciora *post Pamel. denuo probat Kroym.*). PASS. Petr. Paul. long. 23 *aut a scriba aut ab interprete confunditur* -issimum *et* mendicissimum (*gr.* πτωχότατον).]

I *i. q.* ***mentiens, fallax,*** *verbis vel factis* (*e. g. p. 703, 28. 34. 36. 37. 42. 71 sq. 84*) *decipiens*: **A** *de animantibus* (*cf.* AVG. gen. ad litt. 11, 29 p. 362, 1 esse -em *non* pertinet nisi ad viventem atque sentientem): **1** *absolute*: **a** *de hominibus*: **α** *generaliter*: ① *adi.*: PLAVT. Capt. 284 philosophatur quoque iam, non -x modo est. Curc. 471 periurum ... hominem

[Gundel (R.)]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

..., ... -em et gloriosum (Vid. 43. ARNOB. nat. 1, 54 p. 37, 6 *coniung.* vanos. 2, 48 p. 86, 6 *coniung.* fictos dissimulatores. CLAVD. DON. Aen. 6, 510 p. 574, 8 *syn.* factiosum. VVLG. Sirach. 20, 28. Rom. 3, 4 est deus ... verax, omnis autem h. -x). Mil. 1369 te -em nec verum esse. Rud. 754 ni ... habebis ..., tum ego ero -issimus (*cf.* CATO or. inc. frg. 11 *v. vol. VI 200, 43* [*s. v.* falsarius]. FRONTO p. 227, 12 N. sive ..., sive ..., -x futurus. VVLG. Ioh. 8, 55 I Ioh. 4, 20 *al.*). Truc. 756. COM. pall. inc. 20 halofantam -em. VARRO rust. 2, 4, 11 Atilius Hispaniensis minime -x (CIC. Cluent. 175). CIC. de orat. 2, 51. leg. 1, 4 me cupio non -em putari (*cf.* OV. epist. 19, 161 vocari [HOMER. 60]. TERT. adv. Prax. 28 p. 283, 18 -em notat eum. FILASTR. 121, 10 -issimi iudicati sunt. PELAG. in II Cor. 1, 17 p. 236, 16 ut non -x vel duplex inveniar [VVLG. prov. 30, 6 apoc. 2, 2. *cf. l. 61. p. 704, 6*]. AVG. in psalm. 36 serm. 2, 18 -em te teneo). off. 3, 91. Att. 10, 11, 3 non facit indulgentia -em (*cf. l. 54. aliter*: DRAC. laud. dei 3, 638 -em [*i. ut mentitus esse videatur*] ... facis famulum sermone fideli. satisf. 193 CASSIOD. compl. in I Ioh. 1, 8. *cf. l. 79*). VERG. Aen. 2, 80 Sinonem ... vanum etiam -emque (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 2, 65 p. 156, 4 -em, periurum). 8, 644 viri -is (VAL. FL. 6, 501. VVLG. prov. 19, 22 melior est pauper quam vir -x. *al.*). HOR. sat. 1, 5, 82 puellam (PRIAP. 78, 3). epist. 1, 7, 2 quinque dies ... pollicitus me rure futurum ... -x desideror (*cf.* 2, 2, 25). ars 425 -em verumque ... amicum (OV. Pont. 1, 6, 19). OV. ars 2, 525. SEN. Ag. 863 domus (*cf.* VVLG. Is. 57, 4 semen -x). CALP. ecl. 3, 81. VAL. FL. 7, 650 -em promissa reposcere regem. IVV. 15, 16 aretalogus. PLIN. epist. 4, 2, 8 ipse, quo -ius nihil est. APVL. apol. 70. HIL. c. Const. 8 praedicator. AMM. 28, 6, 22 praesidem, ut -em, morte multari. HIER. epist. 45, 2, 1 -x et satanae arte decipiens. VVLG. deut. 19, 16 testis (prov. 21, 28). psalm. 61, 10 -es filii hominum in (*aliter p. 704, 9*) stateris ut decipiant. II Petr. 2, 1 magistri -es (ψευδοδιδάσκαλοι). I Ioh. 2, 4 qui dicit ..., -x est (*cf.* 2, 22 AVG. serm. 254, 5, 7. *et al.*). *al.* DOCTR. apost. 3, 5 noli fieri -x. AVG. civ. 19, 23 p. 393, 26 D. vates. serm. 166, 3, 3 *opp.* verax. 182, 2, 2 pseudopropheta est -x propheta. *al. et al.* CIL VI 27140 -is fama mathematici. IX 2105 Amanti -x vale (*cf. quae adn. Dessau 8142*). *de part. corp.*: LYGD. 6, 35 difficile est tristi fingere mente iocum, nec bene -i risus componitur ore (OV. am. 3, 3, 44 -i falleret ore. met. 9, 322). GERM. 36 pulsantes -i cymbala dextra. CYPR. epist. 59, 11 p. 679, 1 linguas (GAVDENT. serm. 5, 5. VVLG. prov. 6, 17 [ἄδικος]. PRVD. cath. 2, 102 *al.*). VVLG. III reg. 22, 22 spiritus -x in ore omnium prophetarum (II par. 18, 21). prov. 10, 18 abscondunt odium labia -ia (*al.*). AVG. gen. c. Manich. 2, 21, 32 corda. *nota*: TERT. anim. 17, 11 p. 325, 15 qui ... fallaces et -es dominos praefecerit sensus.

ⓑ *m. pro subst.* **mendāx**, -ācis: PLAVT. Most. 181 verum volo dici mihi: -em odi. CIC. Q. Rosc. 46 quid interest inter periurum et -em? *eqs.* CIL IV 2018a sqq. *opp.* veraci. VAL. MAX. 7, 2, 5 PHAEDR. 1, 17, 1. SEN. dial. 5, 8, 4 offendet te ... ventosus et -x vanitate. VLP. dig. 21, 1, 4, 2 non contineri edicto ... impostores aut -es. GELL. 18, 4, 10 'vanos' proprie dici ... -es et infidos. TERT. nat. 2, 7, 13 p. 107, 18 cur laudem -bus fertis. FIRM. math. 6, 24, 5 *al.* OPTAT. 1, 10 p. 11, 16 -is est ... conquirere. VVLG. apoc. 21, 8 *al.* RVFIN. hist. mon. 29 p. 454A o -x et veritatis inimice. *et al.*

β *in proverbiis, sententiis* (*cf. Otto, Sprichwörter p. 219*): CIC. div. 2, 146 cum -i homini ne verum quidem dicenti credere soleamus (*cf.* HIER. epist. 6, 1, 1). PVBLIL. N 31 necessitas egentem -em facit (*cf.* PANEG. 3, 26, 3). QVINT. inst. 4, 2, 91 vulgo dicitur -em memorem esse oportere (APVL. apol. 69 *al. cf.* OPTAT. 2, 18 p. 53, 14 memoriam custodem habere esse -is). OP. imperf. in Matth. 19 p. 743 qui -x est, neminem putat dicere veritatem. *adde de populis vulgo pro -bus habitis*: CATO orig. 31 *de Liguribus* (*cf. vol. VI 178, 21*). CIC. leg. agr. 2, 95 Carthaginienses fraudulenti et -es non genere, sed natura loci. HOR. epist. 2, 1, 112 invenior Parthis -ior. OV. ars 1, 298 quamvis sit -x Creta (*cf. Onom. II 706, 64. 709, 55. 713, 43*). IVV. 10, 174 Graecia -x (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 9, 610 p. 265, 21).

b *de numinibus* (*de re pro numine: l. 67*): PLAVT. Trin. 239a *Amor* subdole [blanditur] ab re consulit, blandiloquentulus, harpago, -x. HOR. carm. 2, 16, 39 Parca non -x (TERT. pall. 2 p. 921, 11 Oe. Sibylla). SEN. Oed. 1046 o Phoebe -x (*cf.* PRVD. apoth. 441 -x Dodona. OROS. hist. 4, 1, 7 Delphici illius vanissimi spiritus et -issimi nebulonis. *v. et p. 704, 45*). SVLPICIA sat. 33 aut frustra uxori -xque Diespiter ... dixisse probatur. ANTH. 415, 42 Spes uni numquam potuit dare verba Catoni, -isque deae non tulit ille dolos. PRVD. psych. 557 huius (*i. Virtutis*) se specie -x Bellona coaptat. *de diabolo*: ITALA Ioh. 8, 44 (Priscill. tract. 5, 85 p. 64, 19) pater vester diabolus ab initio -x fuit (*Vulg.* in veritate non stetit. *cf. p. 704, 10 et* CYPR. epist. 43, 6 p. 596, 4 *syn.* fallax). FILASTR. praef. 3 parentis -issimi (*opp.* veri). AVG. civ. 14, 3 p. 9, 1 D. non solum -x, verum etiam mendacii pater est. *de antichristo*: AVG. in epist. Ioh. 3, 8. *de deo Christiano*: ITALA I Ioh. 1, 10 (Tert. pudic. 19, 15) *et* VVLG. -em facimus *deum* (TERT. adv. Hermog. 6 p. 132, 20 *al.* HIER. epist. 14, 6, 5. 42, 2, 3. AVG. in epist. Ioh. 1, 6 [*opp.* veracem]. *et al.*). Tit. 1, 2 (Aug. civ. 12, 17 p. 538, 19 D.) *vitam aeternam* promisit non -x (ἀψευδής, *Vulg.* qui non mentitur) deus.

c *de bestiis* (*cf. et p. 704, 7. 12*): AVG. gen. ad litt. 11, 29 p. 362, 4 si ... serpens -x diceretur, quod eo diabolus ... mendaciter uteretur.

2 *structurae*: a *adversum quem*: *c. praep.*: PLAVT. Poen. 400 ne -x me advorsum siet (VVLG. Iac. 3, 14 nolite gloriari et -es esse adversus veritatem [μὴ ψεύδεσθε]). HOR. carm. 3, 11, 35 periurum fuit in parentem splendide -x. *c. dat.*: OV. epist. 2, 11 saepe fui -x pro te mihi. b *in qua re*: *c. gen.*: PLAVT. Asin. 855 si huius rei me [esse] -em inveneris. APVL. met. 6, 31 de isto asino ... -i fictae debilitatis. *c. acc.* (*secundum partic. 'mentiens'?*): TRACT. Priscill. 2, 29 (RevBén. 24, 324) penitentiam -ibus. *c. praep.*: PERS. 5, 77 agaso ... in tenui farragine -x (TERT. coron. 7 l. 56 diabolus ... in hac etiam specie a primordio -x. POMER. 3, 10, 2 in promissione honesta veloces, in exhibitione -es. *aliter p. 703, 28*). ITALA psalm. 32, 17 (Veron.) -x equus ad salutem (*cf.* AMBR. fug. saec. 1, 4 hex. 3, 1, 3 AVG. in psalm. 32, 1, 17 *al. v. etiam p. 710, 49 et vol. VI 178, 76. 192, 43*). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 114, 3 de his fuisse -es (*p. 114, 21* συκοφάντας. *cf.* AVG. serm. 254, 6, 7). *abl. lim.*: OV. Pont. 1, 7, 35 hac quoque me -em parte. SIDON. carm. 2, 289. c *quare*: LVCAN. 8, 872 Aegyptus ... -x Magni tumulo. MART. 12, 63, 4 Corduba ... nullo murice nec cruore -x. DRAC. Orest. 12 fraude pia -x *Iphigenia*. *adde*: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 112 hinc ... -x sum, quod *eqs.*

B *de rebus* (*add. abl. instr.: infra l. 28. abl. limit.: l. 26. in c. abl.* [*cf. l. 9 et p. 705, 3*]: *l. 54*): 1 *de rebus corporeis*: HOR. epod. 17, 39 sive -i lyra voles sonare. carm. 3, 1, 30 fundus (PETRON. 117, 9). PROP. 2, 25, 27 (*in imag.*) -es ludunt flatus in amore secundi. OV. fast. 2, 344 -i decipitur ... nota (Pont. 2, 9, 70). trist. 3, 7, 38 speculum -x esse querere tuum. 5, 10, 13 Euxini -x cognomine litus (*cf.* GERM. 538). MANIL. 5, 186 foveas. SEN. Ag. 558 unda scrupeis -x vadis (*cf.* ITALA Ier. 15, 18 [Cypr. epist. 73, 6] quasi aqua -x non habens fidem [*Vulg.* mendacium aquarum infidelium]. CYPR. epist. 73, 6 p. 783, 4 OPTAT. 5, 1 p. 120, 11 *al. et al.*). LACT. inst. 6, 7, 1 via illa -x. VVLG. Ier. 3, 23 -es erant colles. 51, 17 -x est conflatio eorum. PS. RVFIN. in Am. 8, 4—6 p. 1093C divitiis. PRVD. ham. 336 boni (BOETH. cons. 2, 8, 4 W. -ium specie bonorum [*opp.* a vero bono]). CLAVD. 21, 105 auctor -is clipei. AVG. civ. 21, 8 p. 507, 1 D. -i superficie maturitatis. MAR. VICTOR aleth. 3, 553 crinemque rubentem -x stella trahit. PETR. CHRYS. serm. 21 p. 257C (*in imag.*) laudum et derogationum -es fluctus.

2 *de rebus incorporeis* (*nonnulla quodammodo etiam ad II pertinent, e. g. l. 46. 65. 72. 81*): a *de dictis, scriptis sim.*: PLAVT. Men. 333 verba (Truc. 757. CYPR. unit. eccl. 1 p. 210, 3 v. -bus blandiens. VVLG. exod. 5, 9 *al.* DOCTR. apost. 2, 5 non ... vacuum nec -x. SALV. eccl. 3, 85 DRAC. laud. dei 3, 639. *cf.* PLAVT. Pseud. 432 dicta [*opp.* vera]. PANEG. 2, 2, 3 adsentatio. VVLG. Is. 32, 7 sermone [AVG. in psalm. 55, 7 *opp.* veraces]. CYPR. GALL. num. 384 cives -i eludere fatu. *al.*). CIL I² 2184 (*sortes loquuntur*:) non sum⟨us⟩ -is. AETNA 370 -em ... exue famam (PROP. 4, 2, 19 TERT. apol. 7, 8. CYPR. epist. 45, 2 p. 601, 7 *coniung.* falso rumore. POMER. 3, 9, 1). 512 si firma manet tibi fabula -x (LVCAN. 10, 282 AVG. civ. 6, 5 p. 253, 5 D. DRAC. laud dei 3, 527). OV. trist. 2, 355 magnaque pars -x operum est et ficta meorum. 5, 11, 30 nomine. STAT. silv. 1, 2, 27 -es obliqui carminis astus. LACT. inst. 1, 15, 13 panegyricis -bus adulantur. GRILL. rhet. p. 58, 11 M. syllogismorum ... alii ... -es, qui dicuntur graeco vocabulo ψευδόμενοι. SCHOL. Cic. Bob. p. 170, 13 sententia in multis quasi -x et calumniosa. VVLG. Ezech. 13, 7 non visionem cassam vidistis et divinationem -em locuti estis? Ier. 8, 8 mendacium operatus est stilus -x scribarum (AVG. gen. ad litt. 11, 29 p. 362, 2). Sirach 26, 7 calumniam -em (καταψευσμόν). 34, 5 auguria. Zach. 8, 17 iuramentum (GREG. TVR. glor. conf. 28). *al.* PRVD. apoth. 252 nil falsum aut -x divina vocabula fingunt. CLAVD. 26, 366 nuntius (NICET. spir. 1 p. 18, 19). AVG. civ. 12, 11 p. 527, 4 D. -issimae litterae (*cf.* DRAC. Orest. 76 epistola. COD. Iust. 8, 32, 2 -i scriptura. CASSIOD. hist. 1, 3 p. 886B -em esse conscriptionem [*sc. historiae*]). 21, 18 p. 523, 15 comminationem. c. Petil. 2, 15, 35 p. 39, 29 nihil est -ius quam id quod dicitis. MAXIM. eleg. 1, 11 carmina. *et al.*

b *de aliis rebus*: CIC. div. 2, 127 mentes mortalium falsis et -bus visis concitare (VVLG. Sirach 34, 2 visa -ia [ἐνυπνίοις]. *cf.* LYGD. 4, 12 -i somno credere [OV. epist. 13, 107. *sim.*: PRVD. cath. 6, 46 somniantium ... -x imago ... animos ... fallit]. VVLG. Ier. 14, 14 visionem. II Thess. 2, 9 signis et prodigiis -bus). PVBLIL. I 18 in amore semper -x iracundia est. HOR. epist. 1, 16, 39 falsus honor iuvat et -x infamia terret. CARM. de bell. Aeg. 26 gloria. OV. ars 3, 441 sunt, qui -i specie grassentur amoris (*cf.* met. 7, 301 amicitiae -is imagine. 9, 460 -i ... pietatis fallitur umbra. AVG. serm. 49, 5, 5 speculum ... habet splendorem non -em). Pont. 2, 4, 31 fiducia. VAL. MAX. 2, 6, 7 -em et fucosam superstitionem. COLVM. 1 pr. 9 mercennarii salutatoris -issimum aucupium. ITALA psalm. 39, 5 (Veron. *al.*) vanitates et insanias -es (*Vulg.* falsas). AVG. civ. 3, 17 p. 123, 5 D. -issima astutia. 6, 5 p. 253, 22 *genus theologiae* -issimum atque turpsisimum. 14, 4 p. 9, 26 quid est ista voluntate -ius. serm. 182, 7, 7 quam multae sunt haereses -es, deceptrices, insanae. *al.* DRAC. Orest. 358 -bus ausis. BOETH. cons. 3, 9, 1 W. -is formam felicitatis (*opp.* vera). *et al.*

